HENOTIKON SIUE PACIFICATORIUM DISSECTI BELGIJ, IN QUO POST HISTORICAM...

Aegidius Afhacker

Digitized by Google

7
2-c
27

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
7
1 D M G
40

7. 2 c 27

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

~~IV.1.38.~~ XVI.5.21.
K.4.

Eelkens
1670

Digitized by Google

ἙΝΩΤΙΚΟ'Ν

ſiue

PACIFICATO-RIVM DISSECTI BELGII,

IN QVO

POST HISTORICAM RELATIOnem originis & progreſſus eorum diſſidiorum quæ in fœderatis Belgÿ prouinciis REMONSTRANTES ET CONTRA-REMONSTRANTES *per annos aliquot exagitarunt, vera inquiritur ratio diſſenſiones iſtas componendi, & ſolidam in Religionis negotio concordiam ineundi.*

Per

SALOMONEM THEODOTVM.

EDITIO SECVNDA

Ab ipſo Authore aucta & emendata.

Ex libris

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VRSELLIS,
Excudebat VVendelinus Iunghen.

ANNO M. DC. XVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

TECA NAZ.
OMA
EMANUELE

ADMONITIO
AD LECTOREM.

SExtus iam labitur menſis, candide Lector, ex quo primã libelli huius editionẽ dedimus. Nũc quare ſecundam maturauerimus, eamq́ue auctiorem, hæc ſubeſt cauſa: Vltimum prioris editionis folium vix prelo fuerat ſubtractum, cum plurium mihi ſubito, quos dudum ante fueram pręſtolatus, fiebat librorum copia; Ex quibus earum rerum q́uæ ad hiſtoricam narrationem ſpectant, & clarior in nonnullis & vberior deſumi poterat notitia. His acceſsit familiarium quorundam familiaris petitio, vt & in fine ſecundæ partis diſcrimen, quod inter catholicam & hæreticas de prædeſtinatione ſententias inuenitur, paulò diffuſius explicarem; & in quarta parte de ſucceſsione Romani pontificis

Digitized by Google

in ſedem B. Petri, aduerſariorum impudentiæ vberius occurrerem. His ergo acquieſcendum ratus, quamprimū me labori denuo accinxi. Quo iam ad finem perducto, ac prioris editionis exemplaribus diſtractis, quod habeo, tibi, Lector, libens communico.

Habes ergo hic, vt & ante, quatuor libelli huius partes: In quarum prima miſeram conſpicies faciem confœderatarum Belgij prouinciarum, miſerā, inquā, ob ſolas in religionis negotio quas componere ibi nemo poteſt, cōtrouerſias. In ſecunda proponitur tibi ipſe controuerſiarum ſtatus, ſeu quæſtiones de quibus in hunc vſque diem durat contentio, cum reſolutionibus vtriuſq; partis. In Tertia proponuntur & examinātur conſilia, quæ diuerſi Miniſtri ad reſarciendam concordiam diuerſis vicibus contulêre. Ac demū in Quarta vera proponitur ratio, per quam vera Chriſti Eccleſia in doctrinæ tam vnitate quàm veritate perpetuo perſeueret.

PROOE-

Digitized by Google

PROOEMIVM

AD LECTOREM AB ECCLESIA CAtholica alienum

QVISQVIS es, Lector, qui à Catholicæ vnitatis certitudine ſeparatus, inter multiplices huius æui noſtri ſectas & καινοδοξίας vel certæ alicuius opinionis, ſiue Remonſtrantium ea ſit ſiue Contra-Remonſtrantiū, ſiue cuiuslibet ex alijs partes tibi iam ſectandas delegiſti: vel de omnibus ſuſpenſus ac dubius, vbinam ſolidam reperire veritatem poſsis oculis & ambiguis & anxijs etiamnum circumſpectas; paucis hic in libelli huius limine de ratione inſtituti noſtri, deq; ea quam in te requiro iudicij rectitudine monendum te eſſe cenſeo.

Ad me quidem quod attinet; nouit is quem nullum latet ſecretum Deus, nullo me aut maleuolentiæ affectu aut irrogandæ cuipiam mortalium contumeliæ cupiditate ad hu-

ad huius materiæ tractationem animum adieciſſe; ſed cum ne in mentem quidem mihi aliquid ſuper hac re antea veniſſet, vt laborem hunc ſuſciperem haud ita pridem eorum authoritate flexũ eſſe, quibus id pro ſalute tua tuorumq; ſodalium à me petentibus denegare nõ valui; Deinceps verò me perluſtratis ijs libris, quos hunc in finem vtiles vel penes me habebam vel nanciſci commodè poterã, ea annotare ſolum ſtuduiſſe, quæ ſaluti & quieti publicæ profutura mihi videbantur. Quantum ergo ex ijs quos habui libris fieri potuit, Belgij (in quo mihi & natiuitatis primæq; educationis & humanioris literaturæ principium largiri Deus voluit) eam quæ toti nunc penè mũdo, vulgante famâ, innotuit, miſeriam paucis tibi Lector ob oculos collocare ſtudui, vt ipſe conſpectá tam periculoſi vulneris plagâ, viſis item pharmacis & remedijs quibus ea curari non valuit, vel tu ipſe emplaſtrum nouum ſanando vulneri nouus Aeſculapius admoueas; vel ſi tantum de artis tuæ efficacia ſperare non valeas, id quod à me iuxta Dei Medicorum omnium principis ordinationem porrigetur tibi malagma auidius arripias: Videlicet certam & ſolidam cognoſcen-

gnoſcendæ veritatis, confirmandæ veræ fidei & pacandæ conſcientiæ viam regiam; beneficium à multis iam dudum expetitũ, multorum votis exoptatum & hactenus à diuerſis inter tuos fruſtra tentatum.

Iſtud verò ante omnia ſcire te & obſeruare cupio, non eſſe hoc remedium in communi omnibus, ſed ex omnibus, ſingulis, id eſt in particulari cuilibet à me deſtinatũ. Non, inquam, eſt huiuſmodi quod in compitis & triuijs, in curribus, & nauibus per omnium indifferenter ora hominum volitare, diſputationibusq; & rixis hominibus obtrudi inuitis debeat. Sed ſimile admodũ eſt illi de quo dixit Ieſus Sirach. cap. 38. 25. Sapientia ſcribæ in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, ſapientiam percipiet. *Ita enim exiſtimo; vnumquẽq; ſi penes ſe animi perturbationibus (quæ in multorum congreſſibus, colloquijs & diſputationibus exurgere plerumq; & mentem ſolent obnubilare) quantum fieri poteſt ſedatis & compoſitis, in ſecreto cordis ſui cubiculo rationes quas attulero, quid valeant ſerenus expẽderit, facile viam quam monſtrauero, reuera eſſe regiam & ab omni ſeductionis periculo liberrimam probaturum*

eſſe: atque adeo eum qui non ita prauæ voluntatis diſpoſitione corruptus fuerit, vt videat meliora probetque, deteriora tamen ſequatur, ad eam quam deſiderat veritatis cognitionem, quietemque conſcientiæ non difficulter peruenturum. Atque hæc eadem eſt cauſa cur hunc libellum primo non vernaculo; ſed Latino idiomate in lucem prodire volui. Vt enim rudis & imperita multitudo ijs ſolet ſeruire commodiſſimè oratoribus, qui ſolidis rationibus deſtituti, ad commouendas paſſiones & impete cæco concitandos animos geſtium phraſiumque lenocinijs bellè ſunt inſtructi; ita liberalior & honeſtis literis exercitata mens rationibus duci potius quàm pelli affectibus plerumque deſiderat. Plerumque, inquam; Docet enim quotidiana experientia nonnullos etiam reperiri, qui licet Doctorum Magiſtrorumque gerant nomen, ita tamen ſiue praua quoad mores inſtitutione ſiue alia qualibet ex cauſa animis ſunt duri & intractabiles vt artibus ingenuis non modo emolliri nihil poſſint, ſed ijſdē etiam vtcumque ſibi comparatis ad turbas maiores concitandas velut inſtrumentis abuti ſolent: Apud hos ſcio rationes meas minus

etiam

etiam quam apud rudem plebeculam locũ reperturas, præſertim vbi præcipuam miſeriarum & tumultuũ, quibus patria noſtra ſubmergitur causam ad ſe tanquam ad fontes primosq́ motores à me deriuari conſpexerint. Verùm quid conſilij contra maleuolos? Eam (inquiebat in diebus carnis ſuæ de Phariſæis Dominus) cœci ſunt & duces cœcorum. Agant ergo illi quantum & quãdiu ipſis à Domino permittitur.

Nobis ad eos (quos non paucos fore ſperamus) eſt ſermo, qui vel ex ſola veritatis ignorantia deuiantes, vel falſitate ſub veri ſpecie occultata decepti, conſcientiam nondum abiecerunt: qui de rebus ad ſalutem æternam pertinentibus iudicium laturi, rectæ rationis tribunal cum Dei adiutorio poterunt conſcendere; & quantum ſibi vel à natura vel à Dei gratia conceſſum fuerit luminis, ad veritatis indagationem prudẽter intendere: qui demum agnitam veritatem non impiè blaſphemare, ſed humiliter deſiderant venerari.

Inter hos ergo ſi tu Lector, vnus fueris, non feres opinor ægrè conatum hunc noſtrũ ex tui tuorumque ſimilium amore generatum. Scio; non facile amorem erga te no-

ſtrum vt credas perſuadere poteris. Quid enim non falſum, non fucatum & mendax ab ijs ſperare valeas, quos indies mortaliũ omnium flagitioſiſſimos idololatras, meretricis Babylonicæ fornicarios, cõmilitones Antichriſti veneficos, contentioſis clamoribus vocitari, libellis picturisque quam fieri poteſt odioſiſſimè confictis, applauſu publico, nullo contradicente, traduci percipis? imo quos encomijs iſtis dignos eſſe iam ipſe fortaſſis firmiter penes te ſtatuiſti? Scio item habere te iã de falſitate doctrinæ Catholicæ conceptum altè præiudicium. Has ſi de nobis opiniones ex ignorãtia potius aut errore, quàm bonarum rationum cõtemptu conceperis; nihil moror, præiudicium ſit vel maximum. Vnum hoc mihi modo, imo verò tibimet ipſi dona, vt veritatis examinandæ gratia, recta ratione iudice, ad libelli te lectionem accingas. Hoc ſi præſtiteris; ecce fucum tibi non faciam, non fraudibus, non cuniculis animum tuum vt expugnem, aggrediar: Si re ipſa me tibi amicum non probauero, nolo me diligas. Amicitia ſi candore caret, nulla eſt. Ecce ergo, vno verbo totius tractatus ſcopum tibi explico: Romanum Pontificem vt infallibilem cõtrouerſiarum

fidei

fidei iudicem agnoſcas, molior. Quid ais? Inhorruiſti credo, audito ſolo Romani Pontificis nomine. Quid ergo? Quid de Paulo V. moderno Pontifice quid æſtimas? Num verè Cerberum credis tricipitem, aut natam generatione naturali ſeptem diſtinctã capitibus beſtiam? Numquid ſimilis nobis eſt homo rationis particeps, creatus ad Dei imaginem, capax æternæ tecum beatitudinis? Nunquid etiam ſimilis nobis eſt homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletus multis miſerijs? Nunquid & tecum & mecum manifeſtari *eum* oportebit ante tribunal Chriſti, vt referat propria corporis prout geſsit ſiue bonum ſiue malum? *Quis dubitat? Quid ergo affectu tam ſiniſtro in hunc hominem concitaris? Eſt, inquies, homo peccati, hoſtis Dei & bonorum. Quid ſi eſſet? Ergone præualere Deo poſſet, aut Omnipotentis manum vel viuus vel defunctus effugere? Ergone ſat virium non haberet Deus vt hunc ſuum aduerſarium tormentis dignis ſubijceret? An leue nimis ei fore iudicium vltimum autumas? An tu maiores ipſi, quàm Deus vellet, optares pœnas? Si affirmas: Memento homo vnde veneris: & ſcito quod & tu indi-*

Digitized by Google

tu indigeas miſericordia Dei. Si id non optares, ſed credis miſerum ſatis eum fore, vbi ad tribunal Chriſti venerit; quid ni ergo tu etiam modo miſerum eum cenſes & miſericordia potius quàm odio dignum? An fortaſſe iuſtum illum eſſe tuum credis aut bono publico neceſſarium contra hunc hominem zelum? Si ita credis, ergo certis vtiq; argumentis oportet probata tibi ſit eius peruerſitas. Putaſne hoc ita ſe habere? Si putas; Memento eorum quæ inter Remonſtrantes & Contra-Remonſtrãtes, durante paucorum annorum diſſidio, graſſata ſunt odia; quot maledicta? quot calumniæ? quot falſi errores per mendacium aut ignorantiam imputati? Dein cogita Pontifices Romanos quot vnquam hæreticos Eccleſia eiecerunt, tot capitales eoſq; audaces, vafros & pertinaces ſibi hoſtes conciliaſſe. An ergo credibile eſt hos omnes nihil illis vnquam falſi imputaſſe, iniquas calumnias nullas intuliſſe, nulla eorum dicta aut ſcripta ſiniſtra interpretatione violaſſe? Si vlla tibi ſit humanarum rerum experientia, non eris ita vecors vt hoc dicere audeas. Vnde ergo aut quo iudice tibi conſtat, vera eſſe ea quæ tu contra Romanum Pontificem concepiſti?

Dices

Dices forte confitentem te habere reum, cum iſtam duntaxat arguas authoritatem eius, quam etiam nunc ego hic prædixi me ei defenſurum. Ergo ne Deo putas impoſſibile huiuſmodi quam dixi, cõtrouerſias iudicandi authoritatem Romano Pontifici cõferre? Credis, opinor, Dei omnipotentiam, qua ei ſit facile ſubito honeſtare pauperem. Putaſne ergo certũ te eſſe, Deum iſtud quod poterat, non feciſſe? Audiſti quid aduerſarij pro tua ſoleant opinione producere. Non eſt æqui iudicis, vna tantum parte audita, ſententiam ſubito dicere. Nunquid & tu te hominem agnoſcis errori obnoxium? Quid ergo ſi in errorem incidiſſes? Vtique non eſt impoſſibile, niſi tu te eodem gaudere priuilegio, quod in illo perſequeris, demonſtrare poſſis. Si ergo hic fortaſſis erraueris, vide quantum ex errore malum: ouis paſtorem ſine cauſa perſequeris, ab ouili Chriſti, extra quod nõ eſt ſalus, te ſeparas, in Sponſam Agni atque adeo in Sponſum ipſum iniurius exiſtis. An hæc ergo tibi res temerè videtur ſtatuenda? Si ſapis, prudentem hic conſiliarium diliges: nec ideo remouebis à conſilio quenquam quia forte ad affectum tuum tibi non loquatur, donec ita fueris infalli-

fallibili ratione certus vt conſilo vlterius nullo indigeas. Ego pèr eum te rogo qui inimicos noſtros nos iuſsit diligere, vt, pro ſalute tua, conceptum in Romanum Pontificem & eius oues Catholicos, odium pauliſper quantum potes, ſupprimas, rationis ſpeculam aſcendas, veritatis ſolius inueſtigādæ ſtudio in quiete & tranquillitate libellum perſcruteris; non oſcitanter, ſed animo maximè ſerio examen inſtituas; hoc ſciens, concluſionem quam finito examine facturus es, ad animam, ad beatitudinem, ad æternitatem pertinere. Quid autem prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?

S. Ioan-

.IOANNES CHRYSOSTOMVS Hom. prima in epiſt. primam ad Corinth.

Ἐκκλησία, εἰ Θεοῦ ἐστιν, ἥνωται, καὶ μία ἐστίν. Τὸ γὰρ τῆς ἐκκλησίας ὄνομα ἑνώσεως καὶ συμφωνίας ἐστὶν ὄνομα.

Hoc eſt:

Eccleſia, ſi Dei eſt, vnita eſt, & vna eſt. Ipſum enim Eccleſiæ nomen vnionis & concordiæ eſt nomen.

APPRO-

Digitized by Google

APPROBATIO.

ANtidotum hoc contra varia, quibus diſſectum Belgiũ quotidie magis magiſq; ſcinditur, vulnera, ſalutare eſt; ex Eccleſiæ Catholicæ myrothecio arte bona, & labore magno depromptum: in lucem igitur cum hiſtorica ſua narratione exire poteſt. Scriptum Colon. pridie Calend. April. 1618.

HENR. FRANCKEN SIERSTORPFFIVS
S. Theol. D. Gymn. Laur.
Regens, librorum
Cenſor.

QVæ ſecunda hac ęditione ſparſim per totum tractatum adiecta ſũt, talia eſſe cenſeo, vt, non ſine fructu typis committi poſsint. Coloniæ Agrip. die 19. Septemb. 1618.

HENR. FRANCKEN
Sierſtorpffius
qui ſupra.

HENO-

HENOTICI DISSECTI BELGII

PARS PRIMA

Continens

INITIVM ET PROGRESSVM DISSIDIORVM, QVAE INTER MINISTROS, ET POPVLVM IN FOEDERATIS BELgij prouincijs per annos aliquot viguerunt.

HABENT Belgæ noſtri Reformati ſuam etiam fidei quandam Confeſsionem, quam cuſam anno 1566. aliquanto poſt Philippo Hiſpaniarum Regi obtulerunt; Catechiſmum quoque, quem ab Heidelbergenſibus mutuati ſunt. Verùm quam ipſis in hiſce profeſsionis ſuę formulis conueniat, aut antehac diu conuenerit Remonſtrãtes Leydenſes in Epiſtola ſua ad exteros Theologos, *pag*. 13. his verbis aperiunt.

Circa annum à nato Saluatore milleſimum quingẽteſimum nonageſimum ſepti- *An*. 1597.

 mum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

mum ſubnatę varijs in locis ſunt, præcipuè vero Gaudæ, Hornæ, Medenblicæ de Prædeſtinatione, vocatione hominum ad ſalutem, & quæ hinc dependent, dogmatibus, diſputationes; nec non dę Confeſsionis Belgicæ & Catechiſmi Palatini authoritate. An & quatenus iſtis fidei compendijs in Eccleſijs locus eſſe poſsit: Num conueniens ſit iſtiuſmodi ſcripta ad Cathedrā Eccleſiaſticam deferre, contextus periodorum ex ijs deſumptos populo Dei prælegere, in ijſque tanquam Concionis argumento occupari. Præterea de quarundam in illis phraſium recta & orthodoxa interpretatione non minus controuerſum; calidèque ſatis de his inter iſtarum Ciuitatum Eccleſiaſtas aliquot, alioſque coram Hollandiæ Ordinibus diſceptatum fuit. Quæ res cum nō parū negotij Synodo Hollandiæ faceſsiuiſſet, eidem occaſionem præbuit & ſimul neceſsitatem impoſuit Synodum Nationalem flagitandi. Accedebant ſub hæc tempora aliorum quoque apud ſuarum Prouinciarum Ordines partim ob eaſdem, partim ob alias cauſas aſsidue Synodici Conuentus poſtulationes. At Hollandiæ Ordines ſuperioribus moti diſsidijs primi ſuæ ditionis paſtoribus Synodi habendæ copiam ſuo nomine fecerunt, hoc reſcripto: *viſum eſt, vt nomine Prouinciæ Hollandiæ & VVeſt-Friſiæ in conuentu*

DD.Or-

Digitized by Google

DD. Ordinum generalium Synodus concedatur & permittatur Nationalis reformatarum Eccleſiarum, nominatim quidem in eum finem, vt Confeſsio fidei Belgica in eo cætu in timore Dei recognoſcatur & reſumatur; atque accuratè attendatur, quanam ratione commodiſsimè iuxta verbum Dei Eccleſia Belgica reformata vera veritati ac Concordia aſſeri, inque ea cõſeruari & augeri, contentioneſq́; ſubnata componi atque emendari poſsint. Hæc illi.

Porro antequam Hollandiæ Ordines hoc reſcripto in concilium habendum conſentirent, ſexto nimirum Iunij eodem anno omnibus Prædicantibus Generales Ordines literis miſsis imperarunt, dubia ſua circa Cathechiſmum & Confeſsionem ſcripto clauſo ad ſe tranſmittere. *Adolphus venat. contra Dordracenſes pag.* 81. nondum tamen ab Ordinibus Generalibus, vt Nationalis Synodus haberetur, conceſſum eſt, niſi poſt annos octo. Tantundem enim temporis effluxit (aiunt Leydenſes) priuſquam aliæ prouinciæ calculum ſuum contulêre.

Interea noua cæpit exoriri difficultas, diſſentientibus in Academia Leydenſi Theologiæ Profeſſoribus circa præcipuos facile fidei articulos. Anteſignani in hoc diſsidio fuêre Iacobus quidam Arminius & Franciſcus Gomarus. Ad Arminij perſonam quod attinet, ex oratione quam Petrus Bertius

Præſes Collegij Thelogici in eius obitum habuit, quæq; poſt editionem noſtri huius Libelli primam ad manus meas deuenit, ſic Lector habeto: Patria ipſi fuit Oudeuatria Hollandiæ oppidulum non prorſus ignobile. Natus ibi eſt anno 1560. Puer patre orbatus ab apoſtata quodam ſacerdote literis eſt adhibitus in Vltraiectina ciuitate. Quo iterum Mecænate non ita multò poſt priuatum, Rudolphus quidam Snellius ſecum Marburgum in Haſsiam abduxit anno 1575. Non multò poſt inde reuerſum amici quidam Leydæ philoſophicis imbuendum diſciplinis aluerũt. Vnde iterum anno 1581. Geneuam ad Theologiæ ſtudium Senatus Amſtelredamenſis eum ablegauit. Ibi cum Bezam ad tempus aliquod audiuiſſet, factus quibuſdam ob Petri Rami quam contentioſius defendebat philoſophiam exoſus, Baſileam conceſsit: vbi maiori fauore ac diutius commoratus tandem Geneuam redijt. Italiam deinde viſitauit, Patauij aliquãtulum ſubſtitit motus famâ Iacobi Zabarellæ, qui tunc philoſophiam ingenti hominum concurſu Patauij profitebatur. Ipſe Arminius in eadem vrbe Germanos quoſdam nobiles Logicam docuit. Inde Romã, reliquamque Italiam perluſtrauit. Incurrit, ob hoc factum, in offenſionem Amſterdamenſis Senatus, pluriumq; ex populo ſugillari

lari cæpit dicterijs, quaſi Romani Pontificis deoſculatus eſſet ſoleam, Ieſuitis adſueuiſſet, Bellarmino innotuiſſet. Verum reuerſus Geneuam & inde poſt mēſes aliquot in Patriam reuocatus, egregiâ in Pontificem & religionem Catholicam maledicentiâ minus ſynceri Caluinianiſmi ſuſpicionem ex hominum cordibus dimouere conatus eſt; Receptus Amſterdami ad concionandi officium, magno id applauſu annis quindecim ibidem exercuit. Interim tranſmiſſus ipſi eſt à quodam Martino Lydio, profeſſore Franekerenſi ex Friſia, libellus à miniſtris quibuſdam Delphenſibus aduerſus Bezam conſcriptus hoc titulo: *Reſponſio ad argumenta quadam Bezæ & Caluini ex tractatu de prædeſtinatione in caput IX. ad Romanos.* Suſcepit libellum Arminius, pro honore magiſtri ſui Bezæ reſponſionem paraturus. Verùm dum refutationem moliens argumenta obiecta ponderat; ſolutionem non inuenit, dat victas manus, moxq́; lõgius adhuc quàm libelli iſtius authores à magiſtri ſui ſententia abſcedit. Nec verò hanc, quam recenter induerat, opinionem ſilentio premit; ſed occaſione oblatâ, cum celeberrimis ſuæ religionis (iã iterũ reformandæ) Doctoribus collationes, ſeu diſputationes per ſcripta inſtituit. Nam ad Franciſcũ Iunium tum Leydæ magni nominis Theo-

logiæ profeſſorem dubitationes ſuas contra Caluini ac Bezæ aliorumque rigidiorum Caluiniſtarum Prædeſtinationem tranſcripſit. Reſpōſiones à Iunio pro Caluino recepit. Sed contra ipſe iterum replicauit; ſatiſfactum ſibi à Iunio non eſſe contendit. Dū autem vlterius à Iunio reſponſum non accipit, ipſe poſt etiam Guilielmi Perkinſij nobilis in Cantabrigienſi Angliæ Academia Theologi, libellum *de prædeſtinationis modo & ordine* examinare inſtituit. Quo examine nondū abſoluto, moriūtur eodē anno 1602. & Fr. Iunius & Perkinſius. Supererat in Academia Leydenſi ſolus Franciſcus Gomarus in Theologia profeſſor. Huic ergo collega quęrebatur Arminius in locum Iunij ſubrogandus. Vicit id vrgētiū authoritas aliorum tam pro Eccleſia Ambſterdamenſi zelantium quam aduerſus Arminij nouam de prædeſtinatione ſententiam rumuſculos ſpargentium conatus aduerſarius. Anno itaque 1603. Arminius Leydę ab ipſo Franciſco Gomaro Reformandæ Theologię doctor eſt creatus, ac profeſſionis munus ſuſcepit: *Hac ferè ex oratione Bertij.* Arminius itaq; noua iſta quam diximus opinione imbutus, ſuos in Theologia diſcipulos circa prædeſtinationis eiq; annexorum doctrinam aliter non paulò cœpit inſtrue-

inſtruere, quam vel ipſe Geneuę didicerat, vel eatenus in Academia Leydenſi doceri conſueuerat. Vnde cum ad prædicandi officium quidam diſcipulorum eius pòſt admittendi ſuas darent pro examine Reſponſiones, deprehenſi ſunt à recepta doctrina nõ parũ recedere. Redarguti ſuũ allegabant Doctorem Arminium. Acceſsit his publica diſputatio, quã Anno 1604. 7. Febr. de Prædeſtinatione præſidio ſuo ſuſtinuit Arminius, in qua Deum non abſolutè quoſdam homines ex ſolo ſuo beneplacito, ſed poſt lapſum iterum per fidem in Chriſtum credentes ad æternam beatitudinem ordinaſſe defendit. Similiter de reprobatione, neminẽ abſolutè; ſed ob infidelitatem reprobos à Deo eſſe præteritos & æternis pœnis deſtinatos. Inde plurium contra ipſum Arminiũ tanquã cõtra Reformatorũ nouũ reformatorẽ ſimultates. Acerrimus Arminij Antagoniſta Franciſcus Gomarus, eodem Anno Octob. 12. pro ſententia cõtraria de Prędeſtinatione diſputationem inſtituit; vbi *theſi ſeptima* Prædeſtinationem definit eſſe propoſitum Dei, quo ex rationalibus creaturis (in confuſo & indefinitè præcognitis) certos quoſdam iuxta ſuum beneplacitum præordinarit ad ſupernaturales earum fines, & ad creationem in originali iuſtitia cæteraque media; ad manifeſtandam glori-

am ſanctificantis ſuæ gratiæ, ſapientiæ, ac liberrimę poteſtatis. Et *theſi* 13. obiectum prędeſtinationis ponit rationales creaturas, nõ quatenus reipſa ſint *ſeruãda aut perdenda, creãda, lapſura aut peritura, reparãda: ſed quatenus potentia remota & indefinita ſeruabiles, damnabiles creabiles, labiles, reparabiles.* Dein *theſi* 23. & 25. Reprobationem definit, quòd ſit prædeſtinatio, quâ Deus ex rationalibus creaturis in confuſo & indefinitè præcognitis quoſdam iuxta ſuum beneplacitum ab æterno à vita æterna reiecit, & ad æternam mortem ac contumeliam, ad viam quoque huius, creationem ſcilicet in originali iuſtitia, permiſsionem lapſus in peccatum, priuationem originalis iuſtitiæ & derelictionem in eadem præordinauit ad gloriam ſuę poteſtatis, iræ & potentiæ in reprobos, ſanctificantis verò gratiæ in electos. Denique *theſi* 31. dicit multis reproborum foris per prædicationem, aut etiam intus in animo per ſpiritum, offerri à Deo ſalutem, vt infidelitatis & cordis contumacis conuicti, eò magis reddantur inexcuſabiles.

Anno Domini 1605. VIII. Febr. Arminius cum Rectoratum Academiæ deponeret *de componendo inter Chriſtianos Religionis diſsidio* orationem habuit. In qua multa primò enarrat veriſsima & notatu digna incommodà, quæ ex religionis diſsidio oriri ſolet; inde

inde de eius cauſis; denique de remedijs. Inter incommoda primò numerat *dubitationem de Religione: Quum enim* (inquit) *populus videt nullum pene eſſe in doctrina Chriſtiana articulum, de quo non ſint diuerſæ, imo & contrariæ ſententiæ, vſque adeo vt in quo pars vna proram & puppim veritatis conſtituit, altera horrendam blaſphemiam vocet: in quo Si pietatis ponunt apicem, illi execrandam idololatriam appellent: eaſqúe controuerſias agitari inter viros eruditos, graues, expertos, magniqúe nominis; neque tantam animaduertit in vita moribuſqúe contendentium diſcrepantiam, vt credere auſit, Deũ hiſce potius vt ſanctioribus, quàm illis ſpiritũ ſuo veritatis aſſiſtere; Labitur in illam cogitationem vt exiſtimet Relgionis dogmata obſcura & incerta eſſe. Dubitationem iſtam ſi excipiet ſtudium inquirendi aliquod; idipſum obortis difficultatibus deferueſcet ilico, & ſuccedit mera veritatis inueniendæ deſperatio. Quî enim ſperet idiota veritatem ſe inuenturũ, quũ de ipſis principijs, an illa ſolis ſcripturis, an etiam nõ ſcriptis traditionibus cõtineãtur, diſputari intelligat? quũ videat ſæpe de verſione ſcripturarum incidere quæſtionem ſolà Hebræi & Græci ſermonis notitia ſolubilem? quum animaduertat doctorum virorum, qui de Religione tractarunt ſententias, non rarò teſtimonij vice citari; ipſe verò materna tantum lingua gnarus, libris alijs deſtitutus, ſolas ſcripturas habeat in vernaculã linguã*

Digitized by Google

tranſlatas? Qui, inquam, fieri poteſt vt non in hanc veniat opinionem; nemini quippiam certi conſtare poſſe de Religionis *capitibus, niſi qui iſtarũ linguarũ peritus, omnes traditiones ad vnguẽ nouerit omniũmq́;* Doctorum *ſcripta exactè perlegerit, & illorum de ſingulis dogmatis ſententias accuratè perdidicerit? Deſperationem verò quid ſequitur? Aut peruerſiſſima de tota* Religione *opinio, aut omnis* Religionis *abiectio &* Atheiſmus; *vnde germinat* Epicureiſmus *infelicis arboris fructus peſtilentior. Quum enim hominis animus de veritate inuenienda deſperat, & tamen primo impetu omnem religionis & ſalutis ſuæ curã abijcere nequit, compellitur* σοφὰ φάρμακα *pacandæ conſcientiæ comminiſci. Aut ſtatuet, neceſſe non eſſe vt populus axiomata* Religionis *cognoſcat & exploratum habeat quid credat: Aut perſuadebit ſibi omnem cultum bona deuoti animi intentione* Deo *impenſum, ipſi gratum eſſe, ideoque in omni* Religione *modò illam ex conſcientia obſeruet, hominem ſaluari poſſe, omnesque ſectas pari loco habendas. Hiſce opinionibus imbuti, non modo omne rerum diuinarum ſtudiũ deſerunt ipſi, ſed, & ſtultitiæ arguunt illos, qui laborioſâ inquirunt operâ, quod inueniri non poſſe rentur; quaſi de induſtria quærant in quo inſaniant. At verò non minus procliuis ex deſperatione iſta in* Atheiſmum *lapſus eſt.* Nam *quod vera* Numen Religione *deſperant colere, ab omni illius cultu citra maiorem noxam abſtineri*

poſſe

Digitized by Google

poſſe arbitrantur; propterea quod nullum niſi à ſe præſcriptum cultum gratum habeat Deus & præmio remuneretur. Deinde aliis adhuc duabus rationibus ex Religionis diſsidiis Atheiſmũ procreari dicit, quarum prima ſit, *quod iſto diſſenſionum ariete, firmamenta prouidentiæ diuinæ, quæ omnis religionis baſis eſt, vehementer concutiuntur: quum ſubit animum cogitatio, quod prouidentiæ ſi vlla ſit, primarium munus eſſe videatur, chariſſimam filiam ſuam religionem in tam clara luce collocare vt omnium qui non vltrò oculos ſibi effodiunt, aſpectibus ſit manifeſta. Altera, quod homines prophetia, quæ Religionis continet inſtructionem; & cultus diuini exercitio deſtituti, primo in inſcitiam & diſſuetudinem cultus, inde in ipſam impietatem prolabantur. Ex atheiſmo porro radice pullulat Epicureiſmus, morum omnium in licentiam diſſolutio & pernicies; ruptis ſcilicet diuini timoris repagulis, quo ſolo in officio continentur.* Deinceps docet, qua ratione ex Religionis diſſenſione odia naſcãtur & ex odijs ſchiſmata, factiones, perſecutiones & bella. Remediũ daturus nullũ eſſe aliud docet perter conciliũ ſeu ſynodum ordinatè ac legitimè inſtitutam. Pro cuius preparatione requirit *vota & ſupplicationes cum ieiunijs cinere & ſacco*, item vitæ ſeriam emendationem, Superbiã, auaritiã, luuxriã cæteraq; vitia contrariis vult virtutibus permutari, adeoq; conciliũ

con-

conuocari non niſi ex viris ſapientia, vitæ ſanctitate, experientiâ rerum inſtructis, Zelo Dei & ſalutis hominum, amore veritatis & pacis flagrãtib. Nimirũ tales requirit, quorũ nullus ſit hæreticus: quos an facile inter ſuos habere poſsit vehementer dubito. Magiſtratui politico ius tribuit tum conuocandi concilium, tum in eo *ordinis & moderaminis gratia* præſidendi. Actiones in iſta ſynodo peragẽdæ ſunt (inquit) accurata de cõtrouerſijs diſceptatio, matura cõſultatio; & libera ſententiæ dictio: quarũ omnium norma ſit ipſum verbum Dei veteris & noui teſtamenti libris conſignatum &c. Ex Synodo ſic adminiſtrata fructum dicit expectari poſſe vberrimum; Non tamen infallibiliter vel omnium conſenſum vel veritatis punctum, etiã vbi conſenſus fuerit, attingendum eſſe exiſtimat: quare & ſubdit: *Quæ verò communi erunt ſtatuta conſenſu, illa per vim obtrudendi non ſument authoritatem ſibi ſynodus: ſemper enim cogitare debet ſe, quum omnia ex conſcientia feciſſe videtur, tamen iudicio labi potuiſſe*, &c.

Eodem anno Iunij 30. in vrbe Leyda conuenerunt Arminium tres Prædicantes delegati Synodi Hollandiæ Auſtralis, præſentibus etiam duobus alijs Synodi Borealis Hollandiæ delegatis, rumorem, qui de minùs recta eius doctrina ſpargeretur, autho-

Digitized by Google

thoritate Synodali eidem intimantes, adeoq́ue requirentes amicam ſuper iſta re cum ipſo collationem, vt quid ſit rei, quidq́ue adhibendum ſit remedij innoteſcat. Negauit Arminius integrum ſibi eſſe aut expedire, vt quoties, à Theologo quolibet de minùs ſana doctrina inſimularetur, ipſe ad examen ſubitò poſtulari debeat: præſtare verò ait, vt ipſe cum talibus ſuis detractoribus congreſſus ſemel atque iterum calumniam ſibi fieri demonſtraret, ad hoc ſuis ſe ſumptibus, quocunque loco fratribus viſum eſſet, promptum fore affirmabat. Vlterius verò vrgenti Franciſco Lansbergio, vni ex Delegatis, vt in collationem deſcenderet, reſpondit, ſe cum Delegatis Synodi & rei geſtæ rationem ad Synodum relaturis conferre non poſſe, niſi cum conſenſu & mandato ſui Principalis; excepto eo, quod nec eorum relationi, quá de collationis exitu ad Synodum facturi eſſent, ſatis poſſet confidere. Paratum ſe tamen (quamuis nullius ſibi vel contra verbum DEI vel contra Confeſsionem aut Catechiſmum doctrinæ conſcius ſit) cum ipſis vt priuatis perſonis extemplò conferre, ita vt pars quælibet & aſſerta ſua probaret, & aduerſarij quoad poſſet rationibus refutaret; quòd ſi conuenire tunc non poſſent, de re tota ſilentium vtrinque ſeruaretur, atque ad Nationalem vſque

conuocari non niſi ex viris ſapientia, vitæ ſanctitate, experientiâ rerum inſtructis, Zelo Dei & ſalutis hominum, amore veritatis & pacis flagrãtib. Nimirũ tales requirit, quorũ nullus ſit hæreticus: quos an facile inter ſuos habere poſsit vehementer dubito. Magiſtratui politico ius tribuit tum conuocandi concilium, tum in eo *ordinis & moderaminis gratia* præſidendi. Actiones in iſta ſynodo peragẽdæ ſunt (inquit) accurata de cõtrouerſijs diſceptatio, matura cõſultatio; & libera ſententiæ dictio: quarũ omnium norma ſit ipſum verbum Dei veteris & noui teſtamenti libris conſignatum &c. Ex Synodo ſic adminiſtrata fructum dicit expectari poſſe vberrimum; Non tamen infallibiliter vel omnium conſenſum vel veritatis punctum, etiã vbi conſenſus fuerit, attingendum eſſe exiſtimat: quare & ſubdit: *Quæ verò communi erunt ſtatuta conſenſu, illa per vim obtrudendi non ſument authoritatem ſibi ſynodus: ſemper enim cogitare debet ſe, quum omnia ex conſcientia feciſſe videtur; tamen iudicio labi potuiſſe*, &c.

Eodem anno Iunij 30. in vrbe Leyda conuenerunt Arminium tres Prædicantes delegati Synodi Hollandiæ Auſtralis, præſentibus etiam duobus alijs Synodi Borealis Hollandiæ delegatis, rumorem, qui de minùs recta eius doctrina ſpargeretur, autho-

thoritate Synodali eidem intimantes, adeoque requirentes amicam ſuper iſta re cum ipſo collationem, vt quid ſit rei, quidque adhibendum ſit remedij innoteſcat. Negauit Arminius integrum ſibi eſſe aut expedire, vt quoties, à Theologo quolibet de minùs ſana doctrina inſimularetur, ipſe ad examen ſubitò poſtulari debeat: præſtare verò ait, vt ipſe cum talibus ſuis detractoribus congreſſus ſemel atque iterum calumniam ſibi fieri demonſtraret; ad hoc ſuis ſe ſumptibus, quocunque loco fratribus viſum eſſet, promptum fore affirmabat. Vlterius verò vrgenti Franciſco Lansbergio, vni ex Delegatis, vt in collationem deſcenderet, reſpondit, ſe cum Delegatis Synodi & rei geſtæ rationem ad Synodum relaturis conferre non poſſe, niſi cum conſenſu & mandato ſui Principalis; excepto eo, quod nec eorum relationi, quā de collationis exitu ad Synodum facturi eſſent, ſatis poſſet confidere. Paratum ſe tamen (quamuis nullius ſibi vel contra verbum Dei vel contra Confeſſionem aut Catechiſmum doctrinæ conſcius ſit) cum ipſis vt priuatis perſonis extemplò conferre, ita vt pars quælibet & aſſerta ſua probaret, & aduerſarij quoad poſſet rationibus refutaret; quòd ſi conuenire tunc non poſſent, de re tota ſilentium vtrinque ſeruaretur, atque ad Nationalem

vſque

Digitized by Google

vſque Synodum omnia differrentur. Negauerunt hoc delegati , atque ita fruſtrati diſceſſerunt.

Iulij vigeſimo octauo eiuſdem Anni Seniores Conſiſtorij Leydenſis à Senatu Eccleſiaſtico ad Arminium mittuntur, vt cum eo (niſi inuitum ſentirent) de eodem negotio collationem inſtituerent. Excuſauit ſe iterum nec quicquam actum eſt.

Circa idem tempus Claſsis Dordracena pullulantibus paulatim inter Gomarum & Arminium diſsidiis falcem adhibere conabatur; concepto grauamine in hac forma: *Quum in Eccleſia & Academia Leydenſi rumor ſit controuerſias quaſdam circa doctrinam reformatarũ Eccleſiarum obortas eſſe, cēſuit claßis neceſſarium eſſe, vt de ijs controuerſiis quam tutißimè citißimeqúe componendis Synodus deliberet, vt ſchiſmata omnia & offendicula quæ inde oriri poſſunt, tempeſtiuè amoueantur, conſeructurqúe vnio reformatarum Eccleſiarum contra aduerſariorum calumniam.* Oblatum eſt hoc grauamen Academiæ Leydenſis Curatoribus & ciuitatis Conſulibus; qui conuocatis profeſſoribus ab iiſdem ſciſsitati ſunt: *num quæ ipſis controuerſiæ huiuſmodi eſſent perſpecta: Illi, re inter ſe primùm examinatâ ſeorſim perpenſâq́;, vnanimiter reſponderunt : optaſſe ſe à Claſſe Dordracena melius ordinatiuſq́; in hac re actum eſſe: Inter ſtudioſos quidem opinari ſe*

plura

plura diſputari, quàm ipſis gratum ſit; inter ſe verò, hoc eſt, inter facultatis Theologicæ profeſſores, nullum diſcrimen, quod quidem conſtet, eſſe in Fundamentis doctrinæ. Daturos quoque operã, vt quæ inter ſtudioſos diſputationes huiuſmodi obortæ ſunt, minuantur. Actum x. Aug. Anno. 1615. Subſcripsêre:

Iacobus Arminius pro tempore Rector Academiæ.

Franciſcus Gomarus.

Lucas Trelcatius.

Eo ipſo die quum idem quoque propoſitum eſſet D. Ioanni Kuchlino Regenti Collegij Theologici, reſpondit ſe ijs quæ à DD. Profeſſoribus dicta erant, ſuffragari.

Nouembris nono Leydam venêre Delegati Synodi Hollandiæ Auſtralis, Vniuerſitatis Curatoribus nouem quęſtiones proponentes, petenteſque vt ipſi Curatores à Theologiæ Profeſſoribus reſponſiones ad eaſdem quæſtiones poſtularent. Negarunt id Curatores huiuſmodi diſquiſitionem ad Nationalem Synodum, quę proximè futura ſperabatur, differentes.

Reſpondit nihilominus poſtea ad quæſtiones iſtas Arminius; ſingulis quoque earum aduerſarias quæſtiones oppoſuit. Prima quæſtio Synodalis erat:

Num electio ſit prior, an vero fides præuiſa, ita vt Deus ſecundum fidem præuiſam elegerit ſuos.

Prima Arminij huic oppoſita: *An*

An decretum de danda alicui fide, prius ſit decreto quo ſtatuitur fidei ad ſalutem neceſſitas.

2. Synodalis: *An inde ſequatur Deum eſſe authorem peccati, ſi dicatur æterno ſuo decreto omnia, & ſingula, etiam prauas hominũ voluntates ad certos bonos fines determinaſſe & regere.*

2. Arminij: *An determinare & dirigere omnia & ſingula etiã prauas hominum voluntates ad certos bonos fines, idem ſit quod ſtatuere, vt homo vitioſus fiat & peccet, quo via pateſiat exſequendo abſoluto decreto Dei de nonnullis in ira damnandis, & alijs ex miſericordia ſaluandis.*

3. Synodalis: *An peccatum originale hominẽ per ſe æternæ mortis reum faciat, etiam nullo accedente peccato actuali: an verò eius reatus Chriſti mediatoris beneficio ab omnibus & ſingulis hominibus ſublatus ſit.*

3. Arminij: *An ſi nonnulli propter ſolum peccatum ab Adamo perpetratum, alij etiam propter repudiatum Euangelium condemnentur, non ſit duplex peremtorium decretum de damnandis hominibus, & duplex iudicium, vnum legale, alterum Euangelicum.*

4. Synodalis: *An opera non renatorum ex viribus naturæ profecta ita Deo placeant, vt illis ad conferendã ipſis gratiam ſupernaturalem & ſalutarem moueatur.*

4. Arminij: *An ſerius ſenſus peccati & timor initialis ita placeant Deo, vt ijs moueatur ad*

peccata

peccata remittendum & timorem filialem ingenerandum.

5. Synodalis: *An Deus iure ſuo, nunc ab homine lapſo fidem in Chriſtum exigat, quam ex ſe habere non poteſt: An vero omnibus & ſingulis, quibus prædicatur Euangelium, det gratiam ſufficientem, qua, ſi velint, credere poßint.*

5. Arminij: *An Deus iure ab illo homine poßit poſtulare vt credat in Ieſum Chriſtum, pro quo, decreto abſoluto ſtatuit, ne Chriſtus moreretur; & cui gratiam ad credendum neceſſariam denegare, eodem decreto ſtatuit.*

6. Synodalis: *An fides iuſtificans ſit ſolius Dei vocantis, illuminantis & voluntatem reformantis effectum & purum donum, idq; ſolis ab æterno electis proprium.*

6. Arminij: *An id purum donum dici queat, quod à pura liberalitate offerentis oblatum, ab eo tamen cui offertur repudiari poteſt: an vero voluntaria acceptio id doni nomine indignum faciat.*

ET, *an fides detur ſaluãdis; an vero fidelibus detur ſalus: an vtrumq; dici poßit diuerſo reſpectu; & ſi ſic: quomodo in iſtis decretis non ſit circulus, in quo nihil prius & poſterius eſt.*

7. Synodalis: *An quilibet verè fidelis poßit ac debeat de ſalute ſua certus eſſe in hac vita.*

7. Arminij: *An fides iuſtificans natura ordine præcedat remißionem peccatorum, nec ne: & an*

quiſpiam ad aliam fidem adſtringatur, quam ad iuſtificantem.

8. Synodalis: *An verè fideles & electi fidem ad tempus prorſus amittant.*

8. Arminij: *An aliquis fidem habens & retinens incidat in illud momentum, quo ſi obiret, condemnaretur.*

9. Synodalis: *An fideles ſub gratia noui Teſt. poßint in hac vita legem Dei perfectè ſeruare.*

9. Arminij: *An Deus à conſortibus Noui Teſt. poſtulet ne caro aduerſus ſpiritum concupiſcat, tanquam officium gratiæ fœderis iſtius reſpondens, nec ne.*

Hæ queſtiones cũ reſponſionibus Arminij ad priores, editæ ſunt ab eius filiis An. 1613. Cætera quæ ante retulimus, partim habet Arminius *in Declaratione ſua ad Ordines pag.* 2. 3. & 4. partim Petrus Bertius *ſupra.*

Anno 1606. Martij decimoquinto, Or-
1606. dines Generales, vt Nationalis Synodus
conuocaretur, conſenſerunt, idque *nomine
Illuſtrium ipſarum Dominationum, vtpote legi-
timorum Magiſtratuum, protectorum ac defen-
ſorum in hiſce regionibus Chriſtianæ Religionis
reformatæ, & quibus proinde ius competit*, &c.
*vt Synodus illa Nationalis cum reuiſione Confeſ-
ſionis & Catechiſmi earundem Eccleſiarum &
Conſtitutionibus Eccleſiaſticis hactenus in ea fre-
quentatis in nomine & timore Domini ita in-
ſtituatur, vt, &c.*

Hac

Digitized by Google

Hac autem tempeſtate (aiunt Leydenſes *pag.* 15.) non minus ſegniter de ijs ferè quibus ante (ſcilicet anno 1597.) quæſtionibus inter Hollandiæ & aliquot vicinarum prouinciarum Paſtores diſputabatur, alijs rigidiorem Doctoris Franciſci Gomari, alijs eam, quæ Reineri Donteclokij nomine venditabatur, alijs mitiorem D. Arminij de Prædeſtinatione, eiq́ue annexis quæſitis ſententiam amplectentibus, ſingulis verò opinioni ſuæ in Confeſſionis & Catechiſmi verbis patrocinium aliquod quærentibus. Ob has itaque neceſsitates vrgebatur Synodus; hęc tamen, licet ab Ordinibus iam conceſſa, inchoata non fuit. Cauſam ibidem ſubiungunt Leydenſes: Malè habuit Eccleſiarum Delegatos de reuidendis Confeſsione, Catechiſmo & Canonibus Eccleſiaſticis mentionem inijci. Aiebant ſcilicet iſto commate in dubium vocari totam illis Breuiarijs comprehenſam doctrinam. Vrgebant forenſe hoc eſſe *Reuiſionis* vocabulum, nec poſtulari illum actum, niſi cum latæ ſententiæ non acquieſcitur, ſed eius retractatio aut mutatio potius poſtulatur. Quare tam grandis negotij & tantorum conſiliorum moles ex vocis iſtius interpretatione pependit aliquamdiu, & in hunc vſque diem impeditur. Reuerſus igi-

tur ad ſuos Paſtoribus ijs, qui ad petendam Synodum miſsi fuerant, diligentius ad reſcripti iſtius tenorem attendere cœperunt Hollandicæ Eccleſiæ, quæ in Synodo Gorrinchemienſi habita menſe Auguſto eiuſdem Anni CIↃ.IↃ. CVI. æquitatem iſtius De recognoſcenda Confeſſione & Catechiſmo clauſulæ ſuo ſuffragio comprobarunt. *Eccleſiis enim videri*, ait Synodus, *in Synodo Generali confeſsionem more ſolito expendendam iterumq́; examinandam eſſe*, &c. ideoque; Profeſſoribus Leydenſibus, &; Paſtoribus ad eam Synodum pertinentibus mandatum, vt Confeſſionem & Catechiſmum in hiſce regionibus vſurpatum diligenter perlegant & ſcrutentur. Pergunt dein ſic:

1607. Anno 1607. menſe Iunio, euocatis ab Ordinib. inſignioris notæ aliquot Paſtoribus & Doctoribus ex omnibus Confœderatis Prouincijs, conuentum habuêre, quem dicunt *præparatorium*, vbi de forma & modo habendæ Synodi cognoſcere eorum iudicia voluerunt. Verum in eo ipſo conuentu rurſum Recognitionis iſtarũ Doctrinę formularum, quantumuis ea non ſine exemplo aliarum Eccleſiarum & grauiſſimis de cauſis à ſupremo Magiſtratu decreta eſſet, acritet reſtitum eſt, iudicatumque in Synodo nationali non debere Confeſsionem

Belgi-

Belgicarum Eccleſiarum(*ita habent Leyden. deſiderato verbo , reuideri vel examinari*) ſed poſſe relegi , Si id Synodus ob incidentes cauſas neceſſarium iudicauerit. Vnde hic tali modo conqueruntur Remonſtrantes: *En reſciſſum hic tredecim aut circiter Eccleſiaſtarum iudicio Summarum in Belgio poteſtatū Decretum. Et ſic porrò non ab Ill. Ordd. Generalibus, ſed ab ipſis Eccleſiarum Paſtoribus in expectatione deſiderata Synodi detenta ſunt noſtrates Eccleſiæ.*

Fuit in hoc conuentu etiam Arminius multumque ibi diuerſis vicibus poſtulatus fuit apertè ſe declarare in iis, quæ in Catecheſi & confeſsione deſideraret. Sed renuit ipſe illud facere, priuſquam ad Synodum ipſam ventum eſſet. *vid. Sibr. Lubb. in Reſp. ad Epiſt. 2. Bertij.*

Interim Miniſtri quidam Hollandiæ recognitionem illam vrgere non deſinebant. Indicitur Synodus Hollandiæ Auſtralis Delphis habenda, prius tamen deputantur ad Arminium tres diuerſarum Ciuitatum Prædicantes. Hi iterum Arminium de ſententia ſua interrogant, negat ille collationem, dicens differendum eſſe hoc negotium ad Synodum nationalem, atque ita eos dimiſit. Inde in Delphenſi Synodo articulo quarto ſtatutum eſt, vt Eccleſiaſtæ & Theologiæ Profeſſores in omnia ſcriptis

iſtis ſeu formulis contẽta tum quo ad ſubſtantiam, tum quo ad verba & phraſes attentè inſpiciant. Ibi tum aliqui Prædicantium, ne Doctrinę reformatę capita in controuerſiã vocare viderẽtur, in pleno Concilio vltrò teſtati ſunt, ſe Confeſsionem & Catecheſin quod ad ſubſtantiam, & fundamentum doctrinę pertinet probare. Vrſerunt tamen alij, vt edicerẽt, num omnia etiam verba & phraſes, & quicquid eſt iſtiuſmodi in Confeſſione & Catechiſmo conformia eſſe crederent Diuino verbo, an nõ. Detrectarũt ad hoc reſpõdere dicti Prędicantes, ex Ordinum & Gorichomienſis Synodi decreto ad Nationalẽ Synodũ hãc inquiſitionem differri poſtulantes. Inde ſtatim hi paſſim per Eccleſias Batauorum & finitimas quoque regiones, partim clancularijs ſuſurris, partim propalatis apud vulgus delationib. vt heterodoxi & de impuriore doctrina ſuſpecti, traducti accuſatique ſunt.

Anno 1608. aduerſus Arminij iam feliciter inchoatam reformationem, excitari cœpit durus quidã & inſuperabilis propheta, agitatus ſpiritu Domini, illo ſcilicet qui vexabat Saul. Iuuenis erat natione Vltraiectinus dictus Vincentius à Drielenburch. Dederat hic operam ad tempus aliquod iuris prudentiæ in Academia Leydenſi, in hunc

1608.

hunc vſque annum (vt ipſe fatetur) nondũ renatus, nec fidelis, ſed vehementi præiudicio abreptus aduerſus Caluiniſtas & Conſiſtoriãtes, ſeu eos qui confeſsionis Belgicę & Heidelbergenſis Catechiſmi doctrinam conformen eſſe credunt ſacris literis. Hoc autem anno diebus circiter 14. ante paſcha, cum eſſet Vltraiecti, dicit in oratione matutina ſubito in ſe deſcendiſſe virtutem Dei veluti diuinam quandam obumbrationem atque inſpirationem qua certò intellexerit ſe eſſe per Chriſtum iuſtificatum & à damnatione redemptum, moxque ita fuerit mutatus in nouũ hominẽ, vt nõ ſolũ verã fidẽ & conſcientiæ quietẽ ſit adeptus, ſed etiam iſtiuſmodi S. Scripturæ notitiã, vt *qui prius tanquã per nebulam verbũ Dei legerat, nũc clarè & dilucidè illud legerit & intellexerit; imo vt claram Saluatoris faciem ſibi impreſſam viderit. Noueram* (inquit) *iam cœleſtẽ Patrem, noueram Filium, noueram Spir. S. noueram Deum.* Scripſit paulò poſt de hac ſua regeneratione quædã ad Iacobum Arminiũ, à quo tamen reſponsũ non accepit. Deinde Leydã reuerſus vt iuris ſtudiũ abſolueret, in Auguſto huius eiuſdem anni ſecundam habuit viſionem, in quam cum ſtupore fuerit abreptus, occaſione lecti iſtius præcepti Domini Matth. 23. *Patrem nolite vocare vobis ſuper terram, vnus eſt enim pater*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

veſter qui eſt in cœlis. Hic itaque primò ſe ait vidiſſe omnes Catholicos contra hoc Chriſti præceptum Pontificem Rom. vocare *Papam* ſeu Patrem in terra Chriſti Vicarium. 2. in hoc Pontificis nomine comprehenſum eſſe numerum myſticum nominis Antichriſti, quem S. Ioannes Apocal. cap. 13 dicit comprehenſurum *ſexcenta* ſexaginta ſex. Itaque inſcium ſe pro nomine *Pater à Deo* ſcripſiſſe *Paterra deo*, moxq́ue applicato, iuxta græcam calculãdi formulam, ad ſingulas literas valore arithmetico, ipsũ reperiſſe, qui quęrebatur numerũ, exultaſſe mox ſe præ gaudio; geminatum R. non iam lapſum; ſed quia vocem *Terra* ſecum in illud nomen trahat, nec ſonum in pronunciando mutet, *Oraculum* putaſſe quo omnes Papiſtæ poſsint eludi.

Hac erga viſione illuſtratus propheta pergit mox ad Arminium, myſterium eidem aperit, & copiam ſuæ prophetiæ apud illum deponens, ipſe cum autographo ſubito Hagam comitis pergit, vt Principi Mauritio & Dominis ſuis Ordinibns Generalibus idipſum exhibeat. Hagam vbi venit ad Ioannem Vtenbogardum Comitis Mauritij tunc concionatorem ſe confert vt per eum acceſſum ad Mauritium impetret; negotia ait ſe habere diuina per Dei ſpiritum ſibi reuelata, quæ communicare ſuæ

Excel-

Excellentiæ & per eam Ordinibus Generalibus debeat. Ioannes Vtenbogardus ipſi reſpondet, non poſſe ſe hæc tam facilè credere nec cum ipſo ad ſuam Excellentiã pergere, niſi prius ipſe Drielenborg miraculũ ſibi aliquod exhibeat. Tũ Drielẽborg paululum cunctatus, exhibiturũ ſe ei miraculũ recipit: prolaturum ſcilicet nomen Antichriſti ſeu beſtiæ, quod nulli mortalium fuerit hactenus cognitum, moxq́ue familiari vocis tono Pontifex Romanus, inquit, eſt *Paterradeo.* iterum ſecundò altiori voce idipſum repetit. Demum tertio quanta poterat contentione maxima idem denuo ingeminat, ita vt tremere circumquaque viderentur omnia. Vtenbogardus, audito tam monſtroſo miraculo, timore correptus è muſæo ſuo diſcedere atque hominem ſolum inibi relinquere parat. veritus ſcilicet vt, ſicut ab aliis Sanctis, cæcis aut claudis membrorum ſolet integritas reſtaurari; ita in ſe mutilando nouus hic miraculorum patrator virtutis ſuæ periculum faceret. Iamq́ue fugam adornans, *Hoccine*, inquit, *eſt quod promiſiſti, miraculum. pulchrum ſane miraculum: Et ego huiuſmodi facilè miracula fecero: Monſieur Drielenborg caue ne iudicij te beneficium deſerat.* Tum ille nihil eius rei eſſe periculi aſſerens, Vtenbogardum vt quæ à ſe prolata erant calamo in chartam exciperet,

veſter qui eſt in cœlis. Hic itaque primò ſe ait vidiſſe omnes Catholicos contra hoc Chriſti præceptum Pontificem Rom. vocare *Papam* ſeu Patrem in terra Chriſti Vicarium. 2. in hoc Pontificis nomine comprehenſum eſſe numerum myſticum nominis Antichriſti, quem S. Ioannes Apocal. cap. 13 dicit comprehenſurum *ſexcenta* ſexaginta ſex. Itaque inſcium ſe pro nomine *Pater à Deo* ſcripſiſſe *Paterra deo*, moxque applicato, iuxta græcam calculãdi formulam, ad ſingulas literas valore arithmetico, ipsũ reperiſſe, qui quęrebatur numerũ, exultaſſe mox ſe præ gaudio; geminatum R. non iam lapſum; ſed quia vocem *Terra* ſecum in illud nomen trahat, nec ſonum in pronunciando mutet, *Oraculum* putaſſe quo omnes Papiſtæ poſsint eludi.

Hac erga viſione illuſtratus propheta pergit mox ad Arminium, myſterium eidem aperit, & copiam ſuæ prophetiæ apud illum deponens, ipſe cum autographo ſubito Hagam comitis pergit, vt Principi Mauritio & Dominis ſuis Ordinibns Generalibus idipſum exhibeat. Hagam vbi venit ad Ioannem Vtenbogardum Comitis Mauritij tunc concionatorem ſe confert vt per eum acceſſum ad Mauritium impetret; negotia ait ſe habere diuina per Dei ſpiritum ſibi reuelata, quæ communicare ſuæ

Excel-

Excellentiæ & per eam Ordinibus Generalibus debeat. Ioannes Vtenbogardus ipſi reſpondet, non poſſe ſe hæc tam facilè credere nec cum ipſo ad ſuam Excellentiã pergere, niſi prius ipſe Drielenborg miraculũ ſibi aliquod exhibeat. Tũ Drielẽborg paululum cunctatus, exhibiturũ ſe ei miraculũ recipit: prolaturum ſcilicet nomen Antichriſti ſeu beſtiæ, quod nulli mortalium fuerit hactenus cognitum, moxq́ue familiari vocis tono Pontifex Romanus, inquit, eſt *Paterradeo.* iterum ſecundò altiori voce idipſum repetit. Demum tertio quanta poterat contentione maxima idem denuo ingeminat, ita vt tremere circumquaque viderentur omnia. Vtenbogardus, audito tam monſtroſo miraculo, timore correptus è muſæo ſuo diſcedere atque hominem ſolum inibi relinquere parat. veritus ſcilicet vt, ſicut ab aliis Sanctis, cæcis aut claudis membrorum ſolet integritas reſtaurari; ita in ſe mutilando nouus hic miraculorum patrator virtutis ſuæ periculum faceret. Iamq́ue fugam adornans, *Hoccine*, inquit, *eſt quod promiſiſti, miraculum. pulchrum ſane miraculum: Et ego huiuſmodi facilè miracula fecero: Monſieur Drielenborg caue ne iudicij te beneficium deſerat.* Tum ille nihil eius rei eſſe periculi aſſerens, Vtenbogardum vt quæ à ſe prolata erant calamo in chartam exciperet,

rogabat; ſed fruſtra: donec tandem in genua prouolutus & per amorem Dei deprecatus permouit eum vt reſumpto animo quæ audierat verba deſcriberet: Scripto iam nomine geminatum illud R. Vtenbogardo nō multum placuit: ideoque quamprimum potuit, hominem à ſe dimiſit, nec acceſsū ei ad Mauritium procurauit.

Ille ergo ſpe ſua fruſtratus redit eodē die Leydā, Arminio de ſiniſtro ſuo ſucceſſu queritur, & ab eo non multum ſerio commendatus in opportunius tempns myſterij tanti, cuius capaces nondum erant homines reuelationem differt. Sibi tamen interim & familiæ ſuæ prophetare non deſinit. Nam ſequenti anno tertiam viſionem iam matrimonio cum exiguo continentiæ adeoque veræ regenerationis teſtimonio, copulatus, Vltraiecti habuit. in qua eundem Antichriſti nominis numerū Belgicis hiſce dictionibus *Roomsh paep.* I. *Romanus papa* competere intellexit. Sed ante annū 1613. in publicum viſiones haſce ſuas non diuulgauit.

Eodem hoc anno 1608. Ordines Arminium eiuſque Antagoniſtam Gomarum Hagam Comitis euocant, Senatumque ſupremi Conſilij cum quatuor Prædicantibus delegant, vt de Controuerſijs eorum inquirant, ſuumque de eis iudicium ad ſe referāt.

Pro-

Propoſuit Gomarus Arminio vnum & triginta articulos, vt & Arminius Gomaro vigintinouem vterque ſcripto, neutri verò alterius reſponſiones videre conceſſum eſt. Sed Delegati examinatione partium facta ad Ordines hoc modo retulerunt; Inter Gomarum & Arminium (quantum quidẽ ipſi iudicarent) nullum eſſe de capitali aliquo ad ſalutẽ neceſſario puncto diſsidium. Hinc ira excanduit Gomarus in tantum, vt in Conſeſſu Ordinũ vehementi contentione palam aſſeueraret, tantum eſſe inter ſuam & Arminij ſententiam diſcrimen, vt ipſe cum Arminij ſententia ante Chriſti tribunal comparere non auderet, additque tantam inde orituram eſſe ſimultatem, vt non prouiuciæ ſolum & ciuitates, ſed ipſi etiam ciues in ſeſe mutuò ſint inſurrecturi. Arminius contra paratum ſe ſiſtebat vel ex tempore, aut quandocunque Dominis Ordinibus viſum eſſet, innocentiam ſuam & cauſæ æquitatem clara explicatione manifeſtam reddere. Gomarus deinde domum reuerſus articulos ſuos Arminio propoſitos typis diuulgat, Arminium in multis perſtringit. Reſpondet iiſdem articulis Arminius; iniuriam ſibi à Gomaro illatam, falſoſque errores impoſitos demonſtrat.

Octobris vigeſimo Ordines Arminium literis denuò ad ſe euocant, vt in penultimũ

eiuſdem

eiuſdem menſis diem Hagæ ſe ſiſtat, promiſſam, Doctrinæ ſuæ explicationem & ore, & ſcripto præſtiturus. Paruit ipſe, eamque profeſsionem exhibuit, quam poſt eius obitum anno milleſimo ſexcenteſimo decimo, relicta eiuſdem vidua adiuta à ſuis fratribus typis emiſit. In hac profeſsione plurimis primò ſe excuſat de negata hactenus collatione cum ijs, qui ex authoritate Synodi ſe conuenerant, purgans ſe ex eo præcipuè, quòd non Synodo alicui ſiue Auſtralis, ſiue Borealis Hollandiæ, ſed politico ſuo Magiſtratui de ſuis actibus rationem reddere teneretur, atque ita ſine Magiſtratus mandato nō potuerit ſe alicuius Synodi examini aut iudicio ſubmittere; aitque pag. 8. Si &c. *Sic ego Synodo aliquam in me authoritatem aut ius conceßiſſem, quam nec habet, nec ego ex officio meo concedere ei poßum abſque iniuria eorum, qui à politico magiſtratu mihi ſunt præpoſiti:* Deinde pag. 9. Si dicatur (ait) debuiſſe me apertè meam ſententiam edicere, vt de ijs, quos forte haberem, erroribus potuiſſem inſtrui. Reſpondeo ita ſe rem habere, vt non ego ſolus, ſed plures etiam alij in religionis negotio hæſitent, adeo vt inſtructio prodeſſe nulla poſsit, niſi omnibus illis conuocatis in tali loco, *vbi definitiua de omnibus ſententia feratur*. Inchoaturus fidei

dei ſuæ profeſsionem primo Ordinum Cō-gregationi proxime poſt Deum obedientiam ſe debere fatetur, idemque in fine repetit. Deinde triplicem ait eſſe inter reformatos de Prædeſtinatione Sententiam. Horum primam ſe improbare, hanc ſcilicet: Quod Deus ab æterno nullo habito reſpectu vel ad exiſtentiam, multò minùs ad lapſum hominum quoſdam ad æternam vitam, cęteros ad mortem ordinauerit, ideo ſolum, vt iuſtitiam ſuam & miſericordiam vel abſolutum in omnia dominium, ſapientiam & iuſtificantem gratiam declararet: Quod ad hunc finem obtinendum ordinauerit media cum neceſſaria ad finem iſtum connexione, idque vi prioris decreti; ita vt præordinatus per iſta media neceſſario ad præſtitutum finē perducatur: Quod inter hæc media Creatio hominis in originali iuſtitia, lapſus ipſius & iuſtitiæ otiginalis, ac imaginis Dei priuatio, ſimulque Concluſio ſub peccato & damnatione, ſint communia prædeſtinatis & præſcitis: Quòd pro fine electionis medium DEVS ordinauerit miſsionem CHRISTI, & in adultis efficacem vocationem ad fidem, ita vt vocatus diſſentire non poſsit: Conſeruationem quoque in fide & iuſtitia vſque ad mortem, per quam fiat,

vt

vt electi plena voluntate peccare aut à fide & gratia excidere nunquam poſſint; ita tamen, vt paruuli non omnes, ſed ij duntaxat, qui prædeſtinati ſunt, ob ſolam Chriſti ſatisfactionem & meritum, ſalutem conſequantur: Quòd medium reprobationis omnibus reprobis etiam paruulis commune ſit negatio gratiæ etiam ſufficientis, eò quod pro ipſis Chriſtus (qui cauſa eſt meritoria gratiæ) non ſit mortuus, nec velit Deus ſpiritum Chriſti reprobis conferre: Quòd quibuſdam (adultis) reprobationis medium proprium ſit obduratio, contingens eis vel ob peccata præcedentia; ad cuius obdurationis executionem det Deus cognitionem iuſtitiæ ſuorum mandatorũ, quæ ipſi in iniuſtitia coguatur obſeruare; vt ſint inexcuſabiles; vel ideò, quia Euãgelij gratiam reiecerint; ad cuius obdurationis executionẽ vtatur Deus vocatione nõ ſufficienti & inefficaci, idq; tã ex voluntate Dei, quàm ex effectu; ita vt vocatio iſta vel tantum ſit exterior; ad quam fides ſequi non poteſt, vel etiam interior ſolius intellectus illuminatio, qua etiam Dæmones credunt, vel denique aliqualis etiam motus ad cæleſtia dona degustanda: quòdque ij, quibus hoc poſtremum contingit, omnium ſint longè miſerrimi, cum tollantur

tur in altum , vt lapſu grauiore ruant; quippè qui neceſſariò ad vomitum redeunt.

Hanc opinionem dicit à quibuſdam teneri, vt fundamentum *Chriſtianitatis, ſalutis & certitudinis ſalutis*, eſſeque, ſecundum illos, certiſſimam fidelium conſcientiarum conſolationem, contrarium autem Pelagianum eſſe ac Diuinæ gratiæ imminutiuum. Deinceps ipſe Arminius hæc ſingulatim refutare aggreditur. Primum quidem, quia *Chriſtianitatis fundamentum* ſolummodo ſit decretum Dei ſtatuentis Chriſtum caput Saluatorem ac fundamentum ſaluandorũ: prædeſtinationis verò iſtius doctrina nõ ſit ea, qua præcisè fideles vt membra iſti Capiti vniuntur. Secundum; quia prædeſtinatio iſthæc non ſit decretum Dei ſecundum propoſitum in Chriſto Ieſu, nec doctrina iſtius prædeſtinationis ſit virtus Dei in ſalutem omni credenti, cum Iuſtitia Dei per eam non reueletur ex fide in fidem. Tertium denique; quia *ſalutis certitudo* hoc argumento nitatur: *quicunque credit, ſaluabitur, ego credo, ergo ſaluabor.* Cùm tamen doctrina iſthęc nec maiorem, nec minorem huius argumenti tradat. Addit nõ tradi iſtã prædeſtinationem in Euangelio, cum ibi (etiam ex ipſius Gomari in ſuis theſibus

con-

confeſſione) nuſquam explicetur, *quoſnam ſigillatim (perpaucis exceptis) nec quot, ſed tantum quales generatim prædeſtinauerit Deus.* Deinde ait iſtam prædeſtinationem ſexcentis primis poſt Chriſtum annis in nullo vnquam Concilio definitam eſſe, nec ab Auguſtino aut alio quouis Patre intra primos ſexcentos annos receptam; quinimmò nec conformem eſſe Catechiſmo aut Confeſsioni Belgicæ, vt nec multarum Ciuitatum ac Prouinciarum aliarum Confeſsionibus. Imò verò *repugnare diuinæ ſapientiæ, iuſtitiæ & bonitati; naturæ quoque humanæ, cum ab ea liberum arbitrium remoueat; item repugnare rationi creationis vitæ, & mortis æternæ, peccati quoque & gratiæ; Denique detrahere honori diuino; cum ex ea ſequatur Deum eſſe peccati authorem*, quod quatuor argumentis probat, atque inde infert, *non hominem, ſed Deum peccare, & quoniam implicat, peccatum eſſe, quod Deus ipſe facit*, concludit, *peccatum, nullum eſſe peccatum*, aliaque plura abſurda & inconuenientia: quinimmo conſtanter aſſeuerat per iſtam doctrinam euerti fundamentum, non Chriſtianæ duntaxat, ſed omnis etiam omnino religionis; ideoque ob hanc præcipuè doctrinam, Reformatos peſsimè

peſſimè hactenus audire apud Papiſtas, Mennoniſtas & Lutheranos: atque ob hanc cauſam ſe commotum ad iſtud punctum diligentius attendere, vt ſine detrimento cum Antichriſti regno bellum poſſet gerere.

Deinde ſecundam proponit aliorum ſententiam Quòd nimirum Deus ex omnibus hominibus pauciorem partem ab æterno decreuerit ex ſuo ſolo beneplacito, gratiæ ſuæ ac gloriæ participem facere, ceteros præterire & ſibimet ipſis relinquere; dein verò vbi ſic ſibi relictos peccaſſe vidit; damnationi ac pœnæ deſtinare: ita tamen vt prædeſtinatio ſeu electio reſpectu finis conſideret hominem in communi & abſolutè; reſpectu mediorum cōſideret hominem vt lapſum in Adamo: vtque in Decreto finis hi duo ſint gradus, primus Dei *præſcientia*, qua nouit ſuos, ſecundus *præfinitio*, qua ſalutem illis ordinauit, eligendo ſcilicet illos primo ab æterno, deinde vero gratiam & gloriam præparando. Media quoquè ſint, primò ipſe *Chriſtus*, deinde *vocatio efficax & perſeuerantiæ donum.* Ad reprobationis verò executionem ordinetur *derelictio in natura & gratiæ ſupernaturalis denegatio* iuſtè à Deo facta. *Sententia 2. De prædeſt.*

Sententia 3. De prædeſt. Tertiam denique ſententiam ſubiungit quorundam dicentium, Prædeſtinationis & rebrobationis obiectum eſſe hominem lapſum, ita tamen vt in prædeſtinatis nullum habuerit Deus reſpectum ad eorum fidem ſeu pœnitentiam, vt nec in reprobis ad impœnitentiam ſed ad ſuam duntaxat gloriam.

Cenſura Arminij de vtraque ſententia poſteriori. Has duas poſteriores ſententias ideò dicit excogitatas, vt Deus peccati author non eſſe defendi poſſet, reuera tamen ad hoc eas non ſufficere. Non quidem priorem; tum quia Deus negando ſufficientem gratiam in cauſſa fuit, vt neceſſariò peccatum ſequeretur, tum quia omnes ſic à Deo neglecti, non poſſunt non damnari. Nec etiam poſteriorem, partim quidem, quia eiuſdem fautores dicunt, quod Deus ſubtrahat reprobis gratiam ad nō peccandum neceſſariam; partim verò, quia ponunt Deum voluiſſe ſuam gloriam manifeſtare per vindicatiuam iuſtitiam, vnde infert Arminius, ex Dei voluntate neceſſaria eſſe peccata. Deinde ſubdit; declaratis iam ſententijs de Prædeſtinatione in Eccleſijs noſtris & vniuerſitate Leydenſi doctis, atque à me non approbatis, allegatis quoq; cenſuræ meæ rationibus, nunc meam propo- *Arminij ſententia de prædeſt.* nam ſententiam, quā verbo Dei maxime

confor-

conformem eſſe exiſtimo, ſcilicet. Primũ abſolutum Dei decretum de ſaluãdis peccatoribus eſſe quo detreuit Chriſtum dare hoſtiam pro peccatis. Secundum, eſſe voluntatem ſaluandi in Chriſtum credentes ac pænitentes. Tertium, eſſe ordinationem mediorum ſecundum Dei ſapientiam. Quartum, voluntatem ſaluandi vel damnandi quoslibet in particulari propter aſſumptam fidem, vel propter incredulitatem ab æterno in ipſis præuiſam, ita tamẽ, vt fides non niſi ex gratia tam præueniente quam concomitante credentibus obtigerit. Inde poſt miram huius ſententiæ commendationem admittit Dei prouidẽtiam in omnibus omnino rebus, dum modo per hãc non cõſtituatur peccati author.

Liberum arbitrium ad vera bona facienda per gratiam Dei dicit roborari; Gratiam verò non eſſe ſolum Dei fauorem erga peccatores, ſed etiam eſſe Dei dona intellectui ac voluntati hominis infuſa, fidem ſcilicet, ſpem, charitatem &c. ſine quibus nihil boni homo valeat vel cogitare; eſſe quoque iugem aſſiſtentiam Spiritus ſancti, præuenientẽ, excitantẽ, concomitantẽ & ſubſequẽ in omne opere bono; ita tamẽ vt hominẽ ad operandũ nõ neceſſitet, ſed ab eo repelli poſſit, idq; ſępè fieri: *De libero arbit.* *De gratia inhærente.*

De hominũ poſſibili perfectione. *De perſeuerantia perpetua.* *De iuſtificationis certitudine.*

Per hanc gratiam poſſe hominem præualere contra Diabolum, mundum & carnẽ in omni tentatione. An autem qui hanc gratiam ſemel verè acceperunt, poſſint eã per ſuam negligentiam amittere & mundo denuo adhærere, dubitare ſe dicit. Porro certitudinem huius gratiæ habitæ *moralem* concedit: eam verò, quæ ſit *fidei*, non audet aſſerere: Audet tamen dicere, poſſe hominem per Dei gratiam in hac vita eſſe perfectum, ita vt non peccet; quamquam in nemine id fiat aut factum ſit, excepto ſolo Chriſto. Dein quæſtionem moueri dicit de dicto iſto Apoſtoli Rom. 4. *Fides imputatur ad iuſtitiam.* Vtrum ſcilicet id intelligi debeat proprie ita vt ipſe actus fidei inhærens homini imputetur coram Deo, ex gratioſa acceptatione, in fine ad Iuſtiã: an vero figurate & impropriè ita vt, iuſtitia Chriſti per fidem apprehenſa credentibus in iuſtitiam imputetur. an denique etiam ſic, vt iuſtitia ad quam fides imputatur, ſit fidei inſtrumẽtale opus. Suam ſententiam dicit eſſe, quod per merita ſolius Chriſti Deus credentes reputet iuſtos, nullos autem alios, præter credentes: ideoque conuenienter & proprie dici, fidem homini credenti in iuſtitiam ex gratia imputari; quatenus DEVS IESVM Chriſtum

Chriſtum filium ſuum propoſuit tribunal gratiæ, ſiue propitiationem per fidem in ſanguine ipſius. Tandem obiectum ſibi eſſe ab æmulis, permotos à ſe eſſe Ordines, vt *Catechiſmi* & *Confeſsionis* reuiſionem imperarent: negat eſſe quidem id à ſe factum, rectè tamen ac bene id factum eſſe ſuſtinet; poſſe ſcilicet & debere formulas illas ad ſacram ſcripturam, quæ ſola infallibilitate gaudeat, examinari, atque inter cætera diſquiri: An non contineantur in formulis iſtis contradictiones ſeu pugnantia dogmata. Rationem dubij ſubiungit, quia cum aliquando à quodam Concionatore Doctor Ioannes Piſcator in Naſſouia profeſſor per literas fuiſſet admonitus, vt in doctrina de iuſtificatione, ad Heidelbergenſem Catechiſmum ſe conformaret, eique tria eiuſdem Catechiſmi loca tanquam opinioni eius repugnantia ab eodẽ Concionatore fuiſſent obiecta, reſpondit ipſe, ſe Cathechiſmo per omnia conſentire, citans decem aut vndecim eiuſdem pro ſua doctrina teſtimonia. Subdit autem Arminius: *Ego verò Sanctè affirmo, non me videre, qua ratione loca iſta* Catechiſmi *conciliari poßint.* Adducit item exempla Auguſtanæ, Helueticæ ac Gallicanæ Confeſſionum, quę reuiſioni & mutationi ſubiacuerint:

rint: *immo*, ait, *ipſa Confeßio Belgica etiam reuiſa atque per additionem, detractionem, aliiſque modis eſt variata.* His qui obijciunt, *hoc modo ſingulis annis reformatorum fidem in dubium vocari ac mutari poſſe*, reſpondet doctrinam hominum nullam eſſe indubitatam, ſed ſolas ſacras literas, ſecundum quas omnes alij ſpiritus probandi ſint, vtrum ex Deo ſint, nec ne: alioqui non potuiſſe à Luthero & Zvvinglio doctrinam Papalem examinari, quæ tot centenis annis in Eccleſia recepta erat: ne autem nimis frequenti reuiſione opus ſit, Conſiliũ dat, vt Confeſſio fiat quam breuiſſima, & quantum fieri poteſt, ex ipſis ſcripturæ verbis conflata.

Hæc ſumma eſt profeſſionis, quam Arminius hoc anno (vt diximus) obtulit Ordinibus. Gomarus re cognita, paulò poſt ſponte Hagam Comitis pergit, audientiã apud Ordines petit; eaq; impetrata, acerba oratione Arminium traducit, multos ei errores attribuit, Pelagianiſmi præſertim accuſat, Ieſuitam, & Ieſuita peiorem, inconſtantem, Ordinum aſſentatorem vocat: defendiſſe eum ait, Magiſtratum etiam gentilem in Synodis Chriſtianis ſententiã poſſe ſuam dicere ac præſidere; quin immo Pontificem Romanum fratrem, mem-

brum

brum filiumq; Eccleſiæ matris appellaſſe. Tradit dein ſcripto Ordinibus hanc ſuam in Arminium inuectiuam, quam demum poſt mortem Arminij typis diuulgauit. Verùm relicta Arminij vidua in præfatione, quam viri ſui *profeſſioni* præmiſit, ſtudioſè eundem Arminium à Gomari calumnijs vindicat, ac præſertim impenſiſſimè à fraternitate cum Romano Pōtifice; prodens ex alijs Arminij ſcriptis immortale eius (cui ſcilicet ad vltimum vſq; ſpiritum operam dederit) in Romanum Pontificem odium ac venenatam maledicentiam: ex altera quoque parte Gomari in Arminium inueteratam propalat inuidiam, de eaque ſic ipſi improperat: *Et tu, Gomare, hoc perge pede, ſic tuus equuleus curſitet, paſſionibus frenum relaxa, ac, taliter corde diſpoſito, Deum, vt verba tua pro ſuo beneplacito moderetur ac regat, precare: hoc nimirum oras, firmato iam ante propoſito turpiter adeo in proximi famam debacchandi, in eumque iam finem oratione præmeditata: Vnde hæc tua tanta in Confratrem acerbitas, quæ ne poſt mortem quidem eius demoritur? vnde, niſi mera ex inuidia? Noſti quales nonnunquam de frequenti in Concionibus eius auditorio ſermocinationes ſint habitæ: Noſti quo aſtu quidam tibi noti minuere iſtud ſtuduerint:*

Noſti quiſnam inchoata iam primum eius profeſsione, quoque vultu ei dixerit: dicunt te eſſe doctiorem Iunio: Noſti item quid à te, tuiſq; cõſortibus nonnunquam de theſibus proprio ſtudio per eum ad Iuuentutis profectum elaboratis, ac nonnihil commendatis dictum ſit: quid item ſit dictum de lectionibus eius ſuper ſecunda ad Theſſalonicenſes ſecundum caput, ad Pontificem Romanum ſpectantibus, cum eas auditores eius demirantes commendarent: Norunt denique complures alij, cùm aliquando more tuo in eum eſſes concitatus, eò quòd Epiſtolæ ad Galatas explicationẽ inchoaſſet, cum peracerbo morſu te dixiſſe: tu inuolaſti in meã profeſsionẽ.

Eodem hoc anno 1608. Nouembris 23. Ill. Hollandiæ Ordines exaratis ad ſingulas Eccleſiaſtarum Claſſes literis, quas quiſque haberet circa Catechiſmum & Confeſſionem obſeruationes denuo ad ſe trãſmitti & cuſtodiæ ſuæ in Synodum Nationalem committi iuſſerunt. Quo facto, aiunt Leydenſes, ilicet altercationibus iſtis præpoſteris & intempeſtiuis de ſcriptorũ iſtorum iterando examine finis impoſitus eſt, & altum de ijs in hodiernum diem ſilentium. Hoc tamen vltimum quomodo verum ſit non ſatis video, cùm poſtea anno milleſimo ſexcenteſimo duodecimo non leuis fuerit Dorderacenſibus Prædican-

Digitized by Google

cantibus pugna cum Adolpho Venatore, de eorundem etiam ſcriptorum autoritate. Pergunt interim Leydenſes reliqua huius anni ita deſcribere: Non tamen (hoc modo) ſopitæ fuere eæ, quæ de prædeſtinatione, & eius appendicibus vigebant diſputationes; ſed *ex ſcholis ad ſuggeſtum, ex ſuggeſtu ad promiſcuam multitudinem, in fora, in compita & porticus delatæ, ſummæ, mediæ, & infimæ ſortis homines exercuere; Hæ in claßibus & presbyterijs erant contentionum materies fœcunda, nec cuiquam iam Eccleſiaſtæ idem quod nos ſentienti in Eccleſia ſua pacato eſſe licebat, aut vllis SS. Theologiæ candidatis ad Eccleſiaſticæ dignitatis munia aſpirare vltra concedebatur. Menſe Decembri, Synodi prouincialis conuocationem flagitarunt ab Hollandiæ claßibus mißi paſtores. Verum Ordines Hollandiæ minime hoc ex vtili tum reip. tũ Eccleſiæ futurum iudicantes, vt qui impenſiſſimo noſtros condemnandi ſtudio duci eos viderent, petitioni ipſorum abnuere, addito non grauari ſuas dominationes Synodi copiam quoquo tempore facere, modo à temeraria, & præcipiti fratrum condemnatione abſtineretur, donec in nationali Synodo negotium cum pace diſquiri poßit. Verum fratres contra obniti & noſtros quibus poſſunt modis ab obeundo miniſterij opere arcere, in plebis odium concionibus,*

& ſcriptis adducere, nouatorum & heterodoxorum exoſis nominibus inſectari non deſtiterunt.

Hoc modo diſſenſionibus incrementa ſumentibus, locus & occaſio ſimul data eſt alijs ſpiritum ſuum excitandi & prophetias aliàs reprobatas denuo in mediũ producendi. Fuit in vrbe Leyda ab initio penè eiectæ religionis Cathol. ab an. nim. 1574. concionator quidã dictus Caſparus Coolhaſius. Hic tunc cernens libertatem prophetandi per Conſiſtorij & Claſſium Synodorumq; authoritatẽ non parum impediri; docere cæpit huiuſmodi Eccleſiaſtica iudicia vbi politicus Magiſtratus Chriſtianam religionem profitetur, admittẽda nõ eſſe, totũq; Eccleſię & Eccleſiaſtarũ regimẽ penes huiuſmodi magiſtratũ reſidere. Hoc poſito fundamento, viſibilẽ Chriſti Eccleſiã latè admodũ aperuit; omnes in eã recepit, qui in eius. i. Chriſti nomine baptizati ſacras literas, quocũq; tandẽ ſenſu, reciperent; ideoq; neminẽ talẽ vt aliter, quã vellet, credat, moleſtandũ eſſe aut ex Eccleſia eijciendũ, iniquas propterea eſſe cenſuras illas, quas ſiue olim Catholici ſiue iam in belgio reformati cõtra diſſentiẽtes in quibuſdã Chriſtianæ religionis articulis, tuliſſent. Sed libero huius libertini ſpiritui

oppo-

oppoſuere ſe miniſtri cæteri; in conuentu ſynodali eum hæreſios condemnarunt, tãtumq; apud DD. Ordines effecerunt vt ciuitate fuerit eiectus anno 1582. Ille Gaudã inde ſe recepit tutum hactenus huiuſmodi hominum aſylum: moxque pro latiſſima ſua viſibili Eccleſia librum edidit quẽ *Lydium* vocauit *lapidem pro examine faciendo quænam ſit Apoſtolica, Catholica, Euangelica, Reformata, Pura Eccleſia.* In eo parui faciẽdam eſſe dicit communicationem cum quacunq; viſibili Eccleſia; ſolummodo ſerio curãdum, vt quis ſit in inuiſibili Chriſti Eccleſia. hoc eſt vt ſit viuum eius membrum, quod fiat per ſpiritum adoptionis in fide Chriſtiana & vita bona, ſub obedientia politici magiſtratus cum libera conſcientia. Hæc eſſe quæ oporteat facere, cætera autem, vt ſunt baptiſmi & Euchariſtiæ ſuſceptio, S. Scripturæ lectio, concionum ſacrarum frequentatio, ſi libera conſcientia quis frui illis poſſit, non eſſe omittenda, nec tamen eſſe ad ſalutem neceſſaria. Hunc librum nunc tãdem, hoc anno 1608. *ſperans Fortunæ regreſſum* denuo recudi Gaudæ curauit. In fine Appendicẽ adiecit, in qua ſe, dum Leydæ adhuc pacificum hoc ſuum euangelium doceret, ita fuiſſe ciuibus exoſum dicit vt

diebus

diebus ſingulis dominicis pluries centeni homines exiuerint in voorſchooten(pagus is eſt extra Leydam)*concionem audituri,cœnam Domini celebraturi , infantes ad baptiſmum præſentaturi, & matrimonio copulandi:non aliter* (inquit) *atq; ſi ego peſſimus quem mundus vſpiam haberet, fuiſſem hæreticus.* Hæc homo iſte illic vbi intentioni eius ſeruiunt ita fatetur apertè.Poſt paucos tamẽ annos, an nimirum 1611.tractatum quendam de Diſciplina Chriſtiana & Excommunicatione ex ſcriptis Rodolphi Gualteri concinnatum,iterum prælo diuulgans, in epiſtola ad Magiſtratum Leydenſem tractatui iſti præmiſſa,dicit ſe anno 1582.ab Eccleſia iſta auulſum fuiſſe inuita tota congregatione ciuium.Ex quibus facile patet liberam nimis hominis iſtius eſſe conſcientiam. Hoc eodem Anno à Menſe Iulio vſque ad finẽ penè ſequentis anni miſſis vltro citroque literis,ſerio de Fide iuſtificante deque hominis coram Deo iuſtificatione diſputatum eſt inter Sibrandum Lubberti Theologiæ Doctorem & Profeſſorem in Academia Franekerana Friſiæ,& Petrum Bertium Collegij Theologici apud Leydenſes præfectum. Defenderat in Theſibus quibuſdam Bertius fidem in Chriſtum per gratuitam acceptilationem Dei in Chriſto, haberi

haberi pro omni legis iuſtitia quam homo præſtare tenebatur, ita vt habeat homo in ſe inhærens aliquid per quod ſit iuſtus. Hanc ſententiam dicebat Sebrandus Socinianiſmum ſapere: Demonſtrat id literis ſuis latè, ita ſenſiſſe Michaelem ſeruetum, Fauſtum Socinum & Oſtorodium, Fatetur Bertium quidem ab iſtis Hæreſiarchis quoad ſatisfactionem Chriſti plenariam pro peccatis noſtris diſſentire, ſed contendit id verbo tenus tantum fieri, & ex argumentis quibus pro ſententia ſua ſtabilienda Bertius vtitur, inferri poſſe impiam iſtorum hominum, aduerſus Chriſti ſatisfactionem, hæreſin. Suſtinere ſimul volebat Bertius, fidem apprehendere iuſtitiam Chriſti, quæ per imputationem fiat noſtra. Hoc ſolum verum eſſe tuebatur Sibrandus ita Lutherum, ita poſt Lutherum reformatores omnes docuiſſe, & hanc doctrinam ſimul cum priori effato conſiſtere non poſſe, ſicut idem ſimul eſſe nequit forma & inſtrumentum acquirendæ ſeu apprehendendę formæ. Familiaris initio fuit & amica collatio, tãdem tamen vertente anno ita Sibrandus: ſibi viſus eſt Socinianiſmum Bertij detexiſſe vt in literis Anno 1609. 9. Iulij datis aperte dicat ſe indigne moleſteque ferre quod Bertius

Socini

Socini libro ſit ſeductus, hoc ita eſſe graue vt & præſentis vitæ ſtatum turbet, & ęternæ peruertat. Bertius his acceptis, mox ita orditur: *Quid ergo dilecte in Christo frater, poſt tot totieſq; iteratam ſcriptionem, nondum tibi in mentem venire potuit, vt æquo trutinæ examine ſententiam meam expenderes? Ego vero lectione iſtarum literarum quas nūc tandem de manibus depono ita ſenſi me commoueri, vt parum abfuerit quin eas protinus conſciderim. Video me abs te haberi pro deſperato. Iam ſcilicet conclamatum eſt de........ Iudicas me Socini ſententiam amplecti.* Et paulo poſt: *Quid rationis adfers O homo ad minimū apicem epiſtolæ ſuperioris meæ? Oſtende, Oſtēde, inquā, quænam res Lutherum mouerit vt iſtam ſententiam conciperet? quando id factum? qua occaſione? quibus momentis? quo ſcripturæ colore? cur ipſius cogitationes in alteram partem deuolutæ non ſint?* Et infra iterum quærit quid ſit *fidem credentis imputari ei ad iuſtitiā* moxque ſubdit: *Reſponde ſi quid tibi eſt oris aut cordis. Quid detrectas aut tergiuerſaris? Quid ſuſpiciones fingis? Quid ſpectra & portenta, excluſo omni ingenio & liberali examine omniq; Chriſtiana charitate, imaginaris? quid diducis ſupercilium? Quid diuidis quæſtionem & partem confeſſam fingis me negare? &c.*

Ad

Ad has literas, eo quod tardius eas acceપiſſet reſpondit Sibrandus 20. Septembtis, demonſtrans ſe nihil præter rationem ipſi ſcripſiſſe, ipſum vero fruſtra quæ quæſierat quærere *Ad reſponſiones meas* (inquit) *nihil regeris: ad argumenta mea nil reſpondes: & tamen mones imo pænè inſultans vrges me vt reſpondeam. Relege primam & penultimam meam epiſtolam, & pudebit te huius plus quam pueriliſ iactantia & inſultationis.* Rogat deinde Bertium aſperè ſatis, vt clarius ipſe ſuam ſententiam explicet. Subditque: *Tua Rhetoricationes & plus quam pueriles iactantia atq; inſultationes merentur vt in hunc modum te vrgeam. Si modeſtè ſententiam tuam explicuiſſes ego hoc modo non agerem. Nunc cum ipſe hæreas, & ex ſalebris te explicare nequeas perinde agis ac ſi me conſtrictum & conuictum teneres.* Deinde ait *fidem* in hac propoſitione: *Fides imputatur credenti ad iuſtitiam* poni per metonymiam pro obedientia ſeu iuſtitia Christi. repetitque argumenta quibus id probauerat in literis prioribus. Non reſpondit poſt hæc amplius Bertius donec tandem menſe Decēbri rogatus à Sibrando cōſenſum dedit vt tota diſceptatio typis excuderetur.

Interea,

1609. Interea, videlicet Anno 1609. Arminius cum varijs dudum luctatus morbis, tandē Octobris die 19. è vita migrauit. Fuere ex eius aduerſarijs qui adductis quibuſdam S. Scripturæ teſtimonijs, morbos eius inter pænas quas Deus hoſtibus ſuis comminatur, referrent. His Petrus Bertius in funebri ſua pro Arminio oratione conatur occurrere. Atque adeo quidem Arminium commendat, vt Gomarus laudis tantæ cumulum in hoſte doctrinæ ſuæ non tolerans, paulo poſt orationem ipſam Bertij libello edito reuocauerit in dubium, multaque & contra Arminij integritatem & contra Bertij veracitatem obiecerit. Reſpondit tamen huic libello poſtmodum Bertius, *Alloquio* quodam ad F. Gomarum edito.

Cæperant præter Gomarum alij quidā in Arminium adhuc ſuperſtitem calamum ſtringere. Inter hos facile primus fuit Reginaldus Donteclock qui inter cætera opuſcula contra Arminij ſententiam edita, etiam dealogum inſtituerat inter vnum latinæ, & alterum belgicæ tantum linguæ peritos, ſuper theſibus Gomari & Arminij iam antea belgicè editis, vbi Arminij ſententiam quaſi pro idiotis explicās odiū ei conciliare conatur ex eo quod ſit noui-

tia

Digitized by Google

tia & toti Reformatarum Eccleſiarum collectioni contraria. Ideo hoc anno aliquis pro defenſione Arminij *Chriſtianam & ſeriam* edidit admonitionem pro pacis ſtudio ad R. Donteclok, conatus oſtendere Arminij ſententiam orthodoxæ reformatorum doctrinæ non repugnare. Verum Aduerſarij non ita facile infringi ſibi paſſi ſunt argumentum ab antiquitate & authoritate Eccleſiæ ſuæ deſumptum. Nam eodem hoc Anno Adrianus Georgius Smoutius Miniſter Roterodamenſis. *Concordiam* edidit *quinquaginta & plurium ſcriptorum cōtra Pelagianiſmum*, vt ipſe loquitur, cuius Arminium inſimulat. Dedicauit librum magiſtratui Roterodamenſi *6 Septemb. anno apparitionis Domini noſtri 1609. reapparitionis autem Euangelij nonageſimo quarto.* Mirū quem ipſe huius reapparitionis primū Euangeliſtam faciat, cùm Lutheri apoſtaſia tā vetuſta non ſit, multo minus Caluini.

Anno 1610. Ioannes Vtenbogardus, condiſcipulus quondam Arminij, nunc quoq; ſententiæ eius præcipuus defenſor, tractatum edidit *de officio & authoritate Chriſtiani magiſtratus in Eccleſiaſticis negotijs.* In hoc libro ſupremam in terris circa Eccleſiaſtica authoritatem politico magiſtratui attribuit, vocationemque miniſtrorum Ec- 1610.

cleſiæ eidem competere ſtrenuè defendit. Parati videbantur plurimi aduerſę ſententiæ prædicantes hunc Vtenbogardij tractatum refutare; verum interuenit Ordinũ prohibitio, ne quiſquam de illa materia aliquid euulgaret. Producta tamen eſt aliquanto poſt eiuſdem authoris quædam concio Hagæ-comitis ante annos aliquot habita, atque alijs tunc per copiam communicata: vbi de miniſtrorum Eccleſiæ vocatione tractans, nequaquam eam ad politicum pertinere magiſtratum defendit, rationes contrarias, quibus fere hunc ſuum tractatum ſtabiliuit, diſſoluit ac refutat. Quare concinnatus eſt à quodam ex hoc eius tractatu, & priori concione quidam dialogus, oppoſitis ſc. ſibi contrarijs argumentis, & reſponſionibus, ita vt *Ioannes* vnam, *Vtenbogardus* alteram cõtrouerſiæ partem proprijs ſuis verbis tueatur. Titulus libello præfixus ſic habet, *Ita & non Ioannis Vtenbogardi prædicantis Hagenſis de vocatione miniſtrorum Eccleſiæ.* Hic itaque ſicut in Arminij caſtra conceſſit, ita aduerſæ partis, tam ſcriptis quàm verbis ſatyricam acrimoniam effugere nequaquam valuit.

Pro eadem Magiſtratus authoritate defendenda, edita quoque eſt hoc anno

Leydæ

Digitized by Google

Leydę concio quędam habita ante aliquot annos coram Rege Angliæ ab Epiſcopo Chicheſtriæ. In qua politico magiſtratui defenditur competere ius conuocandi & confirmandi concilia ſeu ſynodos Eccleſiaſticas. Ex aduerſo Amſterdami prodijt *Declaratio duarum quæſtionum*, quarũ prior eſt de differentia politicæ & Eccleſiaſticæ adminiſtrationis: poſterior de iure Magiſtratus in viſibili Eccleſia; Extracta è libris quibuſdam Franciſci Iunij quondam doctoris & profeſſoris in Academia Leydenſi. Vbi nominatim contra Ioannis Vtenbogardi *Tractatum* oſtenditur diuerſum eſſe regimen Eccleſiaſticum à politico, ac penes diuerſos reſidere.

Hoc item anno Petrus Bertius librum de *Apoſtaſia Sanctorum* typis diuulgauit. In quo Iuſtos quamdiu in hac vita degunt, poſſe à iuſtitia ſua & fide ſemel habita deficere, defendit prolixè. Miſit Author vnũ libri exemplar ad Iſaacum Caſaubonum in Angliam cui adeo hæc doctrina non diſplicuit vt etiam vehementer eam commendarit. Regem tamen, vbi ad eum delatus fuit, liber hic admodũ offendit. Porro quantum ipſe Bertius & quibus rationibus de ſententiæ ſuæ veritate confidat,

in præfatione ad Lectorem ſatis manifeſtat; vbi inter cætera ſic loquitur: *Adeo vt Deus, Scriptura, Ratio, Patrum conſenſus, Eccleſiarum confeßiones, virorum grauißimorum authoritas, honeſtas atque vtilitas doctrinæ ſtent à nobis: quæ quidem ſatis ampla puto eſſe veritatis documenta. Viderint, qui contra hæc omnia ſolam opponunt pertinaciam ſuam.* Et infra: *Et poſt hæc omnia, non placebit nobis niſi dura, peruicax, indomita ac neſcia rationi cedere contumacia? &c.* Eiuſdem anni menſe Iulio, eorum nomine qui Arminij ſententiam ſequebantur, Hollandiæ Ordinibus oblatus eſt libellus ſupplex, titulo *Remonſtrãtia à Miniſtris & paſtorib. in cauſa doctrinæ grauatis*, in quo quid de Prędeſtinatione, Satisfactione Chriſti, efficacia diuinę Gratiæ, libero Arbitrio & perſeuerantia iuſtorum in hac vita, ſentiant, breuiter expoſuerunt; & ſimul contra hoſtiles aduerſariorũ quorundam conatus, opem & ſubſidium implorarunt. Ad libelli huius oblationem per prouiſionem ſupplicantibus indultum eſt, vt ij qui explicatas iſtas ſententias ſequerentur, non tantum à cenſuris Eccleſiaſticis eſſent immunes, ſed etiam ne quis in examine quod Miniſtrorum ordinationem præcedit, in capite de diuina Prædeſtinatione cum ſuis appendicibus

bus

Digitized by Google

bus, ſupra quàm articulis libello expreſſis continebatur, contra animi ſui ſententiam grauaretur. *Quod ſimulatque innotuit* (ait Bertius *in collat. pag. decima tertia*) *factum eſt, vt paſtores illi qui ex nouiſſima Synodi conſtitutione, rerum Eccleſiaſticarum curam in hac prouincia ad ſe ſingulariter pertinere arbitrabantur, veriti ne res illa abiret longius, nacti Remonſtrantiæ exemplum, comparuerint ſub initium Decembris in pleno Ill. DD. Ordinum conſeſſu, inque illo tum de alijs rebus, tum de quinque illis articulis libello ſuperiore expreſſis quæſti, illos obſcuritatum quarundam, æquiuocationum, ac denique opinionum à ſcripturis ſacris recedentium inſimularint, ſeque id quod dicerent, ſuo loco probaturos affirmarint. Placuit ergo ad hanc eorum accuſationem audiri partes. Ac ne quid in re tanti momenti temerè ſtatueretur, decretum eſt vt ſeni vtrimque paſtores proximo conuentu ordinum comparerent, qui ipſis audientibus rem totam à capite orſi amicè & placide excuterent.*

Anno itaque 1611. *euocatis ipſorum Ordinum literis vtrimque ſenis prædicantibus, initium actionis fuit vndecima Martij ante meridiem. Hic illi qui de libello titulo* 1611. *Bertius ſupra.*

Remonſtrantiæ oblato queſti fuerant, libellum ſuum oppoſuerunt; quem ex re Contra-Remonſtrantiam; ipſos, Contra Remonſtrantes ad diſtinctionem protinus vocari placuit. Hæc ergo occaſio fuit exoticorum vtriuſque partis nominum. Durauit autem hæc collatio vſque ad finem menſis Nouembris. Quid vero certis interea diebus vtrimque actum ſit, ita Collationis huius in latinum ſermonem verſioni ſuæ breuiter præmittit Petrus Bertius:

XII. *Martij reſponſum eſt ei* (Contra-Remonſtrantiæ pridiè oblatæ) *viua voce à Remonſtrantibus.*

Eodem, exhibitum à Contra Remonſtrantibus ſcriptum primum aduerſus primum Articulum continens interrogationes.

XV. *Martij reſponſum ei fuit à Remonſtrantibus gemino ſcripto.*

Eodem, exhibita à Contra-Remonſtrantibus impugnatio prior Articuli primi qui eſt de prædeſtinatione.

XVII. *Oblatum eſt à Remonſt. reſponſum preſſius, ita exigentibus Contra-Remonſtrātibus.*

Eodem, exhibita eſt à Remonſtrantibus Adſertio Articuli primi, qui eſt de diuina prædeſtinatione.

XIX. *Duobus illis ſcriptis reſpondent Contra-Remonſtrantes.*

XXII. *Martij cauſas adducunt Contra-Remonſtrantes, cur detrectent reſpondere ad quæſtiones à Remonſtrantibus propoſitas.*

XXIII. *Vrgentur ijdem à Remonſtrantibus, prolatis cauſis cur debeant reſpondere.*

Eodem, Contra-Remonſtrantes per libellum ſupplicem petunt ab Illuſtr. Ordinibus vt ne vrgeantur impenſius de Reprobatione.

Eodem & XXIV. diſputatum eſt viua voce vltro citroque de Articulo primo, deque ſcriptis ad eius oppugnationem & defenſionem exhibitis decima quinta, & decima ſeptima Martij.

XXV. *Martij dimiſſus conuentus ob inſtans feſtum paſchatis.*

V. *Aprilis Exhibuere Contra-Remonſtrantes impugnationem poſteriorem Articuli primi.*

Eodem, exhibuere Remonſtrantes vindicationem ſuam ad Articulum primum.

Sub finem Aprilis intermiſſa eſt aliquantiſper

Digitized by Google

tiſper collatio, ob diſſertationem quæ contra-Remonſtrantibus cum D. Vorſtio interceſſit.

XI. Maij, exhibuere Contra-Remonſtrantes impugnationem priorem Articuli ſecundi de merito mortis CHRISTI.

Eodem tradidere Remonſtrantes Adſertionem Articuli ſecundi.

XII. & XIII. Inſtitutum eſt colloquium viua voce de ſcriptis ad Articulum ſecundum vtrimq; exhibitis.

XIII. Maij oblata eſt à Contra-Remonſtrantibus impugnatio prior Articulorum tertij & quarti, de modo gratiæ vel vi irreſiſtibili.

Eodem, oblata per Remonſtrantes Adſertio Articulorum tertij & quarti.

XIV. XV. & XVI. Maij inſtitutum eſt colloquium viua voce de ſcriptis ad Articulos tertium & quartum vtrimque exhibitis.

XVI. Maij oblata eſt à Contra-Remonſtrantibus impugnatio prior Articuli quinti, De poſſibilitate defectionis Sanctorum.

Eodem

Eodem, oblata eſt à Remonſtrantibus Adſertio eius Articuli.

XVIII. & XIX. *Colloquium ſuper eo Articulo & ſcriptis vtrimq; exhibitis, inſtitutum.*

X X. *Maij editum primum decretum Illuſtr. ordinum prouiſionale.*

Octobris XXIX. *exhibita à Contra-Remonſtrantibus Impugnatio poſterior Articuli ſecundi, de merito mortis Chriſti.*

Eodem, exhibita Vindicatio per Remonſtrantes.

Exhibita item à Contra-Remonſtrantibus impugnatio poſterior Articulorum tertij & quarti, de modo gratiæ communicandæ.

Et à Remonſtrantibus vindicatio Articuli tertij & quarti.

Denique exhibita à Contra Remonſtrantibus impugnatio poſterior Articuli quinti, de poſſibilitate defectionis Sanctorum.

Et à Remonſtrantibus Articuli quinti, & Adſertionis ſuæ vindicatio.

Nouembris X V. *editum decretum prouiſionale ſecundum Ill. Ordinum, de tolerantia mutua.*

Digitized by Google

Nouembris XXIX. *ſtatus controuerſiæ exhibitus à Contra-Remonſtrantibus.*

Iudicium quoque *eorundem de componendorum diſsidiorum ratione.*

Eodem, ſtatus controuerſiæ oblatus à Remonſtrantibus. Iudicium item *Remonſtrantium de componendorum diſsidiorum ratione.* Hæc Bertius.

Collatores ſeu actores in hoc negotio fuerunt, Remonſtrantes quidem hi: *Iohannes Vtenbogardus, Adrianus Borreus, Eduardus Poppius, Nicolaus Greuinchouius, Ioannes Arnoldus, Simon Epiſcopius.*

Contra-Remonſtrantes vero: *Ruardus Acronius, Libertus Fraxinus, Petrus Plancius, Ioannes Bogardus, Ioannes Becius, Feſtus Hommius.* Verum quid tandem? An hac collatione diſſidium terminatum? An pars alterutra claram & quæ cuilibet patere poſſit pro ſe allegare potuit S. Scripturæ ſententiam? Nihil minus. Quid ergo? Ordinum iuſſu ſtatus controuerſiæ primum formatur in fine. Et quidem de quinq; duntaxat iam diſputatis articulis. Quamuis porro Remonſtrantes proteſtati ſint, ſe in nullis alijs doctrinæ articulis à communi reformatæ Eccleſiæ ſententia diſcrepare; Nunquam tamen Contra Remonſtrantes ſatis hoc ipſis confidere potuerunt. Demum

pro

pro Collationis coronide quanam ratione concordia iniri optimè poſſit, ſerio inquiritur; nec tamen in hoc puncto conſenſus partium reperitur. Contra-Remonſtrantes enim quamprimum ad Nationalem Synodum negotium eſſe deferendum, iudicabant: Remonſtrantes verò mutuam tolerantiam exerceri donec animi vtrimque pacatiores redditi ad concilium abſque præiudicio & perturbatione celebrādum habiliores inuenirentur, ſuadebant. De ipſis autem iam ita ſeriò diſputatis cōtrouerſijs quid Ordines ab vtraque parte recepti iudices? De hoc iudicio ita Leydenſes pag. 19. *Cæterum Hollandiæ Ordines quos vt de veritate ac falſitate articulorum iudicium ferrent, eorundem deterrebat obſcuritas, ſaluo & his & illis ſuo de hiſce iudicio, ita ſtatuerunt, vt memores pacis domus Dei & ædificationis piorum Paſtores ſinguli ea prudentia & animi moderatione totum hoc negotium tractarent, ne Chriſtianæ Charitatis & publicæ concordiæ vincula porro per ipſos diſſoluantur, neque cuiquam myſtarum vel recens ſacris initiandis ex hiſce contentionis thematibus præiudicij quicquam aut moleſtiæ creetur.*

Sed fortaſſis obſcuritas hæc inde orta eſt

quod

quod partes clariſſima verbi Diuini lucerna relicta, traditionibus & humanis formulis duntaxat inhæſerint. Nihil tale. Nam fuit poſtmodum qui loca ſacræ Scripturæ ab vtraque parte in hac collatione citata & explicata in duos indices collegit, citatis paginis editionis belgicæ quibus ea in collatione pertractantur. Et à Contra-Remonſtrantibus quidem allata teſtimonia ſacrarum literarum enumerat ſexcenta ſexaginta & vnum: A Remonſtrantibus verò mille & quadraginta. Si tot lucernis homines iſti quinque articulorum veritatem videre non valeant, quid demum conſilij? Aut quis credat iam nuper illos vidiſſe quod tota videre non poterat Chriſtianitas: videlicet, apud Catholicos ſubuerſa eſſe Chriſtianæ religionis fundamenta, Antichriſtianiſmum verò & meram idololatriam iam à multis ſæculis viguiſſe? Agnoſcite miſeri cæcitatem veſtram. Illis vos humiles præbete diſcipulos quos *poſuit Deus in Eccleſia ſua paſtores & Doctores. Ephes. 4. 11.*

Dum ita Remonſtrantes & Contra-Remonſtrantes fruſtra concordiam quærunt; Ecce noue circumquaque oriuntur turbæ. Mortuo Arminio, ſucceſſor quærebatur in profeſſoratum Theologiæ.

Is,

Is, agente Ioanne Vtenbogardo, alijſque Remonſtrantibus fauentibus, anno ſuperiori fuit à Curatoribus Vniuerſitatis Leydenſis requiſitus Conradus quidam Vorſtius natione Colonienſis, ſententijs Theologicis non *Catholicus* ſed *priuatus*, annis iam quindecim profeſſor Steinfurti in VVeſtphalia. Impedire id conati Contra-Remonſtrantes multa contra Vorſtium in vulgus cæperunt ſpargere. Donec tandem hoc anno Ordines Miniſtris in Collatione Hagenſi congregatis ſuam ſuper Vorſtij vocatione cenſuram iuſſerunt edicere. Sex itaque Contra-Remonſtrantes ſupra nominati 29. Aprilis cenſuram ſuam Ordinibus obtulerunt; videlicet conſtare ſibi, Vorſtium iam ante annos facile duodecim circa Arianam & Fauſti Socini hæreſin à reformata Eccleſia diſſenſiſſe. Circa alios quoque articulos Chriſtianæ fidei fundamentum concernentes; Nimirum docuiſſe eum, quòd Deus abſque plenaria ſatisfactione peccata poſſit remittere.

2. Quod Chriſtus non omnes quæ nobis debebantur, pœnas tulerit.

3. Impium non iuſtificari coram Deo tali fide qua credat, hoc eſt, certò confidat Chriſtum pro ſe in particulari *æternam*

mortem

mortem & omnes damnatorum pœnas perpeſſum eſſe.

Sed quis *Chriſtianus* hanc *Caluiniſtarum* non horreat de *Chriſto* blaſphemiam? Certè æterna animæ mors conſiſtit in implacabili ſeparatione, per mutuum odium ab eo, qui eſt vera vita animæ per mutuam charitatem Quî ergo poſſibile eſt vt Chriſtus, qui de ſe dixit *ego ſum via, veritas, & vita,* æternam mortem ſenſerit? An ipſe ſuam odiſſe Deitatē potuit, aut ab ea odio haberi? Cum item mors æterna citra controuerſiam ſit incomparabiliter grauior quàm mors corporis, quomodo verè dicere potuiſſet Chriſtus jamjam animam in manus patris emiſſurus. *Conſummatū eſt*: ſi æterna mors quæ reprobos poſt hanc vitā manet, tunc adhuc ipſi adeunda fuiſſet. Vel ſi velint Chriſtum adhuc in cruce viuentem paſſum eſſe æternos gehennæ cruciatus; Quomodo toties teſtari ſcriptura poſſet, liberatos ſeu redēptos nos eſſe per *ſanguinem* agni ſeu Chriſti, ſi ipſe æternam mortem guſtare debuit vt nos ab ea liberaret? Aut quid opus eſt huiuſmodi horridum paradoxon comminiſci? Nunquid Chriſti corporalis paſſio ob perſonæ dignitatem fuit infiniti meriti? Certè tenent hoc etiam Contra-Remonſtrantes, vt pa-

tebit

tebit infra parte 2. ca. de *Satisfactione Chriſti*. Fuit ergo anima Chriſti ſtatim poſt crucis mortem in manibus Patris, in quas eam moriens commendauerat, & *in paradiſo*, id eſt in gloria æterna & voluptate perpetua, *inter mortuos libera. pſal.* 87. 5. cuius participationem etiam eodem die latroni ſecum crucifixo promiſerat. Redeamus ad hiſtoriam.

4. Aiebant Vorſtium docuiſſe, fundamentum certitudinis ſalutis non conſiſtere in meritis Chriſti per fidem apprehenſis, ſed in noſtris bonis operibus & pœnitentia. Quod de his & alijs quibuſdam punctis iam dudum cum Theologis Heidelbergenſibus negotium ei fuerit: Quod apud eos quoque, coactus à Comite Benthemēſi, culpam heterodoxias agnouerit; emendationem etiam promiſerit, non tamen præſtiterit. Hoc autem poſtremum probabant literis anno ſuperiori à facultate Theologica Academiæ Heidelbergenſis impetratis, in quibus breuis cenſura ferebatur ſuper libro quodam quem Vorſtius de Deo recens ediderat. Nimirū ex eo libro Vorſtium Atheum potius quā Theologum probari poſſe, vt qui defenderet *Deum eſſentia quantum, magnum, finitum, compoſitum ex eſſentia & accidentibus,*

mutabi-

mutabilem voluntate paſſiua obedientia obnoxium eſſe & ſimilia trecenta. Ex quibus inferebatur, Vorſtium ad Academiam Leydenſem vocare, nihil eſſe aliud quam diſſidiorum incendium oleo velle reſtringuere. Subiungunt dein loca quædam ex hoc Vorſtij tractatu de Deo, quibus non obſcure fauere Samoſatenianis aut Arianis alijſque Antitrinitarijs videtur. Quare petunt Vorſtij vocationem ab Ordinibus impediri. Verum Ordines Vorſtium cum illis commiſerunt, vt ad obiecta ipſis ſatisfaceret in plena ſua congregatione pręſentibus 6. ſupra nominatis Remõſtrãtibus & Vniuerſitatis Curatoribus quod ita fecit vt 6. Remonſtrantes teſtimoniũ ipſi apud Ordines dederint nihil ſe audiuiſſe quod iure Vorſtiũ grauare poſſet. Cõtra Remõſtrãtes autem aſſeuerabant ſatisfactum ſibi non eſſe; ideoque priori ſuæ petitioni ſe inhærere. Iudicarunt ordines in fauorem Vorſtij. Iamque admiſſus & approbatus Steinfurtum ille pergebat res ſuas ad migrationem diſpoſiturus, cum ſubito noua exorta difficultas turbas maiores excitat. Nam dum Vorſtius ita ſtudioſe ſe coram Ordinibus purgat, Franckerę in Friſia per quoſdam Vorſtij hactenus Steinfurti diſcipulos libellus quidam *de officio Chriſtiani hominis*

Digitized by Google

hominis typis excudi curatur: deprehenſi ſunt in hoc libello varij Antitrinitariorum errores, libellus publicè combuſtus eſt, comprehenſi item ſunt aliqui editionis authores, qui examinati, ſub pallio ſimplicitatis & ignorantiæ hæreſes ſuas diſsimulabant. Inuentæ tamen ſunt apud eos quatuor familiares epiſtolæ authoritate Ordinum Friſiæ cum admonitione ad omnes reformatas Eccleſias mox in lucem emiſſæ; in quibus certè epiſtolis homines iſti errores ſuos mirumque ſeducendi populi propoſitum non obſcurè nimis detegunt: De Vorſtio honorificè loquuntur, ſimulque aliquos prædicantes de ſocietate ſecum inita ſuſpectos reddũt. Hinc fama roborari contra Vorſtiũ; impius, & blaſphemus audire vndiq; cœpit; dictata eius quæ Steinfurti diſcipulis prælegerat, aliaq; cõmentaria examinata, variæ Arianorum explicationes notatæ & in lucem editæ; monuerunt de his omnibus Friſiæ ordines ſenatum Hollãdiæ & Curatores Vniuerſitatis Leydẽſis miſſis literis 24. Iulij. Interim Ioannes Vtenbogardus hac amici ſui tam patenti infamia territus perſcribit ad eum, quem audierat rumorem; ſuum etiam hoc modo nomen in periculum venire, vt qui pro recipiendo eo in Vniuerſitatem multum laboraſſet; petit trãſcribi ſibi rei veritatem, vt ſi iniqua ſit calumnia, aduerſarijs os obturari poſſit; ſi res ita ſe

habeat, ipſe Vorſtius de profeſsione relinquenda cogitet. Curatores quoque Vniuerſitatis Leydenſis & ciuitatis conſules delegatos quoſdã ad ipſum tranſmiſerunt, rumores quos de ipſo etiã Steinfurto acceperant eidẽ ſcilicet ſignificant: commerciũ eũ habere ac ſocietatẽ cũ Socinianis, id eſt, nouis Arrianis in Polonia à quibus ad Arianę Theologiæ profeſsionem vocatus reſpondiſſet, ſe ipſorũ partibus magis profuturum, ſi Steinfurti in profeſsione permaneret. Petunt itaque ab eo fidei ſuæ in hoc negotio profeſsionẽ reddere ne dedignetur. Reſpondet Vorſtius tum ore, tum ſcripto, primò ſe quidem ante annos aliquot ſemel atque iterum Socinianis in Polonia ſcripſiſſe, ſed non alium in finem, quàm ſoleat etiam Ieſuitis ſcribere, vt ſc. ſententias eorum melius percipiat, libros eorum ſibi comparet, argumenta ad verbum Dei examinet. Negat tamen vnquam ſe eorum partibus ſtuduiſſe; de libello in Friſia edito Deum teſtatur nihil ſe ſciuiſſe, nec vel in minimo collaboraſſe: nunquam contra SS. Trinitatem quidquam vel docuiſſe vel ſcripſiſſe. Interim rata ſe non habere, nec pro ſuis agnoſcere extracta quædam memorialia ex diuerſis, malæ etiam doctrinæ authoribus, compendij cauſa, apud ſe ſeruata, quæ fortaſſe in aliorum manus inciderint. Deinde veræ fidei de ſumma Trinita-

nitate,& Chriſti Domini diuinitate profeſſionem edidit ſuoque nomine ſubſignauit.

Sequẽti quoq; anno Martij 22. in pleno Ordinum conſeſſu Hagæ orationem apologeticam habuit, longam ſatis, qua eodem fere tenore purgare ſe ab omnibus aduerſariorum accuſationibus niſus eſt. Varios præterea in hanc ſententiam edidit tractatus apologeticos ad magiſtratum Steinfurtenſen, ad Regem Angliæ, qui notatis & damnatis qnibuſdam in libro Vorſtij, *de Deo* ſententijs igni eũ tradiderat, multũq; apud Ordines inſtiterat, vt Vorſtium è ditionibus ſuis exterminarẽt ad Ordines Hollandiæ & Friſiæ; quibus innocentiam ſuam Remonſtrantibus potius, quam Contra-Remonſtrantibus probatã fecit; tantumq; effecit, vt cum iam ante profeſſioni Steinfurtẽſi ſe abdicaſſet, publico Ordinum Hollandiæ ſumptu Goudæ vſque nunc ſuſtentetur; ad profeſſionẽ tamẽ non admiſſus. Cæteris ſeuerior Vorſtij cenſor fuit Sibrãdus Lubberti, qui hoc anno *Declarationem* edidit Reſponſionũ Vorſtij, conatus oſtẽdere excuſationes eius ſictas & falſas eſſe. Circa finem libelli pag. 142. poſt recenſita præcipua quæ ex Vorſtij libro de Deo collegerat dogmata, ita concludit: *Hæc omnia ſunt falſa & impia dogmata extra & contra Dei Verbum excogitata. Hæc omnes Eccleſiæ deteſtantur & execrantur. Cum eiuſmodi ſint tuæ prophetiæ, ipſe vides inter quos prophetas cenſeri debeas.*

De Socianis quod dicunt, quales nimirum ſint Hæretici, & quas turbas dent in Polonia, intelligi aliqualiter poteſt ex quodam lib. anno 1612. Niſſæ edito cum hoc titulo: *Noua monſtra noui Arrianiſmi, ſeu abſurdæ hæreſes à nouis Arrianis in Poloniam importatæ. 1. Duos Deos Chriſtianis colendos eſſe. 2. Chriſtū ſemi-Deum & ſemi-Dominū tota vita ſua fuiſſe. 3. Chriſtū eſſe filium Dei metaphoricum. 4. Chriſtum pro peccatis noſtris nō ſaitsfeciſſe nec ſatisfacere potuiſſe: Refutatæ à P. Martino Smigletio Soc. Ieſu S. Th. D.* Porro ad lectorem inter cætera ſic author monet: *Rancouium Poloniæ minoris oppidum nouorum Arrianorum ſedes eſt, horum monſtrorum ſeminarium. Ex hoc barathro prodière Fauſtus Socinus, Ioannes Statorius, Valentinus Smalzius, Hieronymus, Moſcorouius cæterique Arrianorum dogmatum architecti, nouis & prodigioſis de Deo & ſacramentis opinionibus infames. Horum igitur monſtroſi errores ex innumeris ad 4. capita reuocati in hoc libro confutantur. præcipuè vero, quos habet Socinus in refutatione VViecì & Bellarmini, Statorius in reſponſ. ad librum noſtrum de Diuinitate Chriſti, Smalcius in libr. de Diuinitate Ieſu Chriſti, Moſcorouius in varijs contra Petrum Scargam libris*, &c. Liquet verò ex huius libri contextu hæreticos iſtos pro 4. ſui dogmatis fundamento aſſumère id, quod teſtantur vbique ſacræ literæ, ſcilicet Deum gratis remiſiſſe noſtra peccata, Chriſtum tamen dicunt

ſalua

ſaluatorem nominari, quia doctrinâ ſuâ viam ſalutis nobis demonſtrauit eamque ſuâ morte confirmauit.

Nos ad Remonſtrantes & Contra-Remonſtrantes reuertimur. Quos ne quis forte ſuſpicetur, dum ita inter ſeſe & corã Illuſtribus DD. Ordinibus de rebus tanti momenti diſceptant, Ariſtocratia introducta, Democratiam in iſtis prouinciis iam dudum receptam abrogare voluiſſe; ecce hoc anno & ſequentibus diligentiùs ſolito miniſtri plerique cauſas ſuas in curia populari cæperunt agere; è ſuggeſtu inquam, pro concione contentioſiſſimè declamare, partem aduerſariam odioſiſſimè perſtringere, ſuam verò quã fieri poſſet maximè probabilem reddere. Libros præterea & diuerſos tractatus idiomate belgico in eundem finem concinnare & ad multorum capitum Belluæ, plebis, iudicium diuulgare. Horum nos (quatenus ad manus noſtras peruenerunt) catalogum & nonnunquam breuem materiæ ſummam ſingulis annis quibus prodierunt, ob oculos tibi Lector, proponemus, vt tu tandem (ſi iudicio non ſis omni deſtitutus) iudices, num huic cauſæ actorum diligentia vel potiùs Iudicis competentia defuerit. Hoc igitur anno præter eos ex quibus iam narrata retulimus, prodiit.

Via regia ad Cœlum. ſiue, Doctrina de æterna

Dei electione, creatione & lapſu hominis, de efficaci vocatione electorum, de eorundem iuſtificatione, ſanctificatione, deque vita æterna. Fecit & edidit hunc librũ idiomate Anglico Thomas Tuke anno 1608. Nunc eundẽ vertit in Belgicum Henricus quidã Hexhã. Dordraci.

Diſtinguit autem hic author Iuſtificationem à Sanctificatione quod illa ſit imputatiua & per ſolam fidẽ apprehenſa, hæc autẽ inhærens fructus illius, conſiſtens in virtutũ poſſeſsione & exercitio: adeoq; hæc ſit in hac vita imperfecta illa autem perfectiſsima.

2. *Doctrina de prædeſtinatione. Authore Daniele Toſſano dum viueret Profeſſore Theol. in Acad. Heidelb. nũc è latino in Belgicũ idioma translata. Amſterdami.* 3. *Nicolai Hemmingij Tractatus de vniuerſali gratia ex latino in Belgicum translatus per B. H.* Hunc librũ magni faciũt Remõſtrãtes, vtpote ex quo ſententiæ ſuæ antiquitatẽ populo cõmẽdare poſsũt. Fuit enim iſte Hẽmingius diſcipulus Philippi Melãthonis, Superintendentẽ in Dania fuiſſe Remonſtrãtes aſſerunt. Negãt id Cõtra-Remõſtrantes. Fatẽtur tamen fuiſſe eũ profeſſorẽ Th. in Acad. Hafniẽſi: ſed propter doctrinã (ſanã dicũt) à profeſsione remotum, factum eſſe Canonicũ Roſchildenſem. Intelligitur autem hic per gratiam vniuerſalem, illa quæ à Deo offeratur omnibus hominibus, ita vt nulli omnino deſit. Quod videtur facere cõtra particularẽ Contra-Remõſtrantiũ certorũ hominũ ele-

ctionem,&aliorum abſolutam reprobationẽ.

4 *Fundamentalis inſtructio ex verbo Dei, de Prædeſtinatione per Reginaldum Donteclok* iuxta copiam iam ante triennium Leydæ impreſſam.

5 : *Præſtans Oratio docens quomodo gerere ſe homo debeat circa veritatis inquiſitionem, quãdo in Eccleſia opinionum & doctrinæ diuerſitas oritur. habita olim à Georgio Sohnio Profeſſore Th. in vniuerſitate Heidelbergẽſi* Pręmittitur huic Orationi breuis hiſtoria diſſidij &ſchiſmatis, quod An. 1570. & deinceps per multos annos, inter Vbiquiſtas &cæteros Lutheri diſcipulos exortũ, nõ diſsimilẽ ab hoc Hollãdorũ progreſsũ habuiſſe author cõtẽdit. Quaſi dicat; ſicut ibi vnitatis reſarciendæ remediũ nullũ idoneũ inuentũ eſt, ita nec hic vt inueniatur vnquã fore: vt propterea ſingulis de aliquali inueniẽdę veritatis modo hac oratione proſpectũ cupiat. Dat autẽ hęc oratio huiuſmodi remediũ, quę pleriq; hęretici optimè ſe adhibuiſſe exiſtimãt cũ tamẽ lõgiſsimè illa à ſe remoueant; talia ſc. quę ſi ſuperiori ſęculo omnes ſibi comparaſſent, nullus prorſus fuiſſet inuentus qui Luthero, nullus qui Caluino aut cuiuis alteri Hæreſiarcharum adhæſiſſet.

6. *De cauſis peccatorum, & quod homo ad peccandũ nõ neceſsitetur ex Philippo Melanthone translatum* Roterdami.

Anno 1612. in Febr. terminatũ eſt diſsidiũ ꝙ per aliquod tẽpus Roterdami inter Miniſtros flagrauerat. Nimirũ Cornel. Geſelius Cõtra-Remonſtrantium

ſtrantium partes tenens, tanquam non ſatis pacificè cum aduerſariis Remonſtrantibus ſe geſſiſſet, nec cum Nicolao, Greuinchouio publicam inire diſputationem voluiſſet, ideoq; à miniſterio depoſitus adhuc priuatim conuenticula exercere & fouere non deſiſteret, per ſententiam Magiſtratus è ciuitate proſcriptus; Cumque ipſe exire vltrò renueret, à prætore & miniſtris eductus eſt.

Eodem anno acerrimus Vorſtium inuaſit aduerſarius Georgius Egliſemmius natione Scotus, medicus & philoſophus, Hagę-comitis tunc commorans, pietate quadam in Regem Angliæ commotus, vt eius ſententiam, quam de exterminando Vorſtio Ordinibus tranſcripſerat, quamque Vorſtius iniquam eſſe contendebat, in Ordinum iudicio æquiſſimam eſſe defenderet. Citauit Vorſtium ſemel atque iterum oblata Ordinibus *Criſi* atque *Hypocriſi Vorſtiani reſponſi*: in quibus eum *Atheiſmi, Ethniciſmi, Iudaiſmi, Turciſmi, Hæreſeos, ſchiſmatis & ignorantiæ* iudicialiter accuſat, ipſum Vorſtium miſſis ad eum epiſtolis, ad dicendam cauſam in certamen prouocat. In Hypocriſi cum Sinone Virgiliano eum comparat, qui *dolo inſtructus & arte pelaſga, Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas*, &c. Vorſtii protestationibus, votis, lachrymis & iuramentis nullam eſſe adhibendam fidem: rationibus ſe probaturum à Vorſtio, quamtumuis contrarium

tium iurante, Deum cenſeri ac ſtatui *non infinitum, non ſimplicem, non immaterialem, non immutabilem, non omniſcium, non omnipotentem, non omnipræſentem, non impaßibilem, non æternum, non vnum ſibi æqualem ſuiq́ꝫ ſimilem.* Super his alijſque ita Ordines affatur: *rigidißimum examen rurſus expeto & expecto. Aut enim Vorſtius à me alijſq́ꝫ penè omnibus atheiſmi accuſatus plectendus eſt; aut accuſatores tum pœnam temerè litigantium, tum calumniatorum mulctam paſſuri, aut perenni dedecore afficiendi, &c.* Vorſtius verò periculoſum iſtud certamẽ declinauit. Reſpondit quidem aliquis pro eo ſub nomine *Emiſſarij Leydenſis* ad criſin Georgij, ſtyli ipſius acrimoniam redarguens & certamen pro Vorſtio eidem rurſum offerens, non tamen in ordinum curia, ſed in ipſa Leydenſi Academia. Ad hæc autem reſpõdet Georgius fugam Vorſtij redarguens: ſe verò non (quod Emiſſarius obiecerat) ordines ad ſcholarum ſubſellia trahere, ſed ſcholas à Vorſtio deprauatas ad legitimi Magiſtratus ſubſellia citare ac ſiſtere. Edidit præterea Georgius decem in apologeticam Vorſtij orationem hypocriſes, in quarum vltima oſtendit Vorſtij religionem vel omnino nullam eſſe, vel epitomen omnium ſectarum.

Miraris fortaſſe, Lector, inter eos qui ſacratiſſima diuini verbi biblia pro infallibili fidei norma recipiunt & venerantur: quini-

mo qui in iis explicandis Magiſtros ſe & Doctores profitentur, talia opinionum monſtra vel eſſe, vel quod ſint ab aliis credi poſſe. Ego verò nihil miror.

Vis dicam (quam ſentio) cauſam? Libertas hoc facit PROPHETANDI & REFORMANDI. Experientiam accipe aliam:

Venator

Elapſis aliquot annis turbæ non exiguæ fuerunt Alcmariæ in Hollandia Boreali inter Adolphum Venatorem, & Cornelium Verhil eiuſdem ciuitatis prędicantes. Doctrinæ ſententijs multum erant diuiſi, ſuos vterque habebat de populo aſſeclas; odia graſſabãtur Vatiniana, accuſationes prodibant inhoneſtæ; ad quas ſequebantur exauthorationes & appellationes. Ego pugnas de moribus ſileo: Hoc ſolum reformatis ſuggerens, vt ſuorum prædicantium ex hac Alcmariana hiſtoria (quam partim ipſe Hilenius, partim Magiſtratus omnis, hoc eſt tam ciuilis quam Eccleſiaſticus Alcmarianæ ciuitatis, partim deniq; Petrus Hermanni à Perſijn in lucem prodierunt) imperfectionem edocti parcius in Catholicorum ſacerdotum ac religioſorum mores debacchentur. Studebat Venator & Arminij & priuatas quaſdam ſuas promouere Sententias, ſed repugnabat ei acriter Cornelius Verhil cũ conſiſtorio. Venatori fauit magiſtratus, cuius ope eiecto Cornelio, ipſe loco ſuo adhuc

adhuc perſeuerans anno ſuperiori declarationem quamdam ſeu profeſsionem ediderat, ad hoc maximè intendens (vt ipſe in epiſt. quadam) ad amicum ait, qua ratione ſchiſmata in religione reconciliari poſsint. Contra hoc Venatoris ſcriptum hoc anno. 14. Mar. ſex prædicantes Dorderaceni Ioãnes Becius, Iohannes Dibbezius, Balthaſar Lydius, Daniel Demetrius, Ioannes Bocardus & Daniel de la Vingne obtulerunt Hollandiæ Ordinibus refutationem quandam, quam Ordines poſtridie Venatori tranſmittendam decreuerunt, vt ſi quid haberet, ſcripto reſponderet, ac proximæ ſuę congregationi offerret. ſcripſit Venator ſuam replicam, in qua Dorderacenos de 104. erroribus in refutatione eorum commiſsis redarguit. Diſputatio eſt in multis ad catholicę veritatis confirmationē vtiliſsima, dum reformatores iſti ijs ſe armis mutuò conficiunt, quibus à Catholicis impetiti lędi ſe poſſe diſsimulãt. Libet itaque præcipua hunc in finem vtilia argumenta hic notare ex lib. Belgico, hoc anno in lucē edito ſub hoc titulo: *ſingularis tractatus de præcipuis doctrinæ articulis hoc tempore controuerſis*, &c.

Primum itaque Dorderaceni præfantur, ſtatutum ſibi eſſe demonſtrare, quantum Venator à communi reformatæ Eccleſiæ doctrina in Catechiſmo & confeſsione comprehenſa recedat, N*on enim opera*

pretium

pretiū arbitramur(aiūt)*omnes peregrinas Adolphi opiniones prolixius refutare:ſed ſufficere putamus, ſi oſtendatur diſcrepantia,quæ inter opiniones ipſius & reformatæ Eccleſiæ doctrinam inueniatur*:Inde primò Venatorem arguunt, quod ſibi non ducat religioni à confeſſione Belgica &Catechiſmo nonnihil deflectere, modo conſtāter teneatur ſcriptura,& Apoſtolorum ſymbolum,niſi forte talis confeſſio cudatur,quæ ſolis conſtet S.Scripturę tam verbis quàm ſententijs; adeoque non ſit multum hoſtiliter procedendum cōtra eos,qui licet in quibuſdā à formulis iſtis per homines collectis, diſſentiant,tamen ſacram ſcripturam inuiolabiliter ſeruāt, nullaſq; formulas huiuſmodi recipiēdās arbitrantur niſi ſub hac conditione:*quatenus cum ſcriptura conueniunt*. Subijciunt deinde Dordracenſes, hoc modo: *Hinc apparet,*
Pag. 2. & 3. *manifeſtè hanc eſſe Adolphi ſententiam, vt nulli ſe doctrinæ formulæ, ſed ſoli ſacræ ſcripturæ aſtrictum credat,vt propterea non ſolum confeſſionem Belgicam & Catechiſmum, ſed & reliquas omnes vnitatis doctrinæ formulas ab Eccleſia Dei cogitet exterminare,vt ita facilius peregrinas ſuas opiniones abſque Eccleſiaſtica cenſuræ metu poſſit introducere*.Et paulò poſt: *Quid hoc eſt aliud niſi omnium reformatarum Eccleſiarum morem condemnare; quarum ſingulæ ſuas ediderunt confeſsiones, vt tali veritatis profeßione ab omnibus ſectis,falſiſque opinionibus ſe ſequeſtrarent. Et*

quo-

Digitized by Google

quonam modo Eccleſiaſticæ doctrinæ puritatem conſeruare poſſent, ſi tollantur è medio earum confeſſiones, quibus ſe ab ijs ſepararunt, qui Verbum Dei & Symbolum Apoſtolorum] perperam interpretātur? Quid inde niſi mixta crambe omnium religionum, ita vt (Libertinorum in Eccleſiam ſchemate introducto) cuilibet pro libidine ſua circa religionis negotium tam loquendi, quàm agendi poteſtas permittatur? Nulla enim in Chriſtianiſmo tam eſt ſecta horribilis. quæ ſcripturam ſibi in ſubſidium non alleget. Quinimò ipſi etiam Libertini, tametſi funditus ſcripturam abijciant, ſcripturæ tamen pro ſe teſtimonia non verentur allegare. Vnde datur intelligi, qnandoquidem apud ſectas omnigenas ſcriptura tam explicatur diuerſimodè, vnitatem in Eccleſia Dei non poſſe retineri abſque huiuſcemodi regulis ac formulis, in quibus Eccleſiæ Doctores propius ſuam declarent, de recto Scripturæ ſenſu ac intelligentia, ſententiam. Nota. Pag. 4. Dein paulò inferius ſic: *Notum enim eſt Eccleſiam nonnunquam coactam eſſe, neceſſariò vti quibuſdam vocabulis in ſcriptura totidem literis ac ſyllabis non vſurpatis, vt eo clarius ſententiam ſuam de quibuſdam fidei articulis contra hæreticorum quorundā errores exprimeret, vt olim in primitiua Eccleſia verbum ὁμοούσιος, id eſt, eiuſdem eſſentiæ, vſurpatum eſt, vt ita ſententiam ſuam de æterna diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti contra Arianos declararet. Atque hæc eſt cauſa, ob quam ſemper hæretici*

retici & veritatis hoſtes huiuſmodi verba & phraſes ſtuduerunt reijcere, quibus Eccleſiæ vti debuerunt, vt opinionem ſuam de iſtiuſmodi capitalibus fidei articulis clarius exprimerent, atque ita declararent, quonam modo Scripturæ verba de huiuſmodi articulis intelligerent. Cum enim per aſtutias diaboli verba ſcripturæ circa quoſdam doctrinæ articulos ita torqueantur ac ſiniſtrè explicentur; vt etiam hæretici eadem recipientes, alium nihilominus ſub ijs ſenſum teneant, quàm verus ſcripturæ intellectus exigat: Hinc eſt, quod huiuſmodi contradictores ad ſcripturam communiter prouocent, non quod eam tanto honore & reuerentia dignentur (ſi enim auderent, facile etiam eam deprauarent) ſed quod Scripturæ verba in alium ſenſum pro ſe torquere nouerint ſuamq́; opinionem verbis & phraſibus dubijs inuoluere ſtudeant, aliter ſcripturam intelligentes, quàm orthodoxi Eccleſiæ doctores ſoleant. Porro quod attinet ad conditionem de formulis recipiendis, quatenus cum Dei verbo conueniunt qualiſnam hæc eſſet formularum approbatio? Hoc enim modo qualibet facilè ſecta huiuſmodi ſcripta ſubſignarent, ſeruantes interim propriã ſuã de verbo diuino intelligentiã, iuxta quã ſcripta etiã iſta intelligenda eſſe cõtenderent. Et qualis tũc in Eccleſia eſſet vnitas? Quæſtio nobis eſt non de verbis, ſed de recto ſenſu ſcripturæ, in quo doctores (vt vnitatem in Eccleſia Dei ſeruent) oportet omnino conueniant. Ad hoc ſeruiunt confeſſiones & vnitatis formulæ. Iis itaque ſub tali cõditione ſubſcribere, perinde eſſet, ac

ſi ſubſcriptum ijs non eſſet: ſemper enim effugium ſupereſſet pro alio ſcripturæ ſenſu comminiſcendo, quàm dicta formulæ præ ſe ferant.

Ad hæc Venator *pagina* 88. cum dixiſſet, ſe *cum cæteris reformatis* præter vtriuſque teſtamenti ſcripturam, nullam aliam agnoſcere fidei regulam, contra Dorderacenſes ita inſurgit: *Et, quod maximè miror, non verentur hic* (Dorderacẽſes) *ijs pedes inſerere calceis quos prædeceſſores noſtri noſq; ipſi, cum reformationis fundamentum ponendum eſſet, Papatui detraximus. Volunt non eſſe neceſſarium, doctrinam meam ex ſcriptura refutari aut vbinam eidem aduerſetur, oſtendere; ſed Confeſſione ſola & Catechiſmo. Qua ratione quæſo? quia ſemel (aiunt) illa ex ſcriptura cõfirmata fuere. Euge fratres! Domini mei; quidnam hoc eſt aliud, quàm quod olim Sacerdotes & Monachi aſſerebant, non eſſe neceſſarium ex ſcriptura conuincere hæreticos, aut cum illis iſtiuſmodi diſputationes ſuſcipere, ſatis verò eos eſſe conuictos, dummodo conſtaret ſententias eorum decretis ac decretalibus, conciliorum definitionibus, Catholicæ (vt vocabant) Eccleſiæ aduerſari. Prô dolor, tam paucos, intra annos purum veritatis panem huiuſcemodi fermento veteri commiſceri!* Et id genus multa, voce querula, contra iſtud Dordoracenſium argumentum, conglomerat, contendens inde ſequi neglectum Sacræ Scripturæ, ita vt humanæ iſthæc formulæ pluris paulatim æſtimandæ ſint ipſis etiam

iam Sacris literis, vtpote cum non ex his, ſed ex illis & agnoſci fratres,& condemnari hæretici debeant. Plura in hanc ſententiam infra *pag.* 40. *&* 41. ingeminat. Interim *pag.* 29. *&* 30. *ego* (ait) *contra rotundè profiteor, ex liquido fonte Prophetarum & Apoſtolorum omnem doctrinam, & hauriendam & proponendā & tanquam ad lydium lapidem examinandam eſſe. Si hinc diſcedatur, nihil manet in tota religione certum; niſi huic fundamento inſiſtamus, nullum eſt vrgens argumentum quare non tam Papiſtis, Mennoniſtis & Lutheranis, quàm nobis reformatis ſit credendum. Fatebor liberè: cum ad Eccleſiæ miniſterium me applicarem, non intellexi aliud quippiam à me docendum eſſe, vlliue alteri regulæ me obligatum fore, præterquam Scripturæ ſoli, &c.* Dein. pag. 32. ſic ſubdit: *Scripturas aiunt etiam hæreticos pro ſe allegare multisq́; modis explicari poſſe. Exiſtimant itaque inualidum eſſe, & incertum fundamentum, cum ex ſola Scriptura abſque formularum humanarum ſubſidio diſputatio initur. Lego in ipſis idēmet, quod magnus illa Ieſuita Bellarminus aliiq́; omnes Romanæ ſedis propugnatores tanta cū vehementia in libris ſuis vrgent, è ſuggeſtibus quotidie proclamant, & vbiq́; plebi perſuadent. Et ſi hoc pergamus pede, intra tempus non longum denuo in Papatus medio ſubmerſi tacebimus.* Similiter infra pag. 82. *Ita viri fratres! rectà verſus*

Papa-

Papatū. Eſtne hoc aliud quā dicere olim Hiſpanici ſolebant inquiſitores? non eſt operæ pretiū hæreticos ex Scripturis conuincere, non eſt vllo modo; ſatis eſt oſtēdere illos deſciuiſſe à Decretis & Decretalib. à ſtatutis concilij Tridentini, à doctrina Eccleſiæ: Si ſemper Eccleſiæ doctrina ex Scriptura defendi deberet, nullum eſſet otiū: Eccleſia errare non poteſt: Hæc tot in Concilijs eſt ſtabilita, tot impreſsis libris defenſa, tot à doctorib. propugnata; ſemel ſufficienter contra omnes hæreticos ex ſcripturis eſt firmata: hæreticorum dicta ad eam ſolummodo conferantur; ſi cum Eccleſiæ fide non conſentiant, diſputatione vlteriori non eſt opus, ſuperuacua eſt vlterior probatio. O Ieſuitarum aſtutias! O deplorandū Eccleſiæ ſtatum! ita nūc tam cito in reformata Eccleſia diſputari, ſicut peſsimi I[illegible]uitæ fortaſsis facere vix auderent! Ipſe Ieſuita Bellarm. iſto modo contra hæreticos non procedit. Refutat eorum argumenta ex Scripturæ textibus, & rationibus, ex Patribus, ex Cōcilijs. Non ita latè exſpatiatur ſicut Dorderacenſes miniſtri. Heu flebilis miſera noſtræ patriæ ſtatus! quonam tandem adhuc nos recipiemus? O Dordracenſes fratres! mene audetis falsū appellare Doctorem meam profeſsionem grauiter erroneam; meam ſententiam, opinionem falſam; nec vultis hæc ita ſe habere, ex Scriptura conuincere? ſed ſatis eſt, iuxta veſtram ſententiam, ex Confeſsione & Cathechiſmo me conuinci? Ergone hæc duo erunt controuerſiarum iudices? hac-

cine lapis Lydius, ad quem omnis doctrina prœbanda? Et paulò poſt. *Ergone in poſterum abijcienda erunt Biblia, noctibus ac diebus Confeßioni & Catechiſmo ſtudendum? Ergone nunc rubigini tradendus erit anceps Sancti Spiritus gladius, quod eſt verbum Dei, pugnandumquе chartaceis cultris humanarum traditionum? Heu miſeria! Et quoniam ij, qui dominantur in Clero, quales ſunt qui ſeſe Eccleſiam nominant, cum ſe exiſtiment Eccleſiam repræſentare, Prædicantes dico & ſeniores exiguo admodum numero ad Synodum conuenientes; quoniam, inquam, iſti ſibi arrogant authoritatem leges & fidei Confeßiones cudendi, ſtatuendi, probandi ac authorizandi; nunquid eò tandem res deueniet, vt fidei noſtræ firmamentum eiuſdemq; mutabilitas prorſus & omnino ab hominum cerebris dependeat? ſic Ergo Eccleſia vniuerſalis & verè ſic dicta, quæ tot myriadibus conſtat, cæteri nimirum omnes Prædicantes & membra pro veritate cogentur recipere, quicquid approbauerit Eccleſia repræſentatiua, quæ ex paucis Prædicantibus & ſenioribus, nimirum circiter viginti quatuor in ſynodo ſiue particulari, ſiue nationali congregatis, conflata eſt. Quare ergo illud reiecimus, quod tot centeni Epiſcopi & Paſtores, quot in Tridentino Concilio congregati erant,*

vna

vnà cum tot Doctoribus & Cardinalibus, in congregatione quinquagies ſolenniori & grauiori, quàm noſtræ ſint Synodi, poſt tam longas diſputationes & collationes, immo non vna, ſed multis annis rem ipſam perpendentes, decreuerunt? Itane tam cito præſcsiptionem allegare, ac temporis iuuat teſtimonium adducere? Ideone neceſſarium non eſt proprios fratres (vt de hæreticis ſileam) ſicubi errauerint ex Scriptura inſtruere, & deductis ex ea teſtimonijs conuincere; ſed ſatis erit, vt hoc ex Confeſſione & Catechiſmo, quæ iam 40. circiter annos pro veris approbata fuêre, præſtetur? Hoccine rem totam expediet, nec opus erit doctrinam iſtam auctoritate Scripturæ ſolidare? Ergo iam doctrina Papalis probatione ex Scriptura omnino non indiget, quippe quæ tot centenis iam annis perſeuerat, totque in generalibus Concilijs confirmationem obtinuit. Verum enim verò, ſi ita aduerſus Lutherum, ita aduerſus Zvvinglium, ita aduerſus Caluinum, ita aduerſus primos reformationis fundatores fuiſſet diſputatum, quid eos opinamur fuiſſe dicturos? Si ita, ſimul atque Confeſſio noſtra & Catechiſmus ante 46. annos recenter è penna funderentur, contra eadem fuiſſet diſputatum: Agite, hoſce libellos conferamus cum doctrina in Concilio Tridentino, in Decretis etiam priorum Con-

ciliorum, in libris denique Scholaſticorum Theologorum comprehenſa; vt appareat, quantum ab ea diſcrepent; non enim eſt operæ pretium, vt Concilia noſtra atque Eccleſiæ doctrinam ex Scriptura contra nouas haſce profeſſiones defendamus, quippe quæ iam tot centenis annis in tam diuerſorum auctorum libris contra Lutherum, contra Berengarium, contra Ioannem Hus alioſq; hæreticos defenſa ſunt. Immo cum ipſi exiſtimemus (Ita loquūtur Dorderacenſes fratres) hæc noſtra ſcripta ita in Dei verbo eſſe fundata diuerſiſq; tractatibus ante hac confirmata, vt nec Lutherus, nec Caluinus, nec Beza, nec quiſquam alius Confeſſionum, ſeu Cathechiſmorum fabricator vlluſue doctrinæ huius aduerſarius eadem de vlla falſitate poſſint conuincere. Iterum dico, ſi hoc modo cum noſtris prædeceſſoribus actum fuiſſet, numquid in cœlum vſque in contrarium fuiſſemus vociferati? numquid ad ſolam ſcripturam prouocaſſemus? numquid alium nos habere controuerſiarum in religione iudicem præter ſola Biblia negaſſemus? &c. Ad hoc verò quod Dorderacenſes dixerant, ſcripturã diuerſis modis explicari, pag. 32. & ſequentibus, ipſas etiam formulas non pauciores, immo verò plures ſenſuum explicationumque diuerſitates admittere pluribus contendit, probatque tum ex facto Ioannis Piſcatoris, qui per Heidel-

bergen-

bergenſem Catechiſmum ſeſe defenderat in opinione quadam, quam reformatæ Gallicanæ Eccleſiæ erroneā & anathemate dignam cenſuerant tum etiam ex præſenti hoc diſcrimine, in quo ipſe ſuā etiam doctrinam ab eiſdem formulis pro ſe intellectis nō diſcordare ſuſtinet. Infra vero pag. 42. *Et quid* (inquit) *ſi quis Confeſſionem & Catechiſmum perperam, vt mihi aliiſque imputatur, explicaret, quid hic conſilij? Tum commentariis gloſſarumque theſauris erit opus, prout horum etiam ingens quædam portio partim ex Germania, partim Dorderaco, Schidamo, ex Zelandia aliiſque locis prodierunt, inter quæ vnus Leydæ prodiit cōmentarius, qui omnium miſcellanea continet, ita vt hæ explicationes Poſtillarum fere multitudinem adæquent. Sed quid porro conſilij, ſi quis commentaria etiam iſthæc ſiniſtrè expoſuerit: in promptu enim mihi eſt diuerſas eorum expoſitiones tum pro me, tum contra Dorderacenſes allegare? tunc commentariorum prodibunt commentaria, dabiturque progreſſus in infinitum, ſectas & ſchiſmata multiplicans. Immo verò tantum abeſt vt hos libellos vnitatis formulas cenſeri poſſe credam, vt rotundè aſſerere non dubitem; quin etiam tum ratione tum experientia ex veteribus recentibuſque hiſtoriis Eccleſiaſticis demonſtraturum me recipio, ſectas &*

 ſchiſ-

ciliorum, in libris denique Scholaſticorum Theologorum comprehenſa; vt appareat, quantum ab ea diſcrepent; non enim eſt opera pretium, vt Concilia noſtra atque Eccleſiæ doctrinam ex Scriptura contra nouas haſce profeßiones defendamus, quippe quæ iam tot centenis annis in tam diuerſorum auctorum libris contra Lutherum, contra Berengarium, contra Ioannem Hus aliosq́ hæreticos defenſa ſunt. Immo cum ipſi exiſtimemus (Ita loquũtur Dorderacenſes fratres) hæc noſtra ſcripta ita in Dei verbo eſſe fundata diuerſisq́ tractatibus ante hac confirmata, vt nec Lutherus, nec Caluinus, nec Beza, nec quiſquam alius Confeßionum, ſeu Cathechiſmorum fabricator vlluſue doctrinæ huius aduerſarius eadem de vlla falſitate poßint conuincere. Iterum dico, ſi hoc modo cum noſtris prædeceſſoribus actum fuiſſet, numqaid in cœlum vſque in contrarium fuiſſemus vociferati? numquid ad ſolam ſcripturam prouocaſſemus? numquid alium nos habere controuerſiarum in religione iudicem præter ſola Biblia negaſſemus? &c. Ad hoc verò quod Dorderacenſes dixerant, ſcripturã diuerſis modis explicari, pag. 32. & ſequentibus, ipſas etiam formulas non pauciores, immo verò plures ſenſuum explicationumque diuerſitates admittere pluribus contendit, probatque tum ex facto Ioannis Piſcatoris, qui per Heidelbergen-

bergenſem Catechiſmum ſeſe defenderat in opinione quadam, quam reformatæ Gallicanæ Eccleſiæ erroneã & anathemate dignam cenſuerant tum etiam ex præſenti hoc diſcrimine, in quo ipſe ſuã etiam doctrinam ab eiſdem formulis proſe intellectis nõ diſcordare ſuſtinet. Infra vero pag. 42. *Et quid* (inquit) *ſi quis Confeſſionem & Catechiſmum perperam, vt mihi aliiſque imputatur, explicaret, quid hic conſilij? Tum commentariis gloſſarumque theſauris erit opus, prout horum etiam ingens quædam portio partim ex Germania, partim Dorderaco, Schidamo, ex Zelandia aliiſque locis prodierunt, inter quæ vnus Leydæ prodiit cõmentarius, qui omnium miſcellanea continet, ita vt hæ explicationes Poſtillarum fere multitudinem adæquent. Sed quid porro conſilij, ſi quis commentaria etiam iſthæc ſiniſtrè expoſuerit: in promptu enim mihi eſt diuerſas eorum expoſitiones tum pro me, tum contra Dorderacenſes allegare? tunc commentariorum prodibunt commentaria, dabiturque progreſſus in infinitum, ſectas & ſchiſmata multiplicans. Immo verò tantum abeſt vt hos libellos vnitatis formulas cenſeri poſſe credam, vt rotundè aſſerere non dubitem; quin etiam tum ratione tum experientia ex veteribus recentibuſque hiſtoriis Eccleſiaſticis demonſtraturum me recipio, ſectas &*

ſchiſmata nulla alia ratione, quàm Formulis, Confeſsionibus, Catechiſmis, alijſque ſcriptis adſcititijs (excreuiſſe) *poſſumque bonis rationib. oſtendere, non eſſe vllum ad diminuendas ſectas ſciſſamque Chriſtianitatem vniendam remedium, priuſquam ſepoſitis Formulis omnibus, omnes & ſinguli libris Apoſtolicis acquieſcamus. Si quoties Scripturarum aliquis textus male explicatur, toties Confeſsiones & Catechiſmi cudendi ſint, abunde apud nos verificabitur quod regum totius orbis terrarum ſapientiſsimus Eccleſiaſtæ* 12. *exclamat: ſcribendorũ librorum nullus eſt finis*. Dein. p. 45. *ſi verum eſt* (inquit) *quod ipſimet hoc tempore quibuſdam, ac vni præſertim viro doctiſsimo attribuunt; quantumcunque ſe in his aut iſtis punctis cum Eccleſia conſentire declarent formuliſque loquendi ſimilibus vtantur, habere tamen eos ſenſum hæreticum; Quid ergo ad hoc malum euitandum proſunt Formulæ? vel num forte Scriptura plurib. ambiguitatibus & amphibologijs imponere nobis cupiet, quam alij libelli iſti? Non ita ſodes. Fruſtra Spiritui Sancto nos magiſtros offerimus.*

Atq; ita deinceps rhetorice cõtra illos procedens eadem ſpecioſè producit argumenta, quæ contra nos allegare omnes ſolent Sectarij: quę quidem nobis parum officiunt & ſoluta iam dudum ſunt à multis; contra Reformatores verò, quam diu reformationis ſuæ fundamentum tenere volunt, quis non videat

videat eſſe validiſsima? Etenim probat in ſequentibus authoritate etiam ipſiuſmet Confeſsionis Belgicæ aliarumque reformatarum Eccleſiarum, non poſſe Dorderacenſes aliam præter ſcripturam recipere fidei normam, niſi ſub hac conditione: *quatenus cum ſcriptura conſentiat*; alioqui illos non Reformatos, ſed Romanos futuros eſſe, quod ipſum non ſemel etiam eiſdem improperat.

Deinceps pagina. 4. & 5. Dorderacenſes arguunt Venatorem, quod ſub prætextu charitatis Dei & proximi diſputationes de credendis nihili faciat, adeoque Libertinorum inuehat ſectam, omnibuſque Chriſtum pro capite recipientibus Eccleſiam aperiat. Citant hæc eius verba: *qui Deum ac* CHRISTVM *confitetur, licet recipere nolit quæ in hac aut illa Synodo determinata ſunt pro certis quibuſdam phraſibus aut verbis, in qualicumque etiam doctrinæ parte vſurpandis, dicatque ipſa mihi à Chriſto vſurpata locutio ſufficit; quis iſtiuſmodi hominem pro membro, talemque congregationem pro Eccleſia non recipiat?* Contra hæc ita Dorderacenſes: *Iuxta hanc* ADOLPHI *opinionem, pro Eccleſiæ membris recipiendi erunt Samoſateni, Arriani, Anabaptiſtæ, quinimo ipſi etiam* PAPISTAE. *Ergo in doctrina*

de vera Ieſu Chriſti Deitate exiſtimat Adolphus neminem eſſe cogendum, vt verbum ὁμοούσιος id eſt, vnius eſſentiæ, in primitiua Eccleſia è ſcripturis contra Arrianos definitum recipiat. Pulchrum ſane inuentum, ad omnes veteres in antiquis concilijs ſemel ex verbo Dei comdemnatas hæreſes denuo ex inferni abyſſo depromendas, atque num legitimo iure comdemnatæ fuerint, in dubium reuocandas.

Contra hæc multa iterum Venator, non minus ſubtiles contra illos inferens, quàm ab ipſis contra ſe illatas conſequentias abnuens. tandem pagina 52. per Catholicam ſeu vninerſalem Eccleſiam ait ſe illam intelligere congregationem, quæ per doctrinæ Chriſti confeſsionem ab alijs cœtibus eandem reſpuentibus, diſtinguitur; ita tamen, vt in hac Eccleſia Catholica multi ſint mali, & reprobi veluti morbida & infecta membra. Probat deinde authoritate Philippi cuiuſdam Mornæi, Franciſci Iuneij, Caſmanni & Amandi Polani, quin etiam ipſius Caluini lib. 4. inſtit. cap. 2. Parag. 11. & 12. & Confeſsionis Belgicæ articulo primo non hæreticos ſolum omnes, ſed ipſos etiam Papiſtas, licet peſſimè infectos, & adulteros, ad Eccleſiam Dei pertinere. Atque ipſe Venator hoc modo interim ratiocinatur, pag. 54.

Alio-

Digitized by Google

Alioquin enim quonam modo & à quo baptiſmum noſtrum accepimus? vnde perſonalem miſsionem? A qua Eccleſia primi reformationis doctores Lutherus & alij incorporati fuêre? &c. Dein pag. 59. cũ extenuaſſet valde Niceni concilij authoritatem, contendit malè eſſe factum quod concilium ita propter vnius iota diſcrimen turbauerit totã Eccleſiam: additque: *Adeone mirum eſt, ſi in dubium reuocem vocis huius* ὁμοῦσι *necesſitatem? numquid integra concilia contrarium definierunt? Numquid aliquot Epiſcoporum centuriæ non eſſe neceſſariam iudicarunt? Legantur hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. ſed ſcio, quid hic ſint reſponſuri. Arriana erãt concilia. Dico: erant huiuſmodi, quæ iuſſu ductuq́; imperatoris celebrata, ab eodẽq; approbata fuêre: imo coacta ex epiſcopis & doctoribus, qui vbiq; publicas poſsidebãt Eccleſias &c.* Et paulò poſt: *nec improbare volo ſententiam Conſtantini, potuiſſe ſcilicet Alexandrum & Arrium in multa pace (relicta videlicet cuilibet ſua opinione vel nõ mota hac controuerſia) perſeuerare: Eſſe ſolummodo ſuperuacaneas ſubtilitates, &c.* In ſumma multis contendit, non poſſe per vllos homines clariora ſeu verba, ſeu phraſes excogitari, quàm in ſcripturis habeantur. Contrarium autem huic ſuæ opinioni (pag. 67.) dicit eſſe idem quod infidelitatis reos agere Apoſtolos, & cum Papiſtis præter ſcripturam etiam Eccleſiæ traditiones Cõcilio-

orumque decreta eſſe neceſſaria, aſſerere. *Etenim* (inquit) *vel decreta conciliorum ſunt neceſſaria & Apoſtolorum libri inſufficientes, vel contra. Si neceſſaria & Apoſtolici libri deficiant. Ergo ceſſimus Papatui. Si non; ergò nec excogitata eorum verba: quæ enim ex toto ad ſalutem non ſunt neceſſaria, ea nec ex parte: ſi ex toto carere ijs poſſumus, quid ni & in particularibus hiſce verbis? Si Apoſtoli clarè expreſſerint, quis dicet clarius? Si quis ergo ex me requirat: Quid credis de his aut de illis fidei articulis in hominum Confeſſionibus aut Catechiſmis inſertis? Inueſtigabo num de ijs aliquid in ſcriptura ſit reuelatum nec ne: Si non: æſtimabo non eſſe neceſſarios, dicamqúe nihil me certi ſuper hac re tenere. Si ſic: talia reſpondebo, qualia in ſcripturis inuenero, talibuſq; verbis; recipiam quoque quidquid mihi ex ſcriptura de eiſdem proferri poteſt. Si quis dicat, quomodo ſcripturæ verba intelligis? Reſpondebo: ſicut ibi ſcripta ſunt. Si quis velit, vt aliter dicam, replicabo denuo: quoniam peius dicere nolo; & contra, Apoſtolis aut Saluatore ipſo, melius dicere non poſſum; ego in hoc quieſco. Si quæratur: ſed quænam tua de his eſt ſententia? Reſpondebo, ea quam verba præ ſe ferunt. Quidnam præ ſe ferunt verba? quod Apoſtoli iis voluêre dicere. Ac ſic ego finem impono, & quemlibet ſuo abundare ſenſu permitto; eo ſolum cauto ne quis ſe magiſtrum faciat vel ſcripturæ vel con-*

ſcien-

ſcientia proximi, eam ſiue ſuis ſiue alterius hominis verbis aſtringendo.

Dorderacenſes pag. 6. pergunt hoc modo: *Eſt item notabile admodum, quod Adolphus Venator mox poſt præfata verba ſubiungit, ſi ab initio in Chriſtianiſmo ita proceſſum eſſet, non tot imo nullas ſectas & hæreſes fuiſſe orituras. Hic prudentiorem ſe putat Venator ipſis Apoſtolis, qui in principio (vt Venator ait) non ita proceſſerunt, vt omnes ſectas euitauerint, quin immo prudentior videri vult ipſo Spiritu Sancto, qui per Paulum prima Corinthiorum vndecimo teſtatur, oportere nonnunquam hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant. Contra putat Venator, ita potuiſſe ab initio procedi, vt nulla hæreſes aut ſectæ fuiſſent orituræ.* Demum pagina 8. inde hoc modo concludunt: *Ex his omnibus facilè eſt aduertere, quodnam Adolphi Venatoris in profeſſione ſua ſit propoſitum: nimirum vt è medio tollat diſcrimen omne, quod inter veram Chriſtianam religionem, aliaſquè peregrinas falſaſquè opiniones ac dogmata, quæ inde ab Apoſtolorum temporibus vſque in hodiernum diem in orbe Chriſtiano, exorta fuêre, inuenitur; vt fundamentum doctrinæ Chriſtianæ in tam paucis tamquè generalibus articulis comprehendat, vt Sectæ omnes ſub vna Chriſtiana Eccleſia computari ac tolerari poſſint.*

Digitized by Google

Reſpondet his Venator pagina ſexageſimanona hoc modo : *Quanam hæc concluſio? qui hoc ex verbis meis conſequitur? Iterum quæro ſi quis in omnibus tam verbis quàm phraſibus numquam à Scriptura diſceſsiſſet ; an iſtiuſmodi hominem hæreſios arguere quiſquam potuiſſet? Certè nemo præter Deum, quid homo iſte in corde ſuo de verbis ſcripturæ ſentiret, diiudicare poſſet.* Et paulò poſt: *ſic proceſſerunt Apoſtoli: ipſi enim res fidei verbis ſuis expreſſerunt, quibus velim nos acquieſcere.* Locum ſancti Pauli primæ Corinthiorum vndecimo ſibi obiectum Venator explicat; & quidem non ſolum ex alio ſcripturæ loco, ſed etiam ex Henrico Bullingero & alijs, verbum iſtud, *oportet*, non ſignificare ita fatalem neceſſitatem, vt contra hæreſes remedia quærere non liceat: Infert itaque ſibi etiam licere quod optimum eſt remedium proponere; atque hoc ait non pugnare cum Spiritu Sancto, eiue contradicere. Tandem ſuam de ſubtilitatibus Theologicis, & ad ſacram Scripturam additionibus èuitandis ſententiam pag. 72. hoc adagio confirmat.

A Medicorum Recipe,
A Iuris conſultorum Excipe,
A Theologorum Diſtinge,
Libera Nos Domine.

Simili-

Digitized by Google

Similiter pagina octaua arguũt Venatorem Dorderacenſes, quod cum dicat ſe nullas habere ambiguitates aut dubia circa puram veræ Eccleſiæ doctrinam; ſimul tamen fateatur multas ſe eaſque non exigui momenti habere conſiderationes circa Confeſſionem Belgicam & Catechiſmum; adeoque doctrinam his contentam exiſtimet nõ eſſe puram veræ Eccleſiæ doctrinã; nec Eccleſiam, quæ iſtam doctrinam profitetur, veram eſſe Eccleſiam: malè ergo eum ſe reformatæ Eccleſiæ miniſtrum profiteri, atque eo titulo ab ea ſtipendium accipere, *pagina vigeſima, & vigeſima ſecunda.* Venator *pagina octogeſima* conceſſo atque iterum probato vtroque antecedentis dicto, prima quoque illata inde à Dorderacenſibus conſequentia; negat tamen conſequentias poſteriores, quoniam Eccleſia formulas illas non pro puræ doctrinæ norma, vt ſacras literas; ſed pro humanis iiſque fallibilibus opinionib. nuper acceptarit, ſemperque habere debeat.

Hinc tandem Dorderacenſes particulatim Venatoris, quibus à Confeſſione, & Catechiſmo diſſentiat opiniones ad 8. capita redactas recenſent: Quibus Venator ordine reſpondens, partim imputatas ſibi ſentẽtias abnuit, tanquam calumnias; partim admittit; vt veras. Inter has fatetur credere ſe aut

è ſcri-

è ſcripturis conuinci, non poſſe, dari aliquod peccatum, quod omnes homines ex Adamo contrahant; adeo vt ob id peccatum æternæ damnationi ſint obnoxij. Arbitrium liberum defendit. Gentiles ſine explicita, & hiſtorica in perſonam Chriſti fide, imo *quibus ne verbum quidem vnum* (de Chriſto) *ſit reuelatum*, ſaluari poſſe (*pagina centeſima trigeſimaquinta*) dummodo piam vitam ducant; id eſt, ſi opera fecerint conformia legi naturæ cordibus ſuis inſcriptæ, ac per manus inde à Noe & Adam acceptę (*pagina centeſima vigeſima nona.*) Concedit tamen nos non ſaluari niſi per meritum Chriſti (*pagina centeſima trigeſima ſexta*). Interim multis agit & quidem, ſuo more, admodum pathetice, contra ſententiam dicentium, omnia Gentilium opera quãtumuis appareant bona, eſſe tamen peccata & æterna damnatione pianda. Vires cuilibet hominum datas eſſe ſufficientes, quibus vel mediatè, vel immediatè ad ſalutis viam ſe poſſit conferre: firmiter ſe tenere ait, niſi quis culpam perditionis noſtræ in Deum velit deriuare, neceſſarium omnino eſſe, vt ſufficientem gratiam admittat, qua hominum quilibet per totum terrarum orbem tantum habuerit virium, vt eo bene vtendo, maioremque ſimul gratiam

tiam à Deo flagitando & acceptum talentum fideliter expendendo, damnationem euadere,æternamque ſalutem conſequi potuerit. *Nec verò intelligo* (ſubdit) *cur Dorderacenſibus fratribus abſonum videatur, quod dixi, Deum nulli importabilia imponere onera, ſi illum iuſtum eſſe agnoſcant*; Interim non videtur Venator hæc Dei dona ſupra naturales hominum vires eleuare, dum addit ſe neſcire, *cur Pelagius ſit hæreſeos condemnatus*, ſi omnia noſtra, ſiue naturalia ſint, ſiue ſupernaturalia, à Deo nobis eſſe donata conceſſerit, ita vt ex nobis nihil prorſus valeamus.

Nam certè conceſsit hoc Pelagius; Nec negari à quoquam poteſt qui ſe non à ſemetipſo, ſed à Deo factum & creatum eſſe crediderit. Quid ergo Pelagius hoc confitendo, Chriſtiana potius religione quam naturali Philoſophia dignum confeſſus eſt?

Deinceps contra ſuos aducrſarios, abſolutam plurium hominum reprobationem defendentes, ſic ad hominem argumentatur. *Quicquid quiſque tenetur credere, hoc eſt verum (vt quid enim cogemur, credere mendacium) ſed quilibet tenetur (iuxta veſtram ſententiam) credere, ſe à Deo electum, Deumqúe ſaluare ſe velle. Ergo verum eſt DEVM elegiſſe quemlibetcumque hominem, eumqúe ſaluare velle*: Item ſic: *Quidquid de ſemetipſo nemo debet credere, id de nemine verum eſt.*

nemo

nemo autem debet credere, ſe abſolutè & abſq; conditione eſſe reprobatũ, ergo &c. Deinde ex ipſorũ Formula baptizandi qua omnes baptizati dicuntur ſanctificati eſſe & Eccleſiæ mẽbra concludit: vel omnes baptizatos eſſe prædeſtinatos, quod aduerſarij non concesſerint, vel gratiã ſanctificantem non ſolis conuenire prædeſtinatis: Et plura huiuſmodi ex ſcriptura & Patribus contra eoſdem allegat. Tandem concludit, ſe nequaquam vel à communi Chriſti fide, vel à reformatæ Eccleſiæ ſententia deſciuiſſe: fatetur quidem (*pag.* 168.) ſe, à particularium eiuſdem Eccleſiæ doctorum quibuſdam ſententijs diſſentire. *Sed*, inquit, *numquid particularibus reformatorum quorumdam Doctorum opinionibus aſtringi nos conuenit? Si ſic, ergo & cum Luthero, Muſculo, alijſq; epiſtolas ad Hebræos, Iacobi, duas vltimas Ioannis, eiuſdemque Apocalypſin è ſcriptura canone oportebit reijcere: Cum Caluino & Beza hæreticidium approbandum erit, aliaque huiuſmodi abſurditates plures, quæ vni, aut alteri priuæ fuerunt.*

Tandem collectis per ἀνακεφαλαίωσιν centum & quatuor erroribus à Dorderacenſibus in hac diſputatione commiſsis, ſubiungit. *Hæ pluresque huiuſmodi incongruentiæ, abſurditates & errores exoticæ falſæque opiniones, contra Verbum Dei, contra communem Eccleſiæ ſententiam, contra præcipua tam veterum quàm recentiorum Doctorum dogmata, contra confesſiones reformatarum*

tarum Eccleſiarũ Germaniæ, Galliæ, Angliæ &c. quin imò contra Belgicam confeſſionem ac Catechiſmum Heidelbergenſem, à Dorderacenſibus fratribus in refutatione eorum ſuſtinentur; quarum opinionum pars non exigua doctrinam continet Ieſuitarum, partim ipſiſmet eorum propoſitionibus, partim etiam deterioribus: aliæ Stoicorum ſunt dogmata, nonnullæ etiam peiores quã Manichæorum: Complures item quæ à diuerſis ſectarijs defenſa olim fuere & etiamnum hodie ab ijs ſuſtinentur, quos hæreticos nominamus, Denique non minima earum portio nouæ ſunt propriæque ipſorum inuentiones. Hęc Venator, quæ num vera ſint, miſeræ vtriuſque partis oues quo iudice intelligent?

Eodem hoc anno menſe Aug. ordines prouinciæ Vltraiectinæ, ditionis ſuæ concilium coegerunt, in quo ſua ipſi authoritate circa Eccleſiæ gubernationẽ miniſtris ſuis prędicantibus leges & cæremonias præſcripſere, multas certè quarum ne veſtigium quidem in ſacris Literis apparet: præfantur tamen ad eoſdem ſuos miniſtros *velle ſe ſaluum eſſe fundamentum præcipuum reformationis quod in humanorum decretorũ ſtatutorumq; abiectione conſiſtit.* Actum quoque eſt in eodem concilio de modo componendi controuerſias illas turbaſq; inter Remonſtrantes eorumque aduerſarios. In eum finem primo ſe declarant iuriſiurandi ac fœderis obligatione

ſchiſmata nulla alia ratione, quàm Formulis, Confeſsionibus, Catechiſmis, alijſque ſcriptis adſcititijs (excreuiſſe) *poſſumque bonis rationib. oſtendere, non eſſe vllum ad diminuendas ſectas ſciſſamque Chriſtianitatem vniendam remedium, priuſquam ſepoſitis Formulis omnibus, omnes & ſinguli libris Apoſtolicis acquieſcamus. Si quoties Scripturarum aliquis textus male explicatur, toties Confeſsiones & Catechiſmi cudendi ſint, abunde apud nos verificabitur quod regum totius orbis terrarum ſapientiſsimus Eccleſiaſtæ 12. exclamat: ſcribendorũ librorum nullus eſt finis.* Dein. p. 45. *ſi verum eſt* (inquit) *quod ipſimet hoc tempore quibuſdam, ac vni præſertim viro doctiſsimo attribuunt; quantumcunque ſe in his aut iſtis punctis cum Eccleſia conſentire declarent formuliſque loquendi ſimilibus vtantur, habere tamen eos ſenſum hæreticum; Quid ergo ad hoc malum euitandum proſunt Fortimulæ? vel num forte Scriptura plurib. ambiguitatibus & amphibologijs imponere nobis cupiet, quam alij libelli iſti? Non ita ſodes. Fruſtra Spirtui Sancto nos magiſtros offerimus.*

Atq; ita deinceps rhetorice cõtra illos procedens eadem ſpecioſè producit argumenta, quæ contra nos allegare omnes ſolent Sectarij: quę quidem nobis parum officiunt & ſoluta iam dudum ſunt à multis; contra Reformatores verò, quam diu reformationis ſuæ fundamentum tenere volunt, quis non videat

videat eſſe validiſsima? Etenim probat in ſequentibus authoritate etiam ipſiuſmet Confeſsionis Belgicæ aliarumque reformatarum Eccleſiarum, non poſſe Dorderacenſes aliam præter ſcripturam recipere fidei normam, niſi ſub hac conditione: *quatenus cum ſcriptura conſentiat*; alioqui illos non Reformatos, ſed Romanos futuros eſſe, quod ipſum non ſemel etiam eiſdem improperat.

Deinceps pagina.4.&5. Dorderacenſes arguunt Venatorem, quod ſub prætextu charitatis Dei & proximi diſputationes de credendis nihili faciat, adeoque Libertinorum inuehat ſectam, omnibuſque Chriſtum pro capite recipientibus Eccleſiam aperiat. Citant hæc eius verba: *qui Deum ac CHRISTVM confitetur, licet recipere nolit quæ in hac aut illa Synodo determinata ſunt pro certis quibuſdam phraſibus aut verbis, in qualicumque etiam doctrinæ parte vſurpandis, dicatque ipſa mihi à Chriſto vſurpata locutio ſufficit; quis iſtiuſmodi hominem pro membro, talemque congregationem pro Eccleſia non recipiat?* Contra hæc ita Dorderacenſes: *Iuxta hanc ADOLPHI opinionem, pro Eccleſiæ membris recipiendi erunt Samoſateni, Arriani, Anabaptiſtæ, quin imo ipſi etiam PAPISTAE. Ergo in doctrina*

de vera Ieſu Chriſti Deitate exiſtimat Adolphus neminem eſſe cogendum, vt verbum ὁμοούσιος *id eſt, vnius eſſentia, in primitiua Eccleſia è ſcripturis contra Arrianos definitum recipiat. Pulchrum ſane inuentum, ad omnes veteres in antiquis concilijs ſemel ex verbo Dei comdemnatas hæreſes denuo ex inferni abyſſo depromendas, atque num legitimo iure comdemnatæ fuerint, in dubium reuocandas.*

Contra hæc multa iterum Venator, non minus ſubtiles contra illos inferens, quàm ab ipſis contra ſe illatas conſequentias abnuens. tandem pagina 52. per Catholicam ſeu vninerſalem Eccleſiam ait ſe illam intelligere congregationem, quæ per doctrinæ Chriſti confeſſionem ab alijs cœtibus eandem reſpuentibus, diſtinguitur; ita tamen, vt in hac Eccleſia Catholica multi ſint mali, & reprobi veluti morbida & infecta membra. Probat deinde authoritate Philippi cuiuſdam Mornæi, Franciſci Iuneij, Caſmanni & Amandi Polani, quin etiam ipſius Caluini lib. 4. inſtit. cap. 2. Parag. 11. & 12. & Confeſſionis Belgicæ articulo primo non hæreticos ſolum omnes, ſed ipſos etiam Papiſtas, licet peſſimè infectos, & adulteros, ad Eccleſiam Dei pertinere. Atque ipſe Venator hoc modo interim ratiocinatur, pag. 54.

Alio-

Digitized by Google

Alioquin enim quonam modo & à quo baptiſmum noſtrum accepimus? vnde perſonalem miſsionem? A qua Eccleſia primi reformationis doctores Lutherus & alij incorporati fuêre? &c. Dein pag. 59. cũ extenuaſſet valde Niceni concilij authoritatem, contendit malè eſſe factum quod concilium ita propter vnius iota diſcrimen turbauerit totã Eccleſiam: additque: *Adeone mirum eſt, ſi in dubium reuocem vocis huius* ὁμοϑσι& *neceſsitatem? numquid integra concilia contrarium definierunt? Numquid aliquot Epiſcoporum centuria non eſſe neceſſariam iudicarunt? Legantur hiſtoria Eccleſiaſtica. ſed ſcio, quid hic ſint reſponſuri. Arriana erãt concilia. Dico: erant huiuſmodi, qua iuſſu ductuq; imperatoris celebrata, ab eodẽq; approbata fuêre: imo coacta ex epiſcopis & doctoribus, qui vbiq; publicas poſsidebãt Eccleſias &c.* Et paulò poſt: *nec improbare volo ſententiam Conſtantini, potuiſſe ſcilicet Alexandrum & Arrium in multa pace (relicta videlicet cuilibet ſua opinione vel nõ mota hac controuerſia) perſeuerare: Eſſe ſolummodo ſuperuacaneas ſubtilitates, &c.* In ſumma multis contendit, non poſſe per vllos homines clariora ſeu verba, ſeu phraſes excogitari, quàm in ſcripturis habeantur. Contrarium autem huic ſuæ opinioni (pag. 67.) dicit eſſe idem quod infidelitatis reos agere Apoſtolos, & cum Papiſtis præter ſcripturam etiam Eccleſiæ traditiones Cõciliorumq;

orumque decreta eſſe neceſſaria, aſſerere. *Etenim* (inquit) *vel decreta conciliorum ſunt neceſſaria & Apoſtolorum libri inſufficientes, vel contra. Si neceſſaria & Apoſtolici libri deficiant. Ergo ceßimus Papatui. Si non; ergò nec excogitata eorum verba: quæ enim ex toto ad ſalutem non ſunt neceſſaria, ea nec ex parte: ſi ex toto carere ijs poſſumus, quid ni & in particularibus hiſce verbis? Si Apoſtoli clarè expreſſerint, quis dicet clarius? Si quis ergo ex me requirat: Quid credis de his aut de illis fidei articulis in hominum Confeßionibus aut Catechiſmis inſertis? Inueſtigabo num de ijs aliquid in ſcriptura ſit reuelatum nec ne: Si non: æſtimabo non eſſe neceſſarios, dicamqúe nihil me certi ſuper hac re tenere. Si ſic: talia reſpondebo, qualia in ſcripturis inuenero, talibuſq; verbis; recipiam quoque quidquid mihi ex ſcriptura de eiſdem proferri poteſt. Si quis dicat, quomodo ſcripturæ verba intelligis? Reſpondebo: ſicut ibi ſcripta ſunt. Si quis velit, vt aliter dicam, replicabo denuo: quoniam peius dicere nolo; & contra, Apoſtolis aut Saluatore ipſo, melius dicere non poſſum; ego in hoc quieſco. Si quæratur: ſed quanam tua de his eſt ſententia? Reſpondebo, ea quam verba præ ſe ferunt. Quidnam præ ſe ferunt verba? quod Apoſtoli iis voluêre dicere. Ac ſic ego finem impono, & quemlibet ſuo abundare ſenſu permitto; eo ſolum cauto ne quis ſe magiſtrum faciat vel ſcripturæ vel con-*

ſcien-

ſcientiæ proximi, eam ſiue ſuis ſiue alterius hominis verbis aſtringendo.

Dorderacenſes pag. 6. pergunt hoc modo: *Eſt item notabile admodum, quod Adolphus Venator mox poſt præfata verba ſubiungit, ſi ab initio in Chriſtianiſmo ita proceſſum eſſet, non tot imo nullas ſectas & hæreſes fuiſſe orituras. Hic prudentiorem ſe putat Venator ipſis Apoſtolis, qui in principio (vt Venator ait) non ita proceſſerunt, vt omnes ſectas euitauerint, quin immo prudentior videri vult ipſo Spiritu Sancto, qui per Paulum prima Corinthiorum vndecimo teſtatur, oportere nonnunquam hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant. Contra putat Venator, ita potuiſſe ab initio procedi, vt nullæ hæreſes aut ſectæ fuiſſent orituræ.* Demum pagina 8. inde hoc modo concludunt: *Ex his omnibus facilè eſt aduertere, quodnam Adolphi Venatoris in profeſsione ſua ſit propoſitum: nimirum vt è medio tollat diſcrimen omne, quod inter veram Chriſtianam religionem, aliaſqúe peregrinas falſaſqúe opiniones ac dogmata, quæ inde ab Apoſtolorum temporibus vſque in hodiernum diem in orbe Chriſtiano, exorta fuêre, inuenitur; vt fundamentum doctrinæ Chriſtianæ in tam paucis tamqúe generalibus articulis comprehendat, vt Sectæ omnes ſub vna Chriſtiana Eccleſia computari ac tolerari poſsint.*

Reſpon-

Reſpondet his Venator pagina ſexageſimanona hoc modo : *Quanam hac concluſio? qui hoc ex verbis meis conſequitur? Iterum quæro ſi quis in omnibus tam verbis quàm phraſibus numquam à Scriptura diſceſsiſſet ; an iſtiuſmodi hominem hæreſios arguere quiſquam potuiſſet? Certè nemo præter Deum, quid homo iſte in corde ſuo de verbis ſcripturæ ſentiret, diiudicare poſſet.* Et paulò poſt: *ſic proceſſerunt Apoſtoli : ipſi enim res fidei verbis ſuis expreſſerunt, quibus velim nos acquieſcere.* Locum ſancti Pauli primę Corinthiorum vndecimo ſibi obiectum Venator explicat ; & quidem non ſolum ex alio ſcripturæ loco, ſed etiam ex Henrico Bullingero & alijs, verbum iſtud, *oportet*, non ſignificare ita fatalem neceſſitatem, vt contra hæreſes remedia quærere non liceat: Infert itaque ſibi etiam licere quod optimum eſt remedium proponere ; atque hoc ait non pugnare cum SPIRITV Sancto, eiue contradicere. Tandem ſuam de ſubtilitatibus Theologicis, & ad ſacram Scripturam additionibus èuitandis ſententiam pag. 72. hoc adagio confirmat.

A Medicorum Recipe,
A Iuris conſultorum Excipe,
A Theologorum Diſtinge,
Libera Nos Domine.

Simili-

Digitized by Google

Similiter pagina octaua arguũt Venatorem Dorderacenſes, quod cum dicat ſe nullas habere ambiguitates aut dubia circa puram veræ Eccleſiæ doctrinam; ſimul tamen fateatur multas ſe eaſque non exigui momenti habere conſiderationes circa Confeſſionem Belgicam & Catechiſmum; adeoque doctrinam his contentam exiſtimet nõ eſſe puram veræ Eccleſiæ doctrinã; nec Eccleſiam, quæ iſtam doctrinam profitetur, veram eſſe Eccleſiam: malè ergo eum ſe reformatæ Eccleſiæ miniſtrum profiteri, atque eo titulo ab ea ſtipendium accipere, ***pagina vigeſima, & vigeſima ſecunda.*** Venator ***pagina octogeſima*** conceſſo atque iterum probato vtroque antecedentis dicto, prima quoque illata inde à Dorderacenſibus conſequentia; negat tamen conſequentias poſteriores, quoniam Eccleſia formulas illas non pro puræ doctrinæ norma, vt ſacras literas; ſed pro humanis ijſque fallibilibus opinionib. nuper acceptarit, ſemperque habere debeat.

Hinc tandem Dorderacenſes particulatim Venatoris, quibus à Confeſſione, & Catechiſmo diſſentiat opiniones ad 8. capita redactas recenſent: Quibus Venator ordine reſpondens, partim imputatas ſibi ſentẽtias abnuit, tanquam calumnias; partim admittit; vt veras. Inter has fatetur credere ſe aut è ſcri-

è ſcripturis conuinci, non poſſe, dari aliquod peccatum, quod omnes homines ex Adamo contrahant; adeo vt ob id peccatum æternæ damnationi ſint obnoxij. Arbitrium liberum defendit. Gentiles ſine explicita, & hiſtorica in perſonam Chriſti fide, imo *quibus ne verbum quidem vnum* (de Chriſto) *ſit reuelatum*, ſaluari poſſe (*pagina centeſima trigeſimaquinta*) dummodo piam vitam ducant; id eſt, ſi opera fecerint conformia legi naturæ cordibus ſuis inſcriptæ, ac per manus inde à Noe & Adam acceptę (*pagina centeſima vigeſima nona.*) Concedit tamen nos non ſaluari niſi per meritum Chriſti (*pagina centeſima trigeſima ſexta*). Interim multis agit & quidem, ſuo more, admodum pathetice, contra ſententiam dicentium, omnia Gentilium opera quãtumuis appareant bona, eſſe tamen peccata & æterna damnatione pianda. Vires cuilibet hominum datas eſſe ſufficientes, quibus vel mediatè, vel immediatè ad ſalutis viam ſe poſſit conferre: firmiter ſe tenere ait, niſi quis culpam perditionis noſtræ in Deum velit deriuare, neceſſarium omnino eſſe, vt ſufficientem gratiam admittat, qua hominum quilibet per totum terrarum orbem tantum habuerit virium, vt eo bene vtendo, maioremque ſimul gratiam

tiam à Deo flagitando & acceptum talentum fideliter expendendo, damnationem euadere,æternamq́ue ſalutem conſequi potuerit. *Nec verò intelligo*(ſubdit)*cur Dorderacenſibus fratribus abſonum videatur* , *quod dixi, Deum nulli importabilia imponere onera* , *ſi illum iuſtum eſſe agnoſcant*; Interim non videtur Venator hæc Dei dona ſupra naturales hominum vires eleuare , dum addit ſe neſcire, *cur Pelagius ſit hæreſeos condemnatus*, ſi omnia noſtra, ſiue naturalia ſint, ſiue ſupernaturalia,à Deo nobis eſſe donata conceſſerit,ita vt ex nobis nihil prorſus valeamus.

Nam certè conceſsit hoc Pelagius; Nec negari à quoquam poteſt qui ſe non à ſemetipſo,ſed à Deo factum & creatum eſſe crediderit. Quid ergo Pelagius hoc confitendo, Chriſtiana potius religione quam naturali Philoſophia dignum confeſſus eſt?

Deinceps contra ſuos aduerſarios, abſolutam plurium hominum reprobationem defendentes, ſic ad hominem argumentatur. *Quicquid quiſque tenetur credere, hoc eſt verum (vt quid enim cogemur, credere mendacium)ſed quilibet tenetur (iuxta veſtram ſententiam) credere, ſe à Deo electum , Deumq́ue ſaluare ſe velle. Ergo verum eſt* D E V M *elegiſſe quemlibet cumque hominem, eumq́ue ſaluare velle*: Item ſic : *Quidquid de ſemetipſo nemo debet credere, id de nemine verum eſt.*

nemo

nemo autem debet credere, ſe abſolutè & abſq; conditione eſſe reprobatū, ergo &c. Deinde ex ipſorū Formula baptizandi qua omnes baptizati dicuntur ſanctificati eſſe & Eccleſiæ mēbra concludit: vel omnes baptizatos eſſe prædeſtinatos, quod aduerſarij non concesserint, vel gratiā ſanctificantem non ſolis conuenire prædeſtinatis: Et plura huiuſmodi ex ſcriptura & Patribus contra eoſdem allegat. Tandem concludit, ſe nequaquam vel à communi Chriſti fide, vel à reformatæ Eccleſiæ ſententia deſciuiſſe: fatetur quidem (*pag.* 168.) ſe, à particularium eiuſdem Eccleſiæ doctorum quibuſdam ſententijs diſſentire. *Sed*, inquit, *numquid particularibus reformatorum quorumdam Doctorum opinionibus aſtringi nos conuenit? Si ſic, ergo & cum Luthero, Muſculo, alijſq; epiſtolas ad Hebræos, Iacobi, duas vltimas Ioannis, eiuſdemque Apocalypſin è ſcripturæ canone oportebit reijcere: Cum Caluino & Beza hæreticidium approbandum erit, aliæque huiuſmodi abſurditates plures, quæ vni, aut alteri priuæ fuerunt.*

Tandem collectis per ἀνακεφαλαίωσιν centum & quatuor erroribus à Dorderacenſibus in hac diſputatione commiſsis, ſubiungit. *Hæ pluresque huiuſmodi incongruentiæ, abſurditates & errores exoticæ falſæque opiniones, contra Verbum Dei, contra communem Eccleſiæ ſententiam, contra præcipua tam veterum quàm recentiorum Doctorum dogmata, contra confeſſiones reformatarum*

Digitized by Google

tarum Eccleſiarũ Germaniæ, Galliæ, Angliæ &c. quin imò contra Belgicam confeſſionem ac Catechiſmum Heidelbergenſem, à Dorderacenſibus fratribus in refutatione eorum ſuſtinentur; quarum opinionum pars non exigua doctrinam continet Ieſuitarum, partim ipſiſmet eorum propoſitionibus, partim etiam deterioribus: aliæ Stoicorum ſunt dogmata, nonnullæ etiam peiores quã Manichæorum: Complures item quæ à diuerſis ſectarijs defenſa olim fuere & etiamnum hodie ab ijs ſuſtinentur, quos hæreticos nominamus, Denique non minima earum portio nouæ ſunt propriæque ipſorum inuentiones. Hęc Venator, quæ num vera ſint, miſeræ vtriuſque partis oues quo iudice intelligent?

Eodem hoc anno menſe Aug. ordines prouinciæ Vltraiectinæ, ditionis ſuæ concilium coegerunt, in quo ſua ipſi authoritate circa Eccleſiæ gubernationẽ miniſtris ſuis prędicantibus leges & cæremonias præſcripſere, multas certè quarum ne veſtigium quidem in ſacris Literis apparet: præfantur tamen ad eoſdem ſuos miniſtros *velle ſe ſaluum eſſe fundamentum præcipuum reformationis quod in humanorum decretorũ ſtatutorumq; abiectione conſiſtit.* Actum quoque eſt in eodem concilio de modo componendi controuerſias illas turbaſq; inter Remonſtrantes eorumque aduerſarios. In eum finem primo ſe declarant iuriſiurandi ac fœderis obligatione

teneri, ne vllam doctrinam, regulam, menſuram aut normam fidei vitæq; piæ in iſta prouincia vel recipere vel ſequi debeant, prętet ſolum verbũ Dei ſcriptum. Confeſſionem belgicam recipiunt in eo ſenſu qui conformis ſit ſacris literis, ſimulque reuiſioni ac examini in Nationali ſynodo eandem ſubiacere debere decernunt. Dein capite tertio, articulo tertio ita miniſtris prę-cipiunt: *operam dabunt vt in fundamentis fidei ſternendis vtantur verbis & phraſibus è ſacra ſcriptura deſumptis, exemplar habentes ſanorum ſermonum quos ab Apoſtolis dedicerunt, verbum Dei loquentes non verbis quæ docet humana ſapientia, ſed quæ docet Spiritus Sanctus, ſpiritualia comparantes ſpiritualibus, vitantes logomachias quæ nullam præſtant vtilitatem ſed ſubuerſionem audientium: reÿcientes quoque ſubtiles profundaſque ſpeculationes & inutiles diſputationes, memores ſemper finem præcepti eſſe charitatem ex corde puro, conſcientia bona & fide non ficta.*

Moderatio Ordinum.

Dein articulo quarto cauent, *vt in tractãdis cõtrouerſijs ea adhibeatur moderatio, ne cui detur occaſio iure ſuſpicandi, aliquid ab eis doceri, ex quo ſequi poßit, hominem vllum à Deo creatum eſſe ad damnationem, aut ad peccandum neceßitate impelli, aut etiam inuitari quemquam*

ad

ad ſalutem à Deo, cui tamen ipſe eam abſolutè non dare decreuerit. Sicut etiam ſollicitè curandum, vt initium, medium, & finis ſalutis noſtræ non naturalibus hominum viribus, ſed ſoli puræ & immeritæ diuinæ in CHRISTO *gratiæ adſcribatur.* Deniq; articulo quinto poſtquam Theologis permiſerint de quibuſdam huius doctrinæ circumſtantijs diſputationes in Scholis inſtituere, ſubdunt: *Nolumus tamen vt huiuſmodi diſputationes ad ſuggeſtum Eccleſiaſticum adferantur: quemadmodum nec volumus vt ijs qui in hac materia altius aſcendere non audent, quam vt dicant* DEVM *ab æterno ſecundum ſuum beneplacitum in* CHRISTO *Domino noſtro fundatum, ad ſalutem æternam, eamque impromeritam elegiſſe atque ordinaſſe omnes & ſingulos in eundem* (IESVM CHRISTVM) *credituros, & in ea fide vſque in finem perſeueraturos: Contra vero ad exitium deſtinaſſe ac reprobaſſe omnes & ſingulos gratiam ſuam ſpreturos, ſe ea indignos præſtituros, & in iſta infidelitate perſeueraturos; idcirco vel minimum negotij faceſſatur, aut, vt altius doceant, moleſtia exhibeatur &c.*

Hæc deinde ad executionem in Vltraiectina prouincia ita deducta ſunt, vt quidam prædicantes huic moderationi acquieſcere renuentes ſolum vertere ſint coacti.

Libri editi ſunt hoc anno varij.

1. *COnſideratio Sententiæ Iacobi Arminij, de Prædeſtinatione, gratia Dei & libero hominis arbitrio apud Ordines Hollandiæ ab eodem declarata. Authore Daniele Tileno Theologo Academiæ Sedanenſis.*

Latinè *Francoforti* & Belgicè alibi, ſupreſſo loco.

In fine editionis Belgicæ ſubiectæ ſunt tres familiares epiſtolæ, vna Dauidis Paræi ad Authorem, 2. Authoris ad Paræum. 3. alicuius M. Abrahami Sculteti, itidem ad Paræum. In quibus literis Arminius tanquam alter Pelagius nigro prorſus calculo notatur; Author verò huius Conſiderationis tanquam ſecundus Auguſtinus ad cælum extollitur.

2. *Chriſtiana inductio ad pacem & mutuam tolerantiam in hodiernis diſsidijs. In qua fundamentaliter demonſtratur Eximium Doctorem Henricum Bullingerum, tametſi quoad prædicta diſsidia, eandem cum Remonſtrantibus ſententiã tenuerit, nihilominus pro Reformata Eccleſiæ doctore agnitum eſſe: Et conſequenter etiam Remonſtrantes, vt qui quoad eadem cum Bullingero ſentiunt & Eccleſiæ vnitatem ſeruant, intolerabiles cenſendos nullatenus eſſe.* Per Samuelem Lansbergium Miniſtrum Roterdamenſem.

Inpreſſum *Roterdami*

3. *De Hæreticidio Tractatus breuis.* In quo doce-

docetur, Hæreticos nõ puniendos eſſe morte &c.

Paruus Viæ dux; pro inſtructione ſimplicium qui his temporibus ob diſsidia perplexi vix quid agere debeant, ſciunt. 4.

Neſcio tamen quomodo hic titulus libello conueniat, vtpote in quo potius religio *omnis*, hoc eſt *nulla*, quam inter tam multas vna certa, approbatur. Moderatio ſcilicet & mutua tolerantia etiam reformatis cum Romano pontifice ſeruanda indigitatur: Si modo pontifex reipſa demonſtret ſe non ſuam ſed immortalis Dei gloriã quærere multorumq; hominum vnionem & ſalutem ſibi curæ eſſe. *pag. vltima.*

Copia quarundam literarum quas perſonæ duæ ſibi mutuo ſcripſere, de Perſeuerantia Sanctorum. 5.

Dordraci.

Defenditur ibi ab altera parte *quæ eſt Adami Hertvvech*, acriter Sanctorum perſeuerantia; ideſt; quod verè fideles, licet incidant in grauiſſima peccata; nunquam tamen à fide totaliter, nec à ſalute finaliter deficiãt. Tandem mouetur quæſtio, an moderna reformatorum diſſidia fundamentum fidei aut æternam ſalutem concernant. Ad quam idem Adam reſpondet affirmatiuè, & quoad negotium de Apoſtaſia SS. probat 6. argumentis.

Digitized by Google

6\. *Breuis & ſolida Refutatio cuiuſdam libelli ſub nomine Adami Hertvvech Roterodamenſis emiſſi: in quo friuolis & leuiſſimis quibuſdam argumentis is conatur euincere fideles in quantacunque etiam peccata incidant, nihilo minus ſaluandos eſſe, nec perire poſſe.*

Roterodami.

Statum controuerſiæ ponens author (*litera B.*) ait aduerſarium cum ſuis ſentire *ꝙ fideles licet õnia ſibi poſſibilia perpetrent flagitia inque ijs perſeuerent, quinimò licet in errores incidant, quibus fundamentum ſalutis vel ex parte vel ex toto euertatur &c. nihilominus omnibus Dei donis aut æterna ſalute priuari non poſſint.*

7\. *Eirenicus Chriſtianus. Siue de pace Catholica Eccleſiæ excellens, Chriſtianus, Neceſſarius & vtilis tractatus.*

Compoſitus per P. M. Franciſcum Iunium dum viueret profeſſorem Theologiæ in Academia Leydenſi.

Translatus per Iohannem de la Haÿe Miniſtrum Hagenſem.

Amſterdami.

Multa in hoc libro diſſeruntur de mutua pace & tolerantia ſeruanda cum diſſidentibus quibuſcunque, qui caput religionis Chriſtianæ id eſt CHRISTVM ipſum

Digitized by Google

ipſum non conuellant. Exhortationes quoque dantur ad pacem & concordiam bonæ quidem, vt & conſilia ſalubria, Non tamen efficacia. Quippe *mundus* etiam ab Apoſtolorum temporibus *totus in maligno poſitus* non conſueuit ſanis Euangelij conſilijs ita acquieſcere, vt prauis affectionibus prorſus mortificatis, hæreſum aut ſchiſmatum authores non profundat.

Conſilium ad Vaſtatam Galliam Anno 1567. datum per Sebaſtianum Caſtalionem. Vbi cauſa præſentis tunc belli ſimulque medicina eius indigitantur. Ac præſertim diligenter examinatur ac perpenditur an conſcientijs vis ſit adhibenda. 8.

Conſilium ſcilicet non tam Chriſtianum quam politicum: Imo vero nec politicum; quippe libertatem prophetandi cuiuis, hoc eſt etiam falſis prophetis, ne turbas dent in Repub. permittendam eſſe ſtatuens. Authorem (hunc forte ob hoc ſcriptum) non magni faciunt Contra-Remonſtrantes. Adeo vt inueniatur inter illos qui Theodorum quendam Bomium arguat, quod fœtentia Caſtalionis oſſa è ſepulchro produxerit. Iſte tamen Bomius (*In Veredario ſuo edito anno 1617. pag. 20.*) aduerſario, huic reſpondẽs; mirificè Caſtalionem cõmendat; honorificũ

Reſpondet his Venator pagina ſexageſimanona hoc modo : *Quanam hac concluſio? qui hoc ex verbis meis conſequitur? Iterum quæro ſi quis in omnibus tam verbis quàm phraſibus numquam à Scriptura diſceſſiſſet ; an iſtiuſmodi hominem hereſios arguere quiſquam potuiſſet? Certè nemo prater Deum, quid homo iſte in corde ſuo de verbis ſcriptura ſentiret, diiudicare poſſet.* Et paulò poſt: *ſic proceſſerunt Apoſtoli: ipſi enim res fidei verbis ſuis expreſſerunt, quibus velim nos acquieſcere.* Locum ſancti Pauli primę Corinthiorum vndecimo ſibi obiectum Venator explicat; & quidem non ſolum ex alio ſcripturæ loco, ſed etiam ex Henrico Bullingero & alijs, verbum iſtud, *oportet*, non ſignificare ita fatalem neceſſitatem, vt contra hæreſes remedia quærere non liceat; Infert itaque ſibi etiam licere quod optimum eſt remedium proponere; atque hoc ait non pugnare cum SPIRITV Sancto, eiue contradicere. Tandem ſuam de ſubtilitatibus Theologicis, & ad ſacram Scripturam additionibus euitandis ſententiam pag. 72. hoc adagio confirmat.

A Medicorum Recipe,
A Iuris conſultorum Excipe,
A Theologorum Diſtinge,
Libera Nos Domine.

Simili-

Digitized by Google

Similiter pagina octaua arguũt Venatorem Dorderacenſes, quod cum dicat ſe nullas habere ambiguitates aut dubia circa puram veræ Eccleſiæ doctrinam; ſimul tamen fateatur multas ſe eaſque non exigui momenti habere conſiderationes circa Confeſſionem Belgicam & Catechiſmum; adeoque doctrinam his contentam exiſtimet nõ eſſe puram veræ Eccleſiæ doctrinã; nec Eccleſiam, quæ iſtam doctrinam profitetur, veram eſſe Eccleſiam: malè ergo eum ſe reformatæ Eccleſiæ miniſtrum profiteri, atque eo titulo ab ea ſtipendium accipere, *pagina vigeſima*, *& vigeſima ſecunda.* Venator *pagina octogeſima* conceſſo atque iterum probato vtroque antecedentis dicto, prima quoque illata inde à Dorderacenſibus conſequentia; negat tamen conſequentias poſteriores, quoniam Eccleſia formulas illas non pro puræ doctrinæ norma, vt ſacras literas; ſed pro humanis iiſque fallibilibus opinionib. nuper acceptarit, ſemperque habere debeat.

Hinc tandem Dorderacenſes particulatim Venatoris, quibus à Confeſſione, & Catechiſmo diſſentiat opiniones ad 8. capita redactas recenſent: Quibus Venator ordine reſpondens, partim imputatas ſibi ſentẽtias abnuit, tanquam calumnias; partim admittit; vt veras. Inter has fatetur credere ſe aut

è ſcri-

è ſcripturis conuinci, non poſſe, dari aliquod peccatum, quod omnes homines ex Adamo contrahant; adeo vt ob id peccatum æternæ damnationi ſint obnoxij. Arbitrium liberum defendit. Gentiles ſine explicita, & hiſtorica in perſonam Chriſti fide, imo *quibus ne verbum quidem vnum* (de Chriſto) *ſit reuelatum*, ſaluari poſſe (*pagina centeſima trigeſimaquinta*) dummodo piam vitam ducant; id eſt, ſi opera fecerint conformia legi naturæ cordibus ſuis inſcriptæ, ac per manus inde à Noe & Adam acceptę (*pagina centeſima vigeſima nona.*) Concedit tamen nos non ſaluari niſi per meritum Chriſti (*pagina centeſima trigeſima ſexta*). Interim multis agit & quidem, ſuo more, admodum patheticè, contra ſententiam dicentium, omnia Gentilium opera quãtumuis appareant bona, eſſe tamen peccata & æterna damnatione pianda. Vires cuilibet hominum datas eſſe ſufficientes, quibus vel mediatè, vel immediatè ad ſalutis viam ſe poſſit conferre: firmiter ſe tenere ait, niſi quis culpam perditionis noſtræ in Deum velit deriuare, neceſſarium omnino eſſe, vt ſufficientem gratiam admittat, qua hominum quilibet per totum terrarum orbem tantum habuerit virium, vt eo bene vtendo, maioremque ſimul gra-

tiam

tiam à Deo flagitando & acceptum talentum fideliter expendendo, damnationem euadere, æternamque ſalutem conſequi potuerit. *Nec verò intelligo* (ſubdit) *cur Dorderacenſibus fratribus abſonum videatur, quod dixi, Deum nulli importabilia imponere onera, ſi illum iuſtum eſſe agnoſcant*; Interim non videtur Venator hæc Dei dona ſupra naturales hominum vires eleuare, dum addit ſe neſcire, *cur Pelagius ſit hæreſeos condemnatus*, ſi omnia noſtra, ſiue naturalia ſint, ſiue ſupernaturalia, à Deo nobis eſſe donata conceſſerit, ita vt ex nobis nihil prorſus valeamus.

Nam certè conceſsit hoc Pelagius; Nec negari à quoquam poteſt qui ſe non à ſemetipſo, ſed à Deo factum & creatum eſſe crediderit. Quid ergo Pelagius hoc confitendo, Chriſtiana potius religione quam naturali Philoſophia dignum confeſſus eſt?

Deinceps contra ſuos aduerſarios, abſolutam plurium hominum reprobationem defendentes, ſic ad hominem argumentatur. *Quicquid quiſque tenetur credere, hoc eſt verum (vt quid enim cogemur, credere mendacium) ſed quilibet tenetur (iuxta veſtram ſententiam) credere, ſe à Deo electum, Deumque ſaluare ſe velle. Ergo verum eſt DEVM elegiſſe quemlibetcumque hominem, eumque ſaluare velle*: Item ſic: *Quidquid de ſemetipſo nemo debet credere, id de nemine verum eſt.*

nemo

tarum Eccleſiarū Germaniæ, Galliæ, Angliæ &c. quin imò contra Belgicam confeßionem ac Catechiſmum Heidelbergenſem, à Dorderacenſibus fratribus in refutatione eorum ſuſtinentur; quarum opinionum pars non exigua doctrinam continet Ieſuitarum, partim ipſiſmet eorum propoſitionibus, partim etiam deterioribus: aliæ Stoicorum ſunt dogmata, nonnullæ etiam peiores quā Manichæorum: Complures item quæ à diuerſis ſectarijs defenſa olim fuere & etiamnum hodie ab ijs ſuſtinentur, quos hæreticos nominamus, Denique non minima earum portio nouæ ſunt propriæque ipſorum inuentiones. Hęc Venator, quæ num vera ſint, miſeræ vtriuſque partis oues quo iudice intelligent?

Eodem hoc anno menſe Aug. ordines prouinciæ Vltraiectinæ, ditionis ſuæ concilium coegerunt, in quo ſua ipſi authoritate circa Eccleſiæ gubernationē miniſtris ſuis prędicantibus leges & cæremonias præſcripſere, multas certè quarum ne veſtigium quidem in ſacris Literis apparet: præfantur tamen ad eoſdem ſuos miniſtros *velle ſe ſaluum eſſe fundamentum præcipuum reformationis quod in humanorum decretorū ſtatutorumq; abiectione conſiſtit.* Actum quoque eſt in eodem concilio de modo componendi controuerſias illas turbaſq; inter Remonſtrantes eorumque aduerſarios. In eum finem primo ſe declarant iuriſiurandi ac fœderis obligatione

 teneri,

teneri, ne vllam doctrinam, regulam, menſuram aut normam fidei vitæq; piæ in iſta prouincia vel recipere vel ſequi debeant, prẹter ſolum verbũ Dei ſcriptum. Confeſſionem belgicam recipiunt in eo ſenſu qui conformis ſit ſacris literis, ſimulque reuiſioni ac examini in Nationali ſynodo eandem ſubiacere debere decernunt. Dein capite tertio, articulo tertio ita miniſtris prẹcipiunt: *operam dabunt vt in fundamentis fidei ſternendis vtantur verbis & phraſibus è ſacra ſcriptura deſumptis, exemplar habentes ſanorum ſermonum quos ab Apoſtolis dedicerunt, verbum Dei loquentes non verbis quæ docet humana ſapientia, ſed quæ docet Spiritus Sanctus, ſpiritualia comparantes ſpiritualibus, vitantes logomachias quæ nullam præſtant vtilitatem ſed ſubuerſionem audientium: reijcientes quoque ſubtiles profundaſque ſpeculationes & inutiles diſputationes, memores ſemper finem præcepti eſſe charitatem ex corde puro, conſcientia bona & fide non ficta.*

Moderatio Ordinum.

Dein articulo quarto cauent, *vt in tractãdis cõtrouerſijs ea adhibeatur moderatio, ne cui detur occaſio iure ſuſpicandi, aliquid ab eis doceri, ex quo ſequi poſſit, hominem vllum à Deo creatum eſſe ad damnationem, aut ad peccandum neceſſitate impelli, aut etiam inuitari quemquam*

ad

Digitized by Google

ad ſalutem à Deo, cui tamen ipſe eam abſolutè non dare decreuerit. Sicut etiam ſollicitè curandum, vt initium, medium, & finis ſalutis noſtræ non naturalibus hominum viribus, ſed ſoli puræ & immeritæ diuinæ in CHRISTO *gratiæ adſcribatur.* Deniq; articulo quinto poſtquam Theologis permiſerint de quibuſdam huius doctrinæ circumſtantijs diſputationes in Scholis inſtituere, ſubdunt: *Nolumus tamen vt huiuſmodi diſputationes ad ſuggeſtum Eccleſiaſticum adferantur: quemadmodum nec volumus vt ijs qui in hac materia altius aſcendere non audent, quam vt dicant* DEVM *ab æterno ſecundum ſuum beneplacitum in* CHRISTO *Domino noſtro fundatum, ad ſalutem æternam, eamque impromeritam elegiſſe atque ordinaſſe omnes & ſingulos in eundem* (IESVM CHRISTVM) *credituros, & in ea fide vſque in finem perſeueraturos: Contra vero ad exitium deſtinaſſe ac reprobaſſe omnes & ſingulos gratiam ſuam ſpreturos, ſe ea indignos præſtituros, & in iſta infidelitate perſeueraturos; idcirco vel minimum negotij faceſſatur, aut, vt altius doceant, moleſtia exhibeatur &c.*

Hæc deinde ad executionem in Vltraiectina prouincia ita deducta ſunt, vt quidam prædicantes huic moderationi acquieſcere renuentes ſolum vertere ſint coacti.

Libri editi ſunt hoc anno varij.

1. *COnſideratio Sententiæ Iacobi Arminij, de Prædeſtinatione, gratia Dei & libero hominis arbitrio apud Ordines Hollandiæ ab eodem declarata. Authore Daniele Tileno Theologo Academiæ Sedanenſis.*

Latinè *Francoforti* & Belgicè alibi, ſupreſſo loco.

In fine editionis Belgicæ ſubiectæ ſunt tres familiares epiſtolæ, vna Dauidis Paræi ad Authorem, 2. Authoris ad Paræum, 3. alicuius M. Abrahami Sculteti, itidem ad Paræum. In quibus literis Arminius tanquam alter Pelagius nigro prorſus calculo notatur; Author verò huius Conſiderationis tanquam ſecundus Auguſtinus ad cælum extollitur.

2. *Chriſtiana inductio ad pacem & mutuam tolerantiam in hodiernis diſsidijs. In qua fundamentaliter demonſtratur Eximium Doctorem Henricum Bullingerum, tametſi quoad prædicta diſsidia, eandem cum Remonſtrantibus ſententiā tenuerit, nihilominus pro Reformatæ Eccleſiæ doctore agnitum eſſe: Et conſequenter etiam Remonſtrantes, vt qui quoad eadem cum Bullingero ſentiunt & Eccleſiæ vnitatem ſeruant, intolerabiles cenſendos nullatenus eſſe.* Per Samuelem Lansbergium Miniſtrum Roterdamenſem.

Inpreſſum *Roterdami*

3. *De Hæreticidio Tractatus breuis.* In quo doce-

docetur, Hæreticos nõ puniendos eſſe morte &c.

Paruus Via dux; pro inſtructione ſimplicium qui his temporibus ob diſsidia perplexi vix quid agere debeant, ſciunt. 4.

Neſcio tamen quomodo hic titulus libello conueniat, vtpote in quo potius religio *omnis*, hoc eſt *nulla*, quam inter tam multas vna certa, approbatur. Moderatio ſcilicet & mutua tolerantia etiam reformatis cum Romano pontifice ſeruanda indigitatur: Si modo pontifex reipſa demonſtret ſe non ſuam ſed immortalis Dei gloriã quærere multorumq; hominum vnionem & ſalutem ſibi curæ eſſe. *pag. vltima.*

Copia quarundam literarum quas perſonæ duæ ſibi mutuo ſcripſere, de Perſeuerantia Sanctorum. 5.

Dordraci.

Defenditur ibi ab altera parte *quæ eſt Adami Hertvvech*, acriter Sanctorum perſeuerantia; id eſt; quod verè fideles, licet incidant in grauiſſima peccata; nunquam tamen à fide totaliter, nec à ſalute finaliter deficiãt. Tandem mouetur quæſtio, an moderna reformatorum diſſidia fundamentum fidei aut æternam ſalutem concernant. Ad quam idem Adam reſpondet affirmatiuè, & quoad negotium de Apoſtaſia SS. probat 6. argumentis.

6. *Breuis & ſolida Refutatio cuiuſdam libelli ſub nomine Adami Hertvvech Roterodamenſis emiſſi: in quo friuolis & leuiſſimis quibuſdam argumentis is conatur euincere fideles in quantacunque etiam peccata incidant, nihilo minus ſaluandos eſſe, nec perire poſſe.*

Roterodami.

Statum controuerſiæ ponens author (*litera B.*) ait aduerſarium cum ſuis ſentire *q̃ fideles licet õnia ſibi poſſibilia perpetrent flagitia inque ijs perſeuerent, quinimò licet in errores incidant, quibus fundamentum ſalutis vel ex parte vel ex toto euertatur &c. nihilominus omnibus Dei donis aut æterna ſalute priuari non poſſint.*

7. *Eirenicus Chriſtianus. Siue de pace Catholica Eccleſiæ excellens, Chriſtianus, Neceſſarius & vtilis tractatus.*

Compoſitus per P. M. Franciſcum Iunium dum viueret profeſſorem Theologiæ in Academia Leydenſi.

Translatus per Iohannem de la Haye Miniſtrum Hagenſem.

Amſterdami.

Multa in hoc libro diſſeruntur de mutua pace & tolerantia ſeruanda cum diſſidentibus quibuſcunque, qui caput religionis Chriſtianæ id eſt CHRISTVM ipſum

Digitized by Google

ipſum non conuellant. Exhortationes quoque dantur ad pacem & concordiam bonæ quidem, vt & conſilia ſalubria, Non tamen efficacia. Quippe *mundus* etiam ab Apoſtolorum temporibus *totus in maligno poſitus* non conſueuit ſanis Euangelij conſilijs ita acquieſcere, vt prauis affectionibus prorſus mortificatis, hæreſum aut ſchiſmatum authores non profundat.

Conſilium ad Vaſtatam Galliam Anno 1567. datum per Sebaſtianum Caſtalionem. Vbi cauſa præſentis tunc belli ſimulque medicina eius indigitantur. Ac præſertim diligenter examinatur ac perpenditur an conſcientijs vis ſit adhibenda. 8.

Conſilium ſcilicet non tam Chriſtianum quam politicum: Imo vero nec politicum; quippe libertatem prophetandi cuiuis, hoc eſt etiam falſis prophetis, ne turbas dent in Repub. permittendam eſſe ſtatuens. Authorem (hunc forte ob hoc ſcriptum) non magni faciunt Contra-Remonſtrantes. Adeo vt inueniatur inter illos qui Theodorum quendam Bomium arguat, quod fœtentia Caſtalionis oſſa è ſepulchro produxerit. Iſte tamen Bomius (*In Veredario ſuo edito anno 1617. pag. 20.*) aduerſario, huic reſpondẽs; mirificè Caſtalionem cõmendat; honorificũ

de eo citat teſtimonium Vniuerſitatis Baſileenſis, in qua Theologiæ profeſſorem egit: Ex Philippi quoque Melanthonis & Chriſtophori Carleili ad ipſum datis literis laudes eius exaggerat. Caſtalionem hunc & idem aſſerit Bomius & huius Conſilij proœmiaſta Baſileenſium teſtimonio probat, Anno 1563. mortuum eſſe. Sed quomodo ergo Conſilium hoc pro Gallia excogitauit anno 1567. An oſſa eius poſt mortem forte prophetarunt? Hoc ſi verum ſit, ſat iam à fætore vindicata ſunt. Sed forte hoc conſilium prædicto anno non tam ab Authore eſt excogitatum, quàm à typographo in lucem emiſſum. Ita proœmiaſta idem inſinuat. Sed tamen ſenſus tituli eſt vt nos eum tranſtulimus. Et infra titulum ſubiungitur, primam libelli impreſſionem factam fuiſſe anno M.D.LXXVIII. Ita ſcribimus indocti, doctique poemata paſſim.

In cauſa Vorſtij varijs adhuc hoc anno ſcriptis vtrinq; ſudatum fuit: Prodijt enim primò.

I. 1. *Lydius lapis Adriani Smoutij* Concionatoris Roterodamenſis *pro examinanda Reſponſione quadam aut declaratione quam* in fine ſuperioris anni *Conradus Vorſtius edidit ad Articulos quoſdam ad ſui grauamen in vulgus ſparſos.*

Ex-

Excipit hic author Vorſtium acriter, auda-
ἑter & argutè.

2. *Examen Reſponſionis quam D. Conradus Vorſtius edidit ad Articulos ex Anglia transmiſſos.* 2.

3. *Conradi Vorſtij Prodromus plenioris reſpõſi ſuo tempore cum Deo ſecuturi, Ad Declarationem D Sibrandi Lubberti & iteratam Miniſtrorum Leovvardienſium Cautionem, aliaq; plura id genus eriſtica ſcripta recenter in lucem aduerſus ipſum emiſſa.* 3.

Lugduni Batauorum.

4. *Specimen Conſcientiæ, candoris, veracitatis, ſimplicitatis & pietatis D. Vorſtij, quod denuo exhibuit in ipſo ſuæ ad Regios Articulos apologiæ limine, & ante paucos dies in prodromo in loco de immenſitate ſiue omnipræſentia eſſentiæ Dei. Scriptum à Paſtoribus Eccleſiæ Leovvardienſis.* Franekeræ. 4.

5. *C. Vorſtij breuis Refutatio Speciminis à Leovvardienſibus Eccleſiaſticis aduerſum ipſum editi.* Lugduni Batauorum. 5.

6. *Reſponſio ad D. Vorſtij Prodromum data à Miniſtris Leovvardienſibus.* 6.

Leovvardiæ.

7. *Conradi Vorſtij Reſponſum plenius ad ſcripta quadã eriſtica non ita pridem à diuerſis fratribus contra ipſum edita &c.* 7.

Digitized by Google

Lugduni Batauorum.

8. 8. *Declaratio Miniſtrorum Leovvardienſium ſuper pleniori Reſponſo Vorſtij.*

Leovvardiæ.

9. 9. *Catalogus errorum ſiue Gallucinationum D.Sibrandi Lubberti,ex libello ipſius cui titulum fecit Delaratio Reſponſionis &c. fideliter excerptus, cum breui refutatione. Authore Conrado Vorſtio S.Theol. Doctore.*

Lugduni Batauorum.

Enumerat hic Vorſtius errores Sibrandi ad nonaginta nouem. De quibus ad Lectorem ſic præfatur: *Inuenies hic centuriam pene integram errorum illius viri qui tam acerbum aliorum cenſorem agit: quos quidem ex vnico ipſius libello eoq; paruulo, inter perlegendum excerpſimus. Maluiſſem quidem ego inuidioſo hoc labore ſuperſedere. Sed tam ſæpe palamque ab hoc homine prouocatus & velut iniecta manu ad ſcribendum pertractus, quid facerem? Annon inſulſis ipſius næniis & coccyſmis centies repetitis aliquid opponere debui? &c.*

10. 10. *Matthæi Sladi Anglobritanni Gymnaſij literarij in vrbe Amſterdamenſi Rectoris, cum Conrado Vorſtio de blaſphemijs, hæreſibus & Atheiſmis à Sereniſſimo ſapientiſſimoq; Magnæ Bri-*

Britanniæ, Franciæ & Hyberniæ Rege Iacobo huius nominis primo in eiuſdem Vorſtij de Deo Tractatu & exegeſi Apologetica, nigro Theta notatis, Scholaſticæ diſceptationis Pars prima. Ad Nobiliſſ. ac præpotentes D. D. *Ordines fœderatarum Belgij regionum Generales. In qua fides orthodoxa de vera Immenſitate & infinitate trin-unius Dei opponitur heterodoxiæ Auguſtini Steuchi Epiſcopi Kiſami & Vorſtij ſtatuentium* Deum *& finitum eſſe, & domicilio quodam non ſuo habitare. Oſtenditurque Sereniſſimum Regem grauiſſimas ob cauſas Vorſtij doctrinam, de finitudine, localitate, quaſi-corporalitate & quaſi compoſitione eſſentiæ* Dei *condemnaſſe: multaque in iiſdem Vorſtij Apologiis latinis atque Belgicis fraudulenta ſophiſmata & aperta mendacia deteguntur.*

Hanc poſtea ſecuta eſt *pars altera (cum præfixa appendice prioris partis) de immutabilitate & ſimplicitate* Dei *qua docetur Sereniſſimum &c. Regem Angliæ iuſtè ac merito notaſſe blaſphemum Vorſtij dogma,* DEVM *eſſe mutabilem, & accidentibus ſubiectum aſſerentis. Appoſitum Conradi Vorſtij & Fauſti Socini Concentus ſiue Bicinij exemplum.*

Præfixa quoque huic parti eſt prioris lõga valde Appendix.

Stylus vbiq; mordax & amarus in Vorſtium & Remonſtrantes.

Amſterdami.

Amſterdami.

II. 11. *Paraſceue Conradi Vorſtij ad Amicam Collationem cum Ioanne Piſcatore Scholæ Herbornenſis profeſſore. Translata è latino in Belgium.* Amſterdami.

Tranſcripſerat iam ante, in Martio ſcilicet huius anni, Piſcator ad Vorſtium cenſuram ſuam ſuper eius librum *de Deo* & Apologeticam declarationem. Notauerat pleroſque ſuſpectos paſſus, argumentis etiã errores confutaret. Reſponderat quoque ei Vorſtius. Iam vero cum à tam multis vndique ſimul aduerſarijs, ijſque acrioribus & vehementibus impeteretur; In vno Piſcatore (quem omnibus ſuis aduerſarijs longè ſe præferre ait) omnibus volens ſatisfacere, collationem ipſam parabat in lucem emittere hac præmiſſa paraſceue, in cuius prologo acerrimè perſtringit Georgium Egliſemmium, Matthæum Sladum, Adrianũ Smoutium &c. quod tam iniquo ſecum egerint in ſcriptis ſuis animo, vt digni non ſint quibus à bono viro reſpondeatur.

1613. Anno milleſimo ſexcenteſimo decimo tertio Februarij vigeſimo ſexto & vigeſimo ſeptimo, Delphis in Hollandia auſtrali habita denuò eſt collatio ſex prædicantium *Ioannis* ſcilicet Bogardi, Ioannis Becij, *Feſti hommij*, ex parte Contra Remonſtrantium:

Ioannis

Digitized by Google

Ioannis autem *Vtenbogartij*, *Adriani Borrenſis*, & *Nicolai Greuinckhouij*, ex parte Remonſtrantium. Colloquij huius occaſionem & ſucceſſum ita deſcribunt Leidenſes pag. 82. Quum illuſtriſſimus quidam patriæ noſtræ Heros pacis militiæque ſtudijs Belgis ſuis notiſſimus vocatis ad ſe duobus Paſtoribus, quorum vnus Remonſtrantium, alter Contra-Remonſtrantium partes tuebatur, ſignificauiſſet ſibi ex animo dolere diutinis hiſce Eccleſiaſticorum certaminibus florentiſſimas Belgij Eccleſias poſſundari, ſeque vnicè optare, vt ex conſilio aliquot vtriuſq; partis Eccleſiaſtarum ſeriò & quàm citiſſimè diſpiceretur, num qua ratione eæ quæ quinq; articulorum nomine, venditabantur diſputationes componi poſſent; & ſinguli pro ſe quiſque operam ſuam, promouendo tam pio operi, liberaliter addixiſſent; Factum, vt primo poſt tempore terni vtrinque Delphis de negotio iſto deliberaturi conuenirent, magnaque noſtros erigebat ſpes, futurum vt aliqua componendi diſſidij diallaktika ratio iniretur. Verum cum ad ſermones deuentum & multis vtrimque diſputatum eſſet, noſtri (quod ineundæ pacis Caput eſſe videbatur) vt de neceſſitate articulorũ controuerſorum ſententiam dicerent Contra-Remonſtrantes, petiuere; & num eos in Paſtoribus Eccleſiarum, ſalua fidei Saluificæ integritate,

integritate, ferri poſſe crederent, exponere dignarentur: addentes, ſi non tolerabiles eos eſſe iudicarent, fruſtra de Sarcienda Eccleſiæ pace vlterius laborari; ſin tolerabiles faterentur, de modo redeundi in gratiam cogitari poſſe, & ſine mora cogitandum eſſe. Contra Remonſtrantes vero reſpondere ad hoc grauati, ſcripto noſtris exhibuere theſes aliquot & antitheſes numero 37. quarum illis ſuam & Eccleſiarum Belgicarum, vti præ ſe ferunt, ſentẽtiam de memoratis ſupra capitibus definientes, his contrariam, quam noſtrorum quibuſdam probari dicebant, reiecere; addebantq;, ſi idem ſecum de his capitibus ſentire profiterentur Remonſtrantium quotquot ſunt; cogitaturos tunc ſe num quæ ineundæ pacis via iniri queat. Noſtri, quamuis iniquiſſimum putabant, ad trium paſtorum (tot n. aderant non publico Eccleſiæ, ſed priuato nomine) Iubitum, de ijs cap. denuo ſententiam explicare, de quibus vt dubitare eos ſuſpicarentur, cauſa non erat: nõ tamen reſponſionem præcisè detrectarunt; ſed contra potius hoc reſponſi dedere: inſtitutum fuiſſe hoc colloquiũ, non vt de alijs quæſtionibus nouæ mouerentur lites, ſed vt præſentes tollerentur, non vt in huius vel illius fidem nouo examine denuo inquireretur, ſed vt de modo ſopiendi compertas cõtrouerſias deliberare.

liberaretur. Paratos tamen ſe fore, quouis tempore ſuam de iſtis cap. aperire ſententiá, modo hoc à Contra-Remonſtrãtium æquitate impetrare liceat, vt litem Remonſtrantibus mouere ob 5. Articulos deſinant, & liberum hic relinquant Eccleſiæ Paſtoribus ſuum iudicium; hoc ſi promittunt, non grauari ſe, explicatam de illis cap. ſententiam dicere. Alias inani pacis ſpe lactari Remonſtrantes, & quotquot in expectatione eius ſunt Eccleſias, quã diu non conſtet, illæſo fidei fundamento, ipſorum de prędeſtinatione & eius annexis aſſertiones ferri poſſe. Hucuſq; illi cõformiter ip ſis iſtius collationis actis eodem anno typis diuulgatis; niſi quod illic nó triginta ſeptem, ſed ſexdecim tantum theſes totidemque antitheſes, circa ſex doctrinæ Chriſtianæ articulos proferantur. Articuli ſunt: Primus, *de plenaria ſatisfactione Saluatoris noſtri pro peccatis noſtris.* Secundus *de Iuſtificatione hominis coram Deo.* Tertius, *de fide iuſtificante.* Quartus, *de peccato originali.* Quintus, *de certitudine ſalutis.* Sextus, *de perfectione hominum in hac vita.* Patet ex ijſdem actis etiam, vtraque ita parte in ſententia permanente, re infecta eſſe diſceſſum Quoniã vero prę fata antitheſeon capita tres Remõſtrãtes ex ſola ſibi ſuſpiciõe imputari dixerãt, ꝓdijt ſimul Collationi ſubnexa quorũdã citatio dogmatũ è ſcriptis Arminij, Vorſtij,

Vorſtij, Petri Bertij & Adolphi venatoris; quibus antitheſes illas à Remonſtrantibus, reuera defendi comprobetur. Tandem hæc ſubijcitur cenſura in Arminiũm ac Vorſtiũ ex epiſtola quadam Dauidis Paræi ſcripta Heidelberga hoc anno 1613. *Primo Martij ad N. N. Arminium veſtrum Sociniani in Polonia expreſſe vt ſuum nuper nominarunt pacificatorem, vna cum quodam Acontio, Bonſinio, clandeſtinis aſſeclis, quarum authoritate poſtularunt à fratribus orthodoxis fraternitatem: iſti vero fortiter recuſarunt. Acta ad me miſit ſynodus Lublinenſis cui nuper poſtridie natalis Domini reſpondi: vertat ſe igitur Vertumnus ille Vorſtius in omnes formas, & album nigrum quotidie vobis occinat; mihi qui hominem nimis noui, non imponet; ſpero etiam quod non vobis & Eccleſiæ. Dominum precor ex animo vt ſi eſt ſanabilis det ei mentem & linguam rectam, rotundamque.*

Eodem anno ſexto Martij Rex Angliæ iterum literas dedit fœderatis ordinibus, quibus dolere ſe admodum ſignificat ob certamina inter miniſtros populumque eorum exorta; pro ijſdemque ſopiendis hoc ſuggerit conſilium; experiundo ſe didiciſſe diſputationibus Theologicis hoc genus quæſtionum difficulter determinari; magis autem è re fore; vt ſopiantur authoritate publica: *ita vt prohibeatis*, inquit, *miniſtros*

veſtros

Veſtros ne eas diſputationes in ſuggeſtũ aut ad plebem ferant, ac diſtrictè imperetis vt pacem colant, ſe inuicē tolerando, in iſta opinionũ ac ſententiarũ diſcrepantia, quæ ſuperdictis capitibus inter ipſos inuenitur, ſaltem donec maturè cognito negotio authoritate publicâ per vos aliter ſtatuatur. Additque ſe viſis vtriuſq; partis opinionibus, ac argumentis neutram comperiſſe adeo deuiam, vt non poſsint cum fidei veritate & cum animarum ſalute conſiſtere. *Vide Leyden. p.* 20. Menſe Aprili Vincentius Drielenborgh iam in Vrbe Vltraiectina duorum conuentuum Quæſtor & ſimul ciuitatis Conſiliarius, à Spirtu in conſciētia ſua (vt ait) redargutus & conuictus quòd reuelationes quas Anno 1608. & ſequenti acceperat ita contra voluntatem Dei ſepeliret; hoc eſt, hactenus in lucem pro omnibus nō edidiſſet: magno zelo cæpit prophetias ſuas conſcribere, & ſcriptas quidem primo Illuſtriſsimo Comiti Palatino tunc ob nuptias cum Sereniſsimi Angliæ Regis filia contrahendas aut contractas per Belgium iter habenti, per cubicularium eius offerri curauit, cum dedicatione quadam ad eundem principem præfixa. Sed nihil exinde reſponſi accipiens deinceps prelo cœpit ſcrinium ſui pectoris aperire, partim latino (cuius aliqualiter compos eſt) partim belgico idiomate omnibus (ſui ſimilibus, hoc eſt, eodem Spiritu renatis) Anti-

Chriſtum apertiſsimè demonſtrare. Sed is qui tantam Sacrarum literarum præ omnibus intelligentiam, ſe teſte & iudice, iam dudum acceperat, nondum intellexiſſe viſus eſt illud 1. *Cor.* 14. 32. *Spiritus prophetarum prophetis ſubiecti ſunt.*

Feruore enim prophetandi abreptus, in Magiſtratum & Miniſtros Vltraiectinæ prouinciæ tanquam in Antichriſti ſobolem non obſcurè debacchatus, ſeditionis reus, in carcerem coniectus eſt. vbi examinatus omnia fere quæ hactenus de ipſo retulimus ſcripto liberè confeſſus eſt, Octobris die 25. Quocirca cũ mẽſem adhuc in vinculis exegiſſet, Ordinum prouinciæ ſententia (poſtmodum typis diuulgata) ciuitate & ditione vltraiectina pulſus eſt. Perrexit ipſe Amſterdamum, vbi libertatẽ prophetandi & pręſidium quorundam Miniſtrorum nactus, fortiter vocationi ſuæ cępit inſiſtere.

Inter libros qui hoc etiam anno vtrimque conſcripti ad me peruenêre, celeberrimi facilè ſunt *Sibrandi Lubberti Commentarij ad nonaginta nouem errores Conradi Vorſtij.* Hoc anno impreſsi Franekeræ : quamquam eos author anno ſuperiori in Iulio ſe abſoluiſſe ſignificet. Celeberrimi, inquam, ſunt vel ob ſolam Epiſtolam dedicatoriam quam ad Archiepiſcopum Cantuarienſem totius

Angliæ

Anglię primatem & metropolitanum libro præmiſit. In ea enim epiſtola pluribus Remonſtrantium anſam dedit contra ſe calamum ſtringendi, dum feruenti Zelo in Vorſtium inuectus etiam Hollandiæ Ordines *quod alenda huic peſti manum quoquo modo porrigant* ſugillare viſus eſt. dum optat vt ij *quotquot ad gubernacula ſedent* ita veræ religionis & concordiæ Eccleſiarum curam gerant, vt re ipſa demonſtrent, *id quod credi videriq́ volũt, pluris ſe omniũ Eccleſiarũ Belgicarum publicam incolumitatem quam vnius aut paucorum hæreticorum priuatum commodum facere, &c.*

Nobis notandũ potius quod paulò infra de Vorſtio ſic ſcribit: *Cum hæreticus in conſeſſu Ordinum ſolenniter iuraſſet ſe eſſentialem Dei omni præſentiam nunquam negaſſe; dixit in eodem conſuſſu; conſeſſu? imo in eodem momento; Deum ſuâ eſſentiâ non eſſe in ſterqudinijs, cloacis & locis ſordidis præſentem. Quo ſane facto ipſos Ordines Hollãdiæ ſubſannare & quaſi naſo ſuſpendere voluit. Voluit enim declarare, ſe iudicare illos, apud quos dicebat ne minima quidem harum rerum ſcientia præditos eſſe, ac proinde licere ſibi apud eoſdem quicquid in buccam veniret, impunè deblaterare &c.*

In ſumma, contendit Sibrandus acriter, *Spiritum prophetarum prophetis ſubiectũ eſſe oportere,*

tere; id eſt,(vt ipſe explicat) iudicium controuerſiarum fidei non ad Magiſtratum politicum ſed ad prophetas ſeu verbi miniſtros pertinere,&c.

Tandem poſt admonitionem ad Lectorē ita ex abrupto aduerſarium ſuū aggreditur: *Conrade Vorſti. Vt ex omnibus Academijs Eccleſiiſue reformatis Germaniæ, Britanniæ,&c. vnam eligas, cuius iudicio te, tuaq; ſcripta ſubmittere velis, & vt hoc mihi intra duos menſes ſignificet & ſimul deſignes diem, quo te ante proximas Calendas Maij, Academiæ Eccleſiaue à te nominatæ iudicio ſiſtere velis. Hoc enim intellecto, & ego me (ſi Deus volet) parabo, vt & me illi Academiæ Eccleſiaue, quamcūq; nominaueris, ſiſtam. Idq; ea lege vt niſi te ex tuis ſcriptis hæreſeos conuicero non recuſaturus ſim illas pœnas ſubire, quaſcunq; ius diuinum & humanum damnato hæretico minantur. Si verò te hæreſios conuicero, nullam aliam pœnam abs te exigam quàm vt abeas ex Belgica.* Deinde ad ſingulos errores à Vorſtio ſibi tributos acri ſtylo vbi reſpondit, tādem pag.841. librum ita finit: *Hæc voluit, & ſua plus quam hæretica proteruia mihi penè per vim expreſsit.*

2 Diuulgata quoque hoc anno eſt; *Defenſio Sententiæ D. Iacobi Arminij de prædeſtinatione, Gratia Dei, Libero hominis arbitrio,&c. Aduerſus eiuſdem à Daniele Tileno Theologo Sedanenſi editam Conſiderationem.* Authore *Arnoldo Cor-*

uino Eccleſia Lugduno-Batauæ Paſtore.

Lugduni Batauorum.

Porrò ſententiam Tileni quam Paræus cum ſuis plurimùm commendauerat, ita hic author cenſet, vt capite ſeptimo ſuſtineat eam pugnare cum mandatis & promiſsionibus Euangelij, cùm confeſsione Belgica & catechiſmo palatino, cum attributis Dei, videlicet cum ſapientia, iuſtitia & bonitate eius cum natura hominis, cum actu creationis, & cum natura vitæ & mortis æternæ. Item, deſtruere gratiam, iniuriam eſſe in gloriam Dei & ignominioſam Chriſto. Imò capite nono aſſeuerat ſententiã Tileni euertere fundamentum omnis religionis vniuersè, & chriſtianæ in ſpecie.

III *Ad Conradi Vorſtij Paraſceuen Reſponſio apologetica Iohannis Piſcatoris, qua is defendit ſuas notas contra examen illius. Præfixa ſunt illa notæ vnà cum epiſtola* magiſtri ad errantem diſcipulum monitoria.

Herbornæ Naſſouiorum.

IV. *Ad Conradi Vorſtij amicam collationem, &c. Notæ Iohannis Piſcatoris profeſſoris S. literarum in illuſtri ſchola Naſſouica Herbornenſi.*

Herbornæ N.

In epiſtola ad Vorſtium præmiſſa: *Principio*, inquit, *oras me vt vtrumque libellum tuum (& paraſceuen ſcilicet & amicam Collationem) gratum habeam. Ego verò tibi fateor neutrum*

mihi gratum fuiſſe: quia vterque non parum mihi moleſtiæ exhibuit in detegendis ſophiſmatibus tuis quibus lucem veritatis inuoluis, &c.

V. Concordantia orthodoxa doctrinæ de prouidẽtia Dei Anno 1597. à Franciſco Gomaro latinè conſcripta. Nunc belgicè edita.

Delphis.

VI. Collatio de finali Perſeuerantia Sanctorum ſcriptis habita inter Danielem Vet prædicantem Lutheranorum Delphis, Hagæ &c. commorantium, & duo membra reformatæ Eccleſiæ Delphenſis. Delphis.

Duo iſthæc membra fuere Abraham Ioannis & Cornelius Simonis de genere textorum. Sententiam tuebantur Contra-Remõſtrantium, quam cum non ſatis clarè initio propoſuiſſent & nihilominus importunius reſponſum à Daniele extorquere conarentur, Lutheranos ſtatim crabrones experti sũt Tanquam enim æſtro ac plane fœmineo furore percitus Lutheri filius importunitatem illorum & imprudentiam, ſi quam prius admiſerant, oppidò caſtigauit, & de victoria in ſatyrico ſcribendi genere obtinenda deſperare eos fecit, adeoq́; modeſtiores reddidit.

8 *VII. Quæſtiones & reſponſiones Chriſtianæ.* Quõdam per Theodorum Bezam latinè conſcriptæ. Nunc Belgicè impreſſæ. Delphis.

Petri Baronis ſumma trium de prædeſtinatione ſententiarum, cum Ioannis Piſcatoris ad eam Notis & Fran-

& Franciſci Iunij ad eandem diſquiſitione; ac deniq́; Gulielmi Vvittakeri prælectione aduerſus vniuerſalem gratiam, & concione de prædeſtinatione, diuina gratia conſtantia ac certitudine ſalutis, &c. Hardrouici.

Fuit Petrus Baro in Academia Cantabrigienſi Angliæ profeſſor Theologiæ circa annum 1580. vbi cum in variis ſuis lucubrationibus gratiam vniuerſalem, id eſt, nō ſolis electis eſſe propriam, ſed omnibus communiter hominibus à Deo offerri contra Caluinū & Bezam ſuſtineret. Wittakerus ita ei iuit obuiam, vt tandem anno 1595. Lambetæ in cōgregatione Epiſcoporum & Theologorum articuli quidam (à loco Lambethani dicti) approbati conſignatique ſint, in Academia promulgandi.

IX *Frederici Broeckeri, diſputatio de genuino ſenſu ſeptimi capitis Epiſtola Pauli ad Romanos contra Theodorum Coornhert & D. Iacobum Arminium.* Enchuſæ.

X. *Ordinum Hollandia ac Vveſtfriſia pietas ab improbiſsimis multorum calumnijs ſimulq́; à nupera Sibrandi Lubberti epiſtola quam ad Reuerendiſsimum Archiepiſcopum Cantuarienſem ſcripſit, vindicata per Hugonem Grotium eorundem Ordinum fiſci Aduocatum.*

Lugduni Batauorum, *Authoritate publicâ Senatus delegatorum ab Ordinibus Holl. & Vveſtfr.*

Editum quoque eſt hoc Anno Dorderacenſium (quorum ſuperiori anno meminimus, ſex prædicantium *Breue reſponſum* ad Adolphi Venatoris replicam. In quo ſicut exoticos Adolphi errores dextrè redarguūt; ita Confeſſionis ſuæ & Catechiſmi autoritatem ex Reformationis fundamento ab Adolpho labefactatam neutiquam ſtabiliunt. Nam *lit.B.* inter Conciliorum noſtrorum decreta & ſuas vnitatis formulas hanc ſolum ponunt differentiam quod qui à noſtris concilijs diſſentiunt morti ſoleant adiudicari: A ſuis autem vnitatis formulis ſi quis diſſentiat, atque ita Reformatæ Eccleſiæ iudicio ſe nolit ſubmittere, quod talis *per hoc reipſa ſe abſcindat ab eadem Reformata Eccleſia.* Sed quis nō videat quam ſit hęc futilis ad argumenta Venatoris reſponſio. Nam ſi talis re ipſa ſe abſcindat à Reformata Eccleſia, neceſſarium eſt conſequens, quod iſte ſeparatus ſeu abſciſſus ſit extra veram Eccleſiam (ſi tamen Reformata Eccleſia ſit vera Chriſti Eccleſia) adeoque hæreticus & in ſtatu æternæ damnationis niſi ad Eccleſiam à qua ſe abſciderat, regrediatur, hoc eſt, niſi vnitatis formulas recipiat. Hoc autē ſolum eſt quod vrſit Venator, nec mentionem ibi fecit hæreticidij. Et certè ſi ex eo ſolo petenda ſit differētia inter decreta Eccleſiæ Catholicæ & commenta iſta neſcio quorū hominū, quid reſpōdere Venatori

tori poterit Caluinus & *Contra-Remonſtrantiũ* non pauci qui etiam hęreticidium approbant. Pergunt tamen hic Dorderacenſes, pag. B.3. confirmare quod dixerant *impoſſibile eſſe vt vnitas in Eccleſia Dei ſeruetur, ſi vnicuique permittendum ſit vt pro ſuo ingenio SS. literas explicet.* Sed ad Venatoris conſequentias de Reformationis fundamento per hanc doctrinam euerſo & papatu reuocato, nihil reſpondent amplius, niſi quod ſcriptura Sacra explicari & intelligi debeat ſecundum traditionem maiorum. Quod miror qua conſcientia Nouatores noſtri dicere audeant, ſi antiquos Patres legerint.

Prodierunt denique rhytmi aliquot & cantica idiomate belgico in populo ſparſa; in quibus Gomariſtarum, id eſt, Contra-Remonſtrantium de prædeſtinatione ſententia odioſiſſimè perſtringitur, ipſi quoque iſtius ſententię præcipui Doctores ſatyricè admodum taxantur. impietatis, inuidiæ, tyrannidis & papiſmi inſimulantur.

ANNVS 1614.

ANno 1614. menſe Ianuario Ordines Hollandiæ & occidentalis Friſiæ Vltraiectenſiũ exẽplo Anglięq; Regis, vt videtur, conſilio cõmoti, ſua *Dominorũ* in *miniſtros* vſi potestate, ſimile fere quale ſupra Vltraiectinorũ ordinũ meminimus, pro reſarcienda tãdem Eccleſiarũ concordia, decretũ edidere

Editum porrò poſtmodum eſt hoc decretum munitum S. Scripturæ authoritate, & Conciliorum, *Antiquorum Patrum*, *Confeſſionum publicarum & recentiũ Doctorũ teſtimonijs.*

Poſt hæc etiam, Tranſyſulanæ prouinciæ ciuitates (aiunt Leydenſes pag. 24) turbare cœpit quorundam inconſulta temeritas,& ſuper ijſdem quæſtionibus non minus ſegniter æſtuatum. Quare & huius prouinciæ Rectores trãquillitatis publicę ſtudioſi in decretum deſcenderunt, in quo à feruidis illis & polemicis apud populum digladiationibus circa hæc ipſa capita abſtinere iuſſerunt ſuarũ ditionum paſtores.

Læti hanc ab ordinibus imperatam pacis moderationem excepère Remonſtrantes.

Quin & Leydenſes hic ſtatim ita eam cõmendant:& certè ſi quis præſentem cùm Reipub. tum Eccleſiæ in hiſce regionibus faciem intueri & patriæ Rectorũ,ac variantes quoque ſententijs, iudicijs, conſilijs, Eccleſiaſtarum animos obſeruare volet; fateri neceſſe habet,nullum idoneum magis compeſcẽdis primum conflictantium partium motibus, inde conciliandis ſenſim partibus remedium inueniri poſſe. Non tamen æquè Contra-Remonſtrantibus negotium illud placuit. Prodierunt enim aliquantò poſt aliquot libelli vulgari idiomate tacitis authorum nominibus,quibus & *veritas* ſe premi *conque-*

ritur

Digitized by Google

ritur & Chriſtiana modeſtaque declaratione oſtenditur, etiãſi compertum eſſet decretum illud Ordinum de componendis in religione diſſidijs,ad ineundam pacem eſſe percommodum,tamen à fidelibus populi miniſtris recipi nullo modo poſſe: Ordines de prophetijs iudicando,quod Prophetarum eſt ſibi arrogare,adeoque diuini eſſe ordinis perturbatores. Non eſſe magiſtratus circa Eccleſiaſtica leges condere,ſed à Deo latas cum Eccleſia tota recipere: inuolare in aliorũ iura Magiſtratum quoties moderationis formulas concipere aut ortas in Eccleſia coutrouerſias citra ſynodum componere in animũ inducit.

Libri præterea hoc anno editi ad me peruenere; *Sibrandi Lubberti Reſponſio ad pietatem Hugonis Grotii.*

Franequeræ.

Præmittit author libro epiſtolam ad Senatores Gelriæ &c. quam ſic auſpicatur: *Hugo Grotius nullo vnquam verbo à me læſus, ſcripſit in me declamationem plenam vanitatis & arrogantiæ; eam vocat pietatem Ordinum Hollandiæ. In hac totum Ordinem Eccleſiarum Belgicarum, presbyteria, claſſes, Synodos: omnes Eccleſiarum miniſtros & electiones illorum: totam denique rationem gubernandæ Eccleſiæ, & omnia iudicia Eccleſiaſtica, presbyteralia, Claſſicalia, Synodica, prout hactenus in Eccleſiis Belgicis exercita fuerunt petulanter perſtringit,* 1

atque

atque ita Vniuerſam Eccleſiam Belgicam per meum latus petit. In principio ſcribit me libertatem ſacra docendi paſſim exagitare, dominatum deſpicere & poteſtates conuitijs inceſſere. Vtramq; vero hanc accuſationem nihil aliud eſſe quàm vanam & inertem calummiam teſtantur mei libri &c. Tulit quoque Sibrando ſuppetias Ioannes Bogermannus Eccleſiaſtes Leouardienſis editis *Annotationibus in Hugonis Grotij Pietatem.* Has tamē Ordines Holl. diſtrahi per ditiones ſuas vetuerūt. Surrexit etiā pro Grotio Ioannes Arnoldus Leydenſis ciuitatis concionator & Reſponſionem ad iſtas Bogermanni Annotationes concinnauit. Cuius pars prima hoc anno, altera anno 1616. Lugduni Batauorum eſt edita.

Contra Vorſtium deniq; hoc anno Steinfurti libellus eſt editus hoc titulo: *Sorex Vorſtianus Hoc eſt D. Conradi Vorſtij Theologi Confeſſio De iuſtitia Dei, merito & ſatisfactione Chriſti, fide iuſtificante & hoc genus alijs. Ex autographis fideliter deſcripta, idque in hunc vſum, vt, num ille in ſinu foueat Socinianiſmum, cuius ex pijs lectoribus liquido appareat.*

Anno 1615. Cum iam Remonſtrantes à ſuis aduerſarijs de iniquis proceſsibus paſſim verbis et ſcriptis traducerentur, quaſi totius ſchiſmatis ipſi fons eſſent & origo, vt qui contenſiosè innouationē vrgerent doctrinæ martyrum ſanguine obſignatæ, quique ordini

dini

Digitized by Google

dini Eccleſiæ ſe fraudulenter ſubduxiſſent, &c. de quibus alijſque ſimilibus iniuſtis conatibus iam in Contra-Remonſtrantia initio Hagienſis Collationis exhibita & deinceps in alijs quoque libellis odioſè accuſati erant; pro ſui defenſione librum edidêre cum hoc titulo: *Preſſior dealaratio ſiue Narratio proceſſus omnis obſeruati à paſtoribus Eccleſiarum quos Remonſtrantes vocant, in diſſidijs iſtis Eccleſiaſticis vſque ad Annum 1612. Continens Neceſſariam ipſorum defenſionem aduerſus accuſationes Contra-Remõſtrantiæ libello comprehenſas. Ad illuſtres & præpotentes Ordines Hollandiæ & Vveſt-Friſiæ.*

Lugduni Batauorum.

Cœperunt hoc anno Amſterdamenſes ſolito ſeueriùs aduerſus Remonſtrantes inſurgere. Nam præterquam quod concionatores ſcriptis & concionibus acerrimè frequenter in eos declamarent, Simon quidã Goulardus Gebennenſis, cũ iam annis circiter tredecim Amſterdami Gallicæ Eccleſiæ egiſſet prædicantem, à Conſiſtorio fuit ab officio ſuſpenſus & à participatione Cænæ excluſus, eò quod pro Remonſtrantium ſententia concionem quandam inſtituiſſet.

Ibidem quoque hoc Anno vulgata eſt *Reſponſio ad tres quæſtiones*, quarum prima quærebatur: *An Ordinum moderatio poſſet ſaluâ conſcientiâ à miniſtris recipi & an conciliandæ paci ſit conueniens.* Subiungiturque reſponſio negatiua.

tiua. Primò, quia iſta moderatione eijciatur ex Eccleſia doctrina de prædeſtinatione quam paſtores populo ſubtrahere non poſſint; maximè cum nec Chriſtus nec Apoſtoli ita prædicauerint, vt ſuſpicionem abſurdæ doctrinæ per crudas conſequentias illatę, potuerint euadere. Secundò, quia dū decretum prohibet abſurdas illas ſententias doceri, ſtigma inuratur doctrinæ Contra-Remonſtrantium, quaſi verò illa eſſet huiuſmodi digna canterio. Tertiò, quia præcipiatur doceri falſum contra expreſſum Dei verbum; ſcilicet, hominem proprijs viribus ſibi iuſtificantem acquirere fidem. Si enim quæratur vnde vnus hominū habuerit, vt tanquam fidelis à Deo eligeretur ad gloriam, cum interim alter Deo eligenti ſit obiectus vt infidelis adeoque reprobatus, non poſſe Remonſtrantes reſpondere, initium, medium & finem ſalutis vnius, non naturalibus eius viribus, ſed ſoli puræ & impromeritæ diuinæ in Chriſto gratiæ adſcribi, quare dum hoc nihilominus doceri Ordines decernunt, contradictoria eos ſimul ſeruari præcipere. Non eſſe hoc decretum pacis conciliatiuum, ſic ibidem oſtēditur: Primò; quia vtraque pars liberè poterit ſuam docere ſententiam & ſimul negare ſe contra decreti formulam quippiam docuiſſe. Secundò, quia populus ſublimem iſtam verita-

veritatem iuxta Dei verbum edoctus eique tanquam ſalutari pabulo aſſuefactus non feret mutationem tantam ſibi obtrudi, quæretque conſcientiæ libertatem, pro qua hactenus pugnaſſe perhibetur. Nec putabit minus ſuos ſibi concedendos miniſtros, quàm Lutheranis ac varij generis Mennoniſtis ſine moleſtia miniſtri permittuntur. *Et qualis hinc,* ait pag. 21. *oritura ſit vnitas quilibet facile ſecum diſpiciet. Qualem quietem ac pacem doctrinæ iſtius (cuius in moderatione iſthac patrocinium ſuſcipitur) introductio cauſarit, Vltraiectina, Roterodamenſis, Alckmariana, Brielana, VVoerdana, Schonhouiana, Leydenſis & Hormana ciuitatum; pagorum quoque quorundam triſtia teſtantur exempla. Contra vero, num quod damnum aut diſſidium perſeuerantia in veteri reformatæ Eccleſiæ Orthodoxia dederit, tranquillæ nobis Eccleſiæ Zelandiæ, Friſiæ, Diœceſis Grœningenſis, Dorderacenſium quoque, Amſtelrodamenſiũ, Enchuſanorum, Schidamenſium, Edamenſium aliorumqúe manifeſtum faciunt. Si porro dein plebi prohibeatur ne doctores alios audiat, ne priuatim conuentus faciat, & ita deinceps; an non hoc ſit pugnaturum cum libertate acquiſita, quæ patriotis ac ciuibus magis eſt debita quam alijs, qui pro terra huius ſalute ne pedem quidem mutare ſuſtinent; & ſi tum nihilo ſegnius cœptis inſtiterint (vt ante ſub papatu factum eſt) an non oritura* inde

inde ſit conſciëntiarum violenta coactio & in proprios municipes indigenaſque tyrannica vexatio, ſecum quiſque seriò dijudicet. Tertiò vel ex eo quod in Academijs diſputationes permittuntur, inter ſtudioſos Theologos, ait orituras ſententiarum diſcrepantias, quas quo minus ipſi populo dein proponant, impediri non poſſe. Quartò, quia per hoc decretum non niſi de prędeſtinationis conciliando diſſidio proponatur; cum interim in pluribus ſit aliorum articulorum vel aperta vel ſuſpecta diſſenſio.

Secunda quæſtio eſt: *An igitur poßit Magiſtratus alium quendam moderationis conceptum formare, iuxta quem doctrinâ harum Eccleſiarum regulatâ, pax ijſdem poßit reſtitui.*

Reſpondet Primò, id non eſſe neceſſarium; ſufficere.n. ad hoc ſacras literas tāquam normam fidei, & Confeſſionem belgicam ac Catechiſmum Heidelbergenſem, tanquam vnitatis formulas. Secundò, nec poſſe fieri ſaluâ veritate. Huius enim & additionem & diminutionem mendacium generare. Et ſi ſemel falſitati locus aliquis detur, fore vt ſimilibus cauſis vrgentibus nunquam ſit moderandi finis, vt tandem ex toto labaſcat veritas; fidelium paſtorum eſſe, neutiquā iſtud permittere. Tertiò, neque id Magiſtratus officio fore conueniens, ſed abuſum conceſſæ ipſis poteſtatis, tū quia non niſi conformiter

Diui-

Diuinæ voluntati quilibet ſuperior debet imperare, in quo ſi deficiat, Deo magis eſſe obediendum, quàm homini; tum quia ſic Magiſtratus in alienũ inuolaret officiũ, & in Sãcta Dei intraret: Eccleſię enim regimen, quo ad doctrinæ ſanæ propoſitionem, paſtoribus & Eccleſiæ Epiſcopis commiſſum eſſe. Quartò, Conceptum huiuſmodi fore iniquum. Cum enim Contra-Remonſtrantes nihil ex antiqua doctrina innouandum contendant, omnem moderationem in eorum fore prę-iudicium ac in fauorem Remonſtrantium, qui ab antiqua doctrina receſſerunt, præſertim cùm ij teneant vtriuſque partis diſſidium non eſſe circa, ad ſalutem neceſſaria. Contra-Remonſtrantes verò ſuſtineant doctrinam Remonſtrantium ſaluo ſalutis fundamento, aut recipi aut doceri non poſſe.

Tertia quæſtio eſt: Quid ergo conſilij pro pacis reſtauratione capeſcendum? Reſpondet in promptu eſſe conſilium. Cum enim Remonſtrantes à vetere doctrina deſciuerint, quam tamen abſque ſalutis diſpendio teneri poſſe concedunt, cumque magnam politico magiſtratui in cauſis Eccleſiaſticis authoritatem tribuant; iubeatur, inquit, authoritate publicâ antiquis ſe miniſtris reconciliare ac receptis ſemel vnitatis formulis adhærere. Quod ſi recuſauerint, re ipſa eos fore con-

uictos inobedientiæ, ac vanè magiſtratui fuiſſe blanditos. Si verò contendant ſaltem vtile fore ſi vetus doctrina nõ nihil vel explicetur vel emendetur, Conuocetur, ait, pro hoc Nationalis ſynodus, eiuſq; iudicio Remonſtrantes ſponte ſe ſubmittant. quod ſi nolint, præfractæ contumaciæ obnoxios ſe oſtendent. &c.

Excepit has reſponſiones poſtmodum Ioannes Vtenbogardus editâ *Defenſione Reſolutionis præpotentium Dominorum ſtatuum.* Quam Mauritio Comiti dedicauit. Vbi authorem hunc & omnes generatim in illo Contra-Remonſtrantes acriter rebellionis arguit, qui iuſtiſsimo ſuorum ſuperiorum mandato obtemperare durâ ceruice contemnant. Probat quoque diuerſorum authorum teſtimonijs, à Contra-Remonſtrantibus Deum reuera authorem peccati conſtitui.

Eodem anno, in Iulio, Iacobus Triglandius concionator Amſtelredamenſis magiſtratui ſuæ vrbis obtulit librum cum hoc titulo: *Rectè moderatus Chriſtianus.* In quo (contra Ioannem La-Haye, qui eidẽ magiſtratui *Chriſtianũ moderatũ* obtulerat atq; in eodem ſupra dictam Ordinũ moderationẽ defenderat) probat, licet tolerandi & iterum parturiendi nonnunquam ſint ſimplicitate quadam ſeducti; tamen doctores falſos ſemper im-

impediendos eſſe, ne doceant; veritatis prædicationem tacere, in fauorem illorum qui falſa docent, non eſſe prudentis, ſed infidelis paſtoris, id nolle facere non eſſe pertinacis, ſed conſtantis, non quærentis hominibus placere, ſed Deo, eoſque qui huiuſmodi ſunt vel maximè veram pacem ſectari Probat ſua ex ſcripturis, argumentis item aduerſarij e S. Scriptura deprõptis, quod ſcilicet Apoſtolus Paulus omnibus omnia ſit factus, quod circumciderit Timotheum, quod ſe purificauerit, vt Nazareus, Reſpõdet Apoſtolum hoc feciſſe, non tamen obſeruanda eſſe tanquam ad ſalutem neceſſaria docuiſſe; feciſſe autem vt lucraretur infirmos in fide quod ſemper faciendum eſſe Romanorum decimoquarto ipſe docuerit. Moderationem tacendæ veritatis dicit eſſe diaboli technam, qua paulatim eandem conatur euertere, ſicut tentauit olim per Arrium in voce ὁμοούσιος, *Eodem* (inquit pag. 24.) *modo agitur hodierna die: Dauid-Ioriſtis, Franckiſtis, Cornhertiſtis, & alijs huiuſmodi libertinis non tanta cura eſt pax, licet de ea tam multum clamitent; quod ſatis blaſphemi eorum libri quibus Eccleſiam Dei & doctrinæ veritatem quotidie proſcindunt, hominumque multorum quietem perturbant, abundanter teſtantur. Verum quemadmodum ipſimet nullã in religione habent firmitatem, quin potius religione prorſus deſtituti (omnis enim religio nulla*

religio) ſalutẽ ſuã in vita politica ponũt; ſic etiã aliorũ hominũ corda ſecũ à religione conantur diſſoluere, in arena reponere, & in politico viuendi inſtituto fiduciam docere. Ita & illi, qui moderationem hodierno tempore tantopere ſtudent promouere, aliud nihil moliuntur, niſi vt per medium dictæ moderationis reformatam Eccleſiæ doctrinam, quæ ipſis aduerſatur, poſſint obſcurare; vt ita commodius opiniones ſuas introducant. Deinde ne quidem vel in eum finem moderationem eſſe adhibendam dicit, vt poſtea facilius veritas ſolidetur: *non enim*, inquit, *facienda ſunt mala vt eueniant bona.* Articulos autem ambigui & duplicis ſenſus cudere, vanum eſſe pacis, verum autem diſcordiæ remedium, probat ex Melanthone &c. Deinceps altera parte ex grauitate controuerſiarum oſtendit eas non poſſe componi. *Si* (inquit) *diligenter attendatur, comperiemus controuerſiam non conſiſtere ſolummodo in diuerſis explicationibus quorundam Sacræ Scripturæ locorum, ſed concernere præcipuos quoſdam Chriſtianæ doctrinæ articulos, quorum quidam quinque articulis* (diſputatis in collatione Hagenſi) *continentur: alij verò extra eos, verbi gratia, De peccato Originali, De ſatisfactione* CHRISTI, *De medio conſequendæ ſalutis, De perfectione hominis in hac vita, demum De attributis Diuinæ eſſentiæ, &c.*

Prodijt quoque hoc Anno *Diſſertatio Theologica*

logicâ de duabus quæſtionibus hoc tẽpore cõtrouerſis quarum prima eſt de Reconciliatione per mortem Chriſti impetrata omnibus ac ſingulis hominibus. Altera de electione ex fide præuiſa; Sermone primum inchoata poſtea vero ſcripto continuata, inter Guilielmum Ameſium Theologum Anglum & Nicolaum Greuinchouium Eccleſiaſtem Roterodamenſem, Roterodami.

Ediderat hanc diſſertationem prius Ameſius, ſed ita vt argumentis quibuſdam nouis pro ſe eam locupletaſſet, & fidelitatem eius Greuinchouius deſideraret; quare hic nunc genuinam ſe illam atque integram cùm reſponſionibus ad Ameſij inſtantias pollicetur. In epiſtola dedicatoria ad magiſtratum Roterodamenſem, & in præfatione ad lectorem Ameſium alioſque nonnullos Contra-Remonſtrantium anteſignanos & Fautores acriter perſtingit, & accuſationes eorum quaſdã aduerſus Remonſtrantes emiſſas tanquam calumnias refellit. Secuta eſt poſtea

Guilielmi Ameſii Reſcriptio ſcholaſtica & breuis ad Nicolai Greuinchouij Reſponſum illud prolixũ, quod oppoſuit diſſertationi, de redemptione generali & electione ex fide præuiſa.

Amſtelodami.

In præfatione ad Lectorem fidem ſuam defenſurus, Nicolai Greuinchouij cornua ita alijs cornibus incipit retondere: *Prodijt tibi nuper (Chriſtiane lector) Nicolai Greuinchouij ſcriptum reſponſorium poſtquam annos iam aliquot*

in amaritudine fellis bene quaſi maceratum ac digeſtum fuiſſet; quo certè libro ludos ille Taurios edidiſſe nobis videtur, vel venationis illius imaginē quæ in Hiſpania iam maximè viget, & agitatio Taurorum appellari ſolet: vbi ferox emittitur bellua, quæ nunc in vnum, nunc in alium vel agitatorum vel etiam aſtantium fertur, proſternens alios violentiâ, alios etiam mortifero cornu transfigens. Nam ſimili plane modo Hercules iſte noſter in hac verſatur arena, dum obuium quemq; non cornu quidem ſed linguâ tamen & dentibus petit, &c.

7 Hoc quoque anno Amſterdami è latino idiomate (quo ſuperiori anno Bremæ fuerāt excuſi) in belgicum verſi editi ſunt *Quatuor tractatus de perſeuerantia Sanctorum: in quibus ea defenditur præcipuè contra Petri Bertij librum de Apoſtaſia Sanctorum, per Ludouicum Crocium S. Theologiæ Doctorem & profeſſorem in ſchola Bremenſi.*

Contra hunc Bertius ſecundæ libri ſui editioni hoc anno *Hyperaſpiſten* ſeu protectorem adiecit.

8 Cuius pag. 220. ita texit coronidem: *Videor tandem ex nebulis in apricum protraxiſſe acumina illa diſtinctionum, quibus hactenus iacuit apud multos operta veritas? Quid enim aliud toto libro tuo agis, Ornatiſſime Croci, quā vt quem Deus dicit iuſtum, tu neges vnquam iuſtum fuiſſe? quod*

Deus

Deus ait poſſe fieri, tu neges? quod ille vocat deſerere, tu voces videri, ac proinde non deſerere? Quid autem in rerum natura tam certum aut clarum eſt, quod hac ratione non poſſit eludi? Oſtendi non conſtare te tibi, iniuſtè mihi hæreſin Arianâ peſtilentiorem abs te eſſe obiectam; nec me hic à Confeſſione belgica tot martyrum ſanguine firmata recedere, ſed te Bremæ ſub ſacri Imperij Aquila degentem recedere à Cõfeſſione Auguſtana. Oſtendi amplius tuis te iugulari axiomatibus; nec poſſe te de Apoſtaſia ſtatum vllum controuerſiæ formare, vel problema fingere, vel theſin conſtituere, vel titulum tractationi præfigendum ex arte concipere. Per ipſas quoque caligines ſequutus diſtinctionum tuarum ſecreta, protraxi in lucem operta illa minimè inter ſe cohærentia &c. Deinde dans Crocio conſilium prudentius veritatẽ inueſtigandi, poſt pauca ſubdit: *Cogita poſt hac antiquitatem, Hebræam, Græcam. Latinam, omnem. Vniuerſa enim quanta quanta eſt, ſtat pro me. Suggero quoque tibi, vt legas Eraſmi libros duos, oppoſitos Lutheri commentarijs de ſeruo arbitrio. Ceſſit illis Melanchthon; non erit tibi inhonorum ijſdem faſces ſubmittere. Lutherus certe ijs nunquam reſpondit, tametſi diu poſtea vixerit. Si ille (Deus bone quantus vir & quanti animi) cæpit ex eo de impetu remittere, Si Melanchthon palam recantauit; Si nos, imo ſi inter nos tã multi deſertâ priore ſententiâ, gloriã Deo dedimus; ne ſit*

mi Croci, pudori tibi agnoſcere bonum quod offertur, & tantum non in oculos ingeritur, &c. Demum ſubiūgit *Obſeruationes & theoremata de perſeuerantia Sanctorum ex Epiſtola Beati Pauli ad Hebæros.*

Acrius quoque hoc anno ſcriptum contra Iohannem Bogermannum edidit Caſparus Barlæus Collegij Theologici apud Leydenſes ſubregens, hoc titulo:

9 *Caſparis Barlæi Bogermannus* Ἐλεγχόμενος *Siue Examen Epiſtolæ dedicatoriæ quam ſuis ad pietatem illuſtrium Ordinum Holl. & Wveſtfriſiæ notis præfixit Ioannes Bogermānus Eccleſiaſtes Leouardienſis. In quo etiam crimina à Matthæo Slado impacta Eraſmo Roterodamo diluuntur.*

Lugduni Batau.

10 Arminius quoq; licet iam diu ſepultus, inquietatus eſt ſcripto quodam; cuius titulus: ***Theſium D. Iunij de diuina prædeſtinatione ab ipſo anno 1593. poſitarum vera repetitio; & eorū quæ ad eaſdem D. Arminius breuiter annotauit, in iiſq́; (vt inquit deſiderauit, compendiaria obſeruatio data à Cornelio Dungano Ad Ill. Nobiliſſ. Spectatiſſimosq́; Dominos deputatos Vtraiectinæ prouinciæ Ordines.***

Amſtelredami.

Quieuerat iam etiam annis aliquot, Hollandiæ Ordinum ſcilicet decreto tectus Ioannis Vtenbogardi Tractatus de officio Chriſtia-

Chriſtiani Magiſtratus in Eccleſiaſticis negotijs. Hic nunc ex Zelandia antagoniſtam accepit Antonium Waleum miniſtrum Medioburgenſem, edito libro cuius titulus: *Officium Miniſtrorum Eccleſiæ ſimulq; authoritas & cura quæ ſummo Magiſtratui in illos competat.* 11

Medioburgi.

Vorſtius hoc anno contra Matthæi Sladi Diſceptationis partes duas, duos item libros emiſit. In quibus ſuam *de vera Dei Immenſitate, Infinitate, Immutabilitate, Simplicitate ſententiam ab improbis Sladi calumnijs, conuitijs & Sophiſmatibus vindicat &c.* Goudæ. 12

Quid inter hæc Vincentius Drilenburgh ſe teſte θεοδίδακτος? An deſinit prophetare? Ecce tibi ab illo emiſſus Amſtelredami hoc anno *Chriſtianus Mercurius. Dialogus de æterna Dei prædeſtinatione Aduerſus Remonſtrantes, & Paſtores Vltraiectinos ſimulq; contra pontificios.* 13

Alia item quædam ſpiritu ſuo digna contra Catholicos hoc & ſequenti anno literis & picturis eructauit.

Anno 1616. cum iam multis in ciuitatibus, 1616
ſed præſertim Amſtelredami à prædicantibus exacerbati ciues Ordinum Moderationi locum dare recuſarent, nulluſque pene ſe à diſputationibus tam verbis quàm ſcriptis acrioribus, temperaret; Ordines Hollandiæ & VVeſtfriſiæ Hugonem Grotium ad Amſtelredamenſes ablegarunt. Qui 24. Aprilis

in ſenatu, ſemihoræ circiter ſpatio perorans, Ordinum nomine petijt, vt Magiſtratus pro Eccleſiarum pace & bono communi, non expectata Synodo, vigentes fidei controuerſias vnà cũ Ordinibus tractare, decernere & decreta executioni mandare vellet. Verum negatum id eſt Ordinibus, relatumque ipſis Senatus-conſultum, quo Conſules & Senatores ciuitatis Amſtelredamenſis declarant ſe cogitare religionem Chriſtianam defendere, cuius iam vltra 50. annos exercitium in iſtis regionibus fuerit; iudicare quoq; mutationẽ iſtius religionis abſq; legitima Synodo vel minimã, ſuæ Reip. noxiã fore &c. *Vide Smoutiũ contra Nicolaũ Greuinchouiũ, poſt præfationẽ.*

Scripta hoc & ſequenti anno, eaque odijs pluſquam vatinianis vt plurimùm refertiſſima, tot ſunt edita, vt colligere ea aut numerare omnia, ne dum legere, vix quiſquam ſufficiat. Præcipua huius anni quantum quidem mihi conſtat, ſunt hæc ſequentia.

I I *De Tolerãtia mutua tã Miniſtris quã populo, nõ obſtantibus diuerſis in doctrina ſententijs, cum charitate obſeruãda. Contra Iacobi Triglãdij (immerito nominatũ) Recte moderatũ Chriſtianum. Authore Iacobo Taurino Vltraiectenſis Eccleſiæ Miniſtro.* Vltraiecti.

Diuiſus eſt tractatus iſte in duas partes. In quarum priori oſtendere Author nititur, Triglandij cæterorumque Contra-Remonſtrantium

ſtrantium Intolerantiam è *diametro pugnare cum ſententia Sereniſſimi Regis Angliæ, D D. Caluini, Parei, Vvithakeri, Perkinſi, Iunij; cum Eccleſiis Gallicana & Palatina, cum Synodo Hollandiæ &c.* Quorum multos contendit ita contrarijs ſententijs diſsidere, vt iuxta Triglandij opinionem debeant pro damnatis & gehennæ incendio ſubiectis haberi. In poſteriori parte, Remonſtrantium ſententiam in quinque vulgatis articulis longè tolerabiliorem eſſe quã Contra-Remonſtrantiũ, defendit, nõ tamen tantũ eſſe diſcrimẽ, quin partes ſeſe mutuò tolerare in eadẽ Eccleſia valeant.

Verum contra hanc Taurini tolerãntiam mox, altera etiam parte nedum editâ, inſurrexerunt pro Triglandio, iam contra Vtenbogardũ occupato, defenſores duo pluresue. Nam prodijt primo Amſtelredami *Proba ſeu Exẽplar Mutuæ tolerãtiæ Iõis Vtenbogartij & Iacobi Taurini. Hoc eſt, Index variarũ felle & amaritudine repletarũ, inconuenientiumq́ calumniarum quibus doctrinam Eccleſiæ & probos eius Miniſtros turpiter traducunt. Deſumptus ex eorum ſcriptis quorum impromeriti ſunt tituli, vnius, Defenſio Reſolutionis; alterius, Mutua tolerantia. &c.*

Hunc Indicẽ ſecutus videtur alius liber, cuius titulus eſt: *Defenſio Rectè moderati Chriſtiani à Iacobo Triglãdio concinnati. contra fucatã Iacobi Taurini mutuam tolerantiã & intricatum eius ſuper ea librum Per fidelem quendam verbi Diuini Miniſtrum.* Amſtelredami,

Tautinus quoque contra rumores de nimia ſua acrimonia pullulantes, *Preſſiorem* edidit *declarationem quarundam phraſium in priori ſua parte vſurpatarum.* Ad Magiſtratum Amſtelredamenſem.

Vbi conqueritur librũ ſuũ (licet cum conſenſu Ordinum Vltraiectenſium editum) ab eodem Magiſtratu ciuibus eſſe prohibitum. Qua occaſione refert mendacia, calumnias & perfidas contumelias, quas non ipſe ſolum & Ioannes Vtenbogardus cæteriq́ue Remonſtrantes, ſed etiam Vtraiectinæ ciuitatis Rectores tam à prædicantibus Amſtelredamẽſibus in eorũ cõcionibus, præſertim à Plãcio, quàm à Vincentio Drielenborgh in canticis, rhytmis & libellis eius varijs perpeſsi iam dudum ſint: Vt ita oſtendat, non adeo mirandũ eſſe ſi paulo acrius contra eos proceſſerit.

Emiſerat idem ille Drielenborgh in fine ſuperioris anni (hoc quoq; anno iterum impreſſum) *Breue examen & Sententiam Ioannis Vtenbogardi ſuper tractatu quodam cuius titulus eſt: Defenſio Reſolutionis præpotentium Dominorum Statuum &c.*

Notauerat in eodem Examine *quaſdam graues* (vt loquitur) *blaſphemias & accuſationes* ex ſupradicto Vtenbogardi tractatu deſumptas.

Secuta deinde eſt *Neceſſaria defenſio Ioannis Vtenbogardi contra libellum grauium blaſphemiarum & accuſationum, &c.* Sed hic Vtenbogardus

gardus de ſtercore fætidi & putidi loci ſecreti, *id eſt, cordis ſui* (vt poſtea Drielenburgh ſe explicat) & ſimilibus phraſibus, adeoque cum ſtercore, ſcilicet cum Vincentio Drielenburgh, certans, ſiue victor ſiue victus, maculatus eſt. Nam aliquantò poſt editus eſt Amſtelredami; *Progreſſio & Exhibitio Vltraiectini Martyris Ioannis Vtenbogardi Qui, poſtquam Examen eius & conſequens inde ſententia breuiter eſſent propoſita, in theatrum Orbis terrarum progreſſus eſt perfrictâ fronte, cui pertinaciter inſculpta eſt ſuperſcriptio peruerſa ipſius Neceſſariæ defenſionis ſuper graues blaſphemias & accuſationes, quas contra Dei Eccleſiam admiſit; quorum Indicem ipſe libellũ nominat, ferens ſua ſuper pectus ſuũ priuilegia. Per Vincentiũ à Drielenburgh membrũ Eccleſiæ Dei, propter teſtimoniũ Ieſu Chriſti proſcriptũ ex ciuitate, vrbibus & ditionibus Vltraiectinis.*

Appellauerat Vincentium Vtenbogardus in ſua defenſione, prȩſumptum ſeu putatitiũ Vltraiectinũ Martyrem. Male hoc habebat hominẽ, qui nõ putatitius, ſed verus; nec Vltraiectinus, ſed diuinus ſeu cæleſtis voluit diuinæ veritatis Martyr ſeu teſtis appellari. Ideo iſtud, tanquam probroſum, nomen in authorẽ ſuũ regeſſit, eumque ita Vtraiectini martyris perſonam facit ſuſtinere, vt ipſe interim maledici morionis dextrè ſuſtineat.

Poſt has velitationes in Iulio Iacobus Triglandius librum edidit, quem intitulauit. *Defenſionem doctrinæ & honoris Reformatæ Ec-*

cleſia cõtra varias blaſphemias præſertim Ioãnis V-tenbogardi. In quo eũ de Sophiſticis amphibologijs, & violenter tortis expoſitionib. & imprimis, de teſtimonijs quorundam Doctorũ malâ fide citatis redarguit. Accuſauerat Vtẽbogardus Contra Remonſtrantes, duritiæ, inobedientiæ & ſeditionis, vt qui decretis Ordinũ nullatenus vellẽt acquieſcere. Triglãdius ex aduerſo Remonſtrantes de fraudulenta pacis ſimulatione, vt nimirũ ſub illo prætextu, ſectam ſuam ſtabiliant, arguit: Se ait ſaluâ conſciẽtiâ intermittere non poſſe, quin cõtra falſam Remonſtrantium doctrinam veritati patrocinium præſtet. Tractat latè de Prædeſtinatiòne & Reprobatione, de vocatione externa reproborum, de prouidentia Dei in malis, & neceſſitatione ad peccãdum, de ſtatu naturæ lapſæ, de gratia efficaci, de perſeuerãtia Sanctorũ, & ſalutis certitudine; deniq; de antiquitate iſtius ſuæ doctrinæ, & quomodò in Eccleſia doceri debeat. Reſpõdit paulò poſt Ioannes Vtenbogardus, *Clara* ſui *iuſtificatione* defendens ea loca in quorum citatione malæ ſidei à Triglandio inſimulatus fuerat.

Probatque multos eſſe inter Caluiniſtas qui cum magiſtro ſuo Caluino Deum reuera ſtatuunt peccati eſſe authorem, eumque abſolutè neceſsitare homines ad peccandum. Cõtra hunc quoque librum Triglandius pòſt, eodem

odem hoc anno, alium oppoſuit, cum hoc titulo: *Clara Demonſtratio, qualiter Iohannes Vtenbogardus nullatenus ſe purget in ſua nominata Clara Iuſtificatione &c. tractās præſertim de Neceßitatione ad peccata, deque Tolerantia mutua.*

Hunc iterum ſecutus eſt alius libellus, cuius auctor Gemmarium ſe nominat ciuitatis D *Materſalem* (id eſt, per anagramatiſmum *Amſtelredam*,) puerum ſe dicit octennem (Octo enim iam anni elapſi erant à regeneratione Vincenty Drielendurgh) eundem *qui lapidem philoſophicum, ſpiritualem, generalem & ſpecialem pridem inuenerat.*, Hoc eſt qui tragicam Babylonis comœdiam, ſcurrili prorſus & venenoſiſſimo ſcripto contra Romanum Pontificem, Catholicam Eccleſiam vniuerſam, & potentiſsimos Chriſtiani orbis Principes egregiè blaſphemus emiſerat: ibi enim huiuſmodi finxit lapidem ſuggerente aut (vt ipſe hic fatetur) *demonſtrante illo cuius ſolius is eſt proprius.* Quis ille? ὁ καλέμινΘ διάβολΘ, Apocalypſeos 12, verſu nono, *qui cum mendaciū loquitur, ex proprijs loquitur* Ioannis 8. verſu 44. Is ergo Idem auctor ingenti confidentiâ, hūc quem dixi libellum contra Ioannem Vtenbogardum dedit cum hoc titulo: *Spiritualis cāpanæ pulſus ſuper duplici propoſitione facta præcipuè ad Ioannem Vtenbogardū, eiusq; præcipuos commilitones, ad fautores quoq; eorum ac defenſores*

Qui dicitur calumniator.

ſores

ſores cæteroſque omnes Eccleſiæ Dei aduerſarios quo fundamentaliter & apertè demonſtratur, omnes illos nec Deum nec Chriſtum noſſe, neque vlla habere bona opera quæ Deo in Chriſto ſint accepta. Et infrà ſic: *cum priuilegio Actuum Apoſtolicorum cap.4.verſu* 19.*& cap.5.verſu* 29.(vbi datur nobis priuilegium Deo magis obediendum eſſe quàm hominibus) Atque vt lectori ſuam de victoria fiduciam oſtentet, quaſi de re bene geſta epinicium pro teſſera libello præfixit: ALLELVIA. In hoc libello poſt famoſum in Ioannem Vtenbogardum proœmium, arguit ex multis Scripturæ teſtimoniis, Deum omnia operari in omnibus, operationes etiam homicidarum & adulterorum; eſſe tamen omnia quę Deus facit valde bona, multa autem hominũ opera deteſtanda eſſe & mala coram Deo. Tandem prouocat omnes qui contra iſta aſſerere quid voluerint; Confeſsionem Belgicam & Catechiſmum Heidelbergenſem ſacræ Scripturæ conformia eſſe & per ſpiritum Sanctum ſcriptoribus inſpirata, tueri ſe ex Dei verbo velle recipit. Epilogi vice: *vniſquiſque*(inquit)*hiſce ſit præmonitus, ne vel Ioannem Vtenbogardum, vel ſententiæ eius adhærentes tanquam Chriſtiani Euangelij Doctores audiat, quam diu quidem in opinione ſua perſiſtunt. Ipſi enim* (*vt patet ex mendacibus eorum concionibus & libris, intra ſeptem præſertim aut octo abhinc annos auditis & viſis*) *verè*

verè iuſtificãtem fidem nec confitentur nec habent atque adeo neque Deum, neque Ieſum Chriſtum Dominum ac Saluatorem noſtrum nôrunt, &c.

Emiſit iterum iſte Vincentius hoc anno *Chriſtianum Mercurium*, duas ferentem epiſtolas, quas ipſe in ſuæ regenerationis principio anno ſcilicet 1608. ad Arminium & Vtenbogardum, tanquam ad veros Euãgelij præcones, dederat. In quibus quia nimium viſus eſt eos tunc commendaſſe, in quos nunc ita debacchatur, commentarios iis attexuit quibus laudes eorum in alium quàm verba ſonant, ſenſum torquet. 12

In ſumma triũphare videbatur & vincere noſter Vincentius, in calumniandi & cõtẽtioſo ſcribendi genere, omnes ſimul Remonſtrantes; donec ſimplici & apertâ veritate in certamen prodeunte; non nihil confuſus, de ſpiritu ſuo viſus eſt non parum remittere. Prodiit enim circa idẽ tempus

Clara declaratio conditionis Vincentij à Drielengborgh ex ipſiuſmet ſcriptis. Ex qua videre eſt quam verum ſit, quod ipſe ſupernis & cœleſtibus inſpirationibus & apocalypſibus à Deo ſit donatus, ac propter teſtimonium Ieſu Chriſti proſcriptus, per H. Pagium S. Theologiæ ſtudioſum. 13

Leydæ.

Examinat hic author modeſtè & patienter omnia quæ de ſe glorioſiſsimè Vincentius iactare ſolebat, ac ſolidè ſatis refutat ſin-

gula Malam quoque Vincentij fidem in qui-
buſdam apertè demonſtrat. Quare Vincen-
tius in hoc certaminis genere non verſatus,
vtpote in quo obiectũ exercendæ ſuę veſanię
non reperiret, mox *Dialogũ* emittit *inter Fre-
dericũ & Theodorum de quibuſdam ſcriptis Vin-
centij Drielengburch contra Ioannem Vtenbo-
gaert* &c. Vbi multa quæ contra Ioannẽ Vtẽ-
bogardum & cæteros Remõſtrantes ad ſpe-
ciem contumelioſiſsimè & mendaciſsimè
ſcripſerat, in mitiorem ſenſum trahit & cõ-
modius explicat. Prædictum tamen H. Pa-
lium tanquam Vtenbogardi pediſſequum,
quaſi contemptim, nonnihil ſugillat, tanquã
qui non ſit operæ pretium reſpondere. Ita
hunc aduerſarium declinauit.
Edidit quoque circa hæc tempora Ioan-
nes Vtenbogardus *Epiſtolam quandam* (quam
vocat *Auream*) *Martini Buceri in qua docetur
quis ſit hæreticus, & quouſque Chriſtiana com-
municatio cum diſsidentibus ſeruanda ſit. Cum
præfatione ad Magiſtratum Hagenſem.*
Huic Epiſtolæ mox oppoſitæ ſunt *Tres E-
piſtole Aurea Ioannis Vtenbogardi. Quibus quon-
dam amatores aliquos Euangelica veritatis &
membra Eccleſiæ Chriſti Vltraiectina ad con-
ſtantiam in ſuſcepta doctrina & communi ordina-
tione hortatus fuit &c.*
Ordinatum quoque eſt *Antidotum, contra
ſpecioſum Ioannis Vtenbogardi pharmacum*
quod

quod Moderatio dicitur. Per Galenum Philaletium.

Nondum hoc anno ſatis defenſus videbatur Sibrandus Lubberti. Quare Franciæ in Friſia edita eſt, *Godefredi Sopingij Apologetica Reſponſio ad libellum anonymum qui vocatur Bona fides Sibrandi Lubberti. & ad Hugonis Grotij pietatem.* Summam libri Author hanc ponit. 18

1. Abſterguntur multæ calumniæ falsò Clariſsimo illi viro Sibrando Lubberto impactæ. 2. Articuli quinque in Hollandia controuerſi ex Philippo Melanthone & Patribus excutiuntur, Quorum etiã loca à Grotio in Pietate ſua allegata, à corruptelis vindicatur 3. Ordo Eccleſiarum Belgicarum contra Grotium & alios confirmatur.

Contra Hũc authorem & alios plus ſatis hoſtiles prodijt *Caſpari Barlæi* Subregentis in Collegio Theologico Leydæ, *Diſſertatiuncula; in qua aliquot Patriæ Theologorum & Eccleſiaſtarum male ſana conſilia & ſtudia iuſta orationis libertate reprehenduntur.* Ait pag. 4. eſſe in Belgij iſto tractu *viros prædicatorij ordinis, vocales plus ſatis, qui ad ſcribendos ſalutiferos libros inepti, ad prædicandã Chriſti ſapientiã elingues, tamen ad obtrectandum cum Magiſtratibus tũ diſſentientibus circa res religionis ſymmyſtis diſerti ſunt & copioſi* Pag. 5. addit: *Si templa aliquot Hollãdiæ peragrare libeat, Theolog. quã plurimos in ſpermologos, cõcionatores, in cõuitiatores, pacis præcones, in factionum principes & ſchiſmatis facinudã* 19

in ſenatu, ſemihoræ circiter ſpatio perorans, Ordinum nomine petijt, vt Magiſtratus pro Eccleſiarum pace & bono communi, non expectata Synodo, vigentes fidei controuerſias vnà cũ Ordinibus tractare, decernere & decreta executioni mandare vellet. Verum negatum id eſt Ordinibus, relatumque ipſis Senatus-conſultum, quo Conſules & Senatores ciuitatis Amſtelredamenſis declarant ſe cogitare religionem Chriſtianam defendere, cuius iam vltra 50. annos exercitium in iſtis regionibus fuerit; iudicare quoq; mutationẽ iſtius religionis abſq; legitima Synodo vel minimã, ſuæ Reip. noxiã fore &c. *Vide Smoutiũ contra Nicolaũ Greuinchouiũ, poſt præfationẽ.*

Scripta hoc & ſequenti anno, eaque odijs plusquam vatinianis vt plurimùm refertiſſima, tot ſunt edita, vt colligere ea aut numerare omnia, ne dum legere, vix quiſquam ſufficiat. Præcipua huius anni quantum quidem mihi conſtat, ſunt hæc ſequentia.

I I *De Tolerãtia mutua tã Miniſtris quã populo, nõ obſtantibus diuerſis in doctrina ſententijs, cum charitate obſeruãda. Contra Iacobi Triglãdij (immerito nominatũ) Recte moderatũ Chriſtianum. Authore Iacobo Taurino Vltraiectenſis Eccleſiæ Miniſtro.* Vltraiecti.

Diuiſus eſt tractatus iſte in duas partes. In quarum priori oſtendere Author nititur, Triglandij cæterorumque Contra-Remonſtrantium

ſtrantium Intolerantiam è *diametro pugnare cum ſententia Sereniſſimi Regis Angliæ,* D D. *Caluini, Parei, Vvithakeri, Perkinſi, Iunij; cum Eccleſiis Gallicana & Palatina, cum Synodo Hollandiæ &c.* Quorum multos contendit ita contrarijs ſententijs diſsidere, vt iuxta Triglandij opinionem debeant pro damnatis & gehennæ incendio ſubiectis haberi. In poſteriori parte, Remonſtrantium ſententiam in quinque vulgatis articulis longè tolerabiliorem eſſe quã Contra-Remonſtrantiũ, defendit, nõ tamen tantũ eſſe diſcrimẽ, quin partes ſeſe mutuò tolerare in eadẽ Eccleſia valeant.

Verum contra hanc Taurini tolerãntiam mox, altera etiam parte nedum editâ, inſurrexerunt pro Triglandio, iam contra Vtenbogardũ occupato, defenſores duo pluresue. Nam prodijt primo Amſtelredami *Proba ſeu Exẽplar Mutuæ tolerãtiæ Iõis Vtenbogartij & Iacobi Taurini. Hoc eſt, Index variarũ felle & amaritudine repletarũ, inconuenientiumq; calumniarum quibus doctrinam Eccleſiæ & probos eius Miniſtros turpiter traducunt. Deſumptus ex eorum ſcriptis quorum impromeriti ſunt tituli, vnius, Defenſio Reſolutionis; alterius, Mutua tolerantia. &c.*

Hunc Indicẽ ſecutus videtur alius liber, cuius titulus eſt: *Defenſio Rectè moderati Chriſtiani à Iacobo Triglãdio concinnati. contra fucatã Iacobi Taurini mutuam tolerantiã & intricatum eius ſuper ea librum Per fidelem quendam verbi Diuini Miniſtrum.* Amſtelredami.

Tautinus quoque contra rumores de nimia ſua acrimonia pullulantes, *Preſſiorem* edidit *declarationem quarundam phraſium in priori ſua parte vſurpatarum.* Ad Magiſtratum Amſtelredamenſem.

Vbi conqueritur librũ ſuũ (licet cum conſenſu Ordinum Vltraiectenſium editum) ab eodem Magiſtratu ciuibus eſſe prohibitum. Qua occaſione refert mendacia, calumnias & perfidas contumelias, quas non ipſe ſolum & Ioannes Vtenbogardus cæteriq́ue Remonſtrantes, ſed etiam Vtraiectinæ ciuitatis Rectores tam à prædicantibus Amſtelredamẽſibus in eorũ cõcionibus, præſertim à Plãcio, quàm à Vincentio Drielenborgh in canticis, rhytmis & libellis eius varijs perpeſsi iam dudum ſint; Vt ita oſtendat, non adeo mirandũ eſſe ſi paulo acrius contra eos proceſſerit.

Emiſerat idem ille Drielenborgh in fine ſuperioris anni (hoc quoq; anno iterum impreſſum) *Breue examen & Sententiam Ioannis Vtenbogardi ſuper tractatu quodam cuius titulus eſt: Defenſio Reſolutionis prapotentium Dominorum Statuum &c.*

Notauerat in eodem Examine *quaſdam graues* (vt loquitur) *blaſphemias & accuſationes* ex ſupradicto Vtenbogardi tractatu deſumptas.

Secuta deinde eſt *Neceſſaria defenſio Ioannis Vtenbogardi contra libellum grauium blaſphemiarum & accuſationum, &c.* Sed hic Vtenbogardus

gardus de ſtercore fætidi & putidi loci ſecreti, *id eſt, cordis ſui* (vt poſtea Drielenburgh ſe explicat) & ſimilibus phraſibus, adeoque cum ſtercore, ſcilicet cum Vincentio Drielenburgh, certans, ſiue victor ſiue victus, maculatus eſt. Nam aliquantò poſt editus eſt Amſtelredami; *Progreſſio & Exhibitio Vltraiectini Martyris Ioannis Vtenbogardi. Qui, poſtquam Examen eius & conſequens inde ſententia breuiter eſſent propoſita, in theatrum Orbis terrarum progreſſus eſt perfrictâ fronte, cui pertinaciter inſculpta eſt ſuperſcriptio peruerſa ipſius Neceſſariæ defenſionis ſuper graues blaſphemias & accuſationes, quas contra Dei Eccleſiam admiſit; quorum Indicem ipſe libellũ nominat, ferens ſua ſuper pectus ſuũ priuilegia. Per Vincentiũ à Drielenburgh membrũ Eccleſiæ Dei, propter teſtimoniũ Ieſu Chriſti proſcriptũ ex ciuitate, vrbibus & ditionibus Vltraiectinis.*

Appellauerat Vincentium Vtenbogardus in ſua defenſione, præſumptum ſeu putatitiũ Vltraiectinũ Martyrem. Male hoc habebat hominẽ, qui nõ putatitius, ſed verus; nec Vltraiectinus, ſed diuinus ſeu cæleſtis voluit diuinæ veritatis Martyr ſeu teſtis appellari. Ideo iſtud, tanquam probroſum, nomen in authorẽ ſuũ regeſſit, eumque ita Vtraiectini martyris perſonam facit ſuſtinere, vt ipſe interim maledici morionis dextrè ſuſtineat.

Poſt has velitationes in Iulio Iacobus Triglandius librum edidit, quem intitulauit. *Defenſionem doctrinæ & honoris Reformatæ Ec-*

cleſiæ

cleſia cõtra varias blaſphemias præſertim Ioãnis Vtenbogardi. In quo eũ de Sophiſticis amphibologijs, & violenter tortis expoſitionib. & imprimis, de teſtimonijs quorundam Doctorũ malâ fide citatis redarguit. Accuſauerat Vtẽbogardus Contra Remonſtrantes, duritiæ, inobedientiæ & ſeditionis, vt qui decretis Ordinũ nullatenus vellẽt acquieſcere. Trigl ãdius ex aduerſo Remonſtrantes de fraudulenta pacis ſimulatione, vt nimirũ ſub illo prætextu, ſectam ſuam ſtabiliant, arguit: Se ait ſaluâ conſciẽtiâ intermittere non poſſe, quin cõtra falſam Remonſtrantium doctrinam veritati patrocinium præſtet. Tractat latè de Prædeſtinatione & Reprobatione, de vocatione externa reproborum, de prouidentia Dei in malis, & neceſſitatione ad peccãdum, de ſtatu naturæ lapſæ, de gratia efficaci, de perſeuerãtia Sanctorũ, & ſalutis certitudine; deniq; de antiquitate iſtius ſuæ doctrinæ, & quomodò in Eccleſia doceri debeat. Reſpõdit paulò poſt Ioannes Vtenbogardus, *Clara* ſui *iuſtificatione* defendens ea loca in quorum citatione malæ fidei à Triglandio inſimulatus fuerat.

Probatque multos eſſe inter Caluiniſtas qui cum magiſtro ſuo Caluino Deum reuera ſtatuunt peccati eſſe authorem, eumque abſolutè neceſsitare homines ad peccandum. Cõtra hunc quoque librum Triglandius pòſt, eodem

odem hoc anno, alium oppoſuit, cum hoc titulo: *Clara Demonſtratio, qualiter Iohannes Vtenbogardus nullatenus ſe purget in ſua nominata Clara Iuſtificatione &c. tractãs præſertim de Neceßitatione ad peccata, deque Tolerantia mutua.*

Hunc iterum ſecutus eſt alius libellus, cuius auctor Gemmarium ſe nominat ciuitatis *D Materſalem* (id eſt, per anagramatiſmum *Amſtelredam*,) puerum ſe dicit octennem (Octo enim iam anni elapſi erant à regeneratione Vincenty Drielendurgh) eundem *qui lapidem philoſophicum, ſpiritualem, generalem & ſpecialem pridem inuenerat.*, Hoc eſt qui tragicam Babylonis comædiam, ſcurrili prorſus & venenoſiſſimo ſcripto contra Romanum Pontificem, Catholicam Eccleſiam vniuerſam, & potentiſsimos Chriſtiani orbis Principes egregiè blaſphemus emiſerat: ibi enim huiuſmodi finxit lapidem ſuggerente aut (vt ipſe hic fatetur) *demonſtrante illo cuius ſolius is eſt proprius.* Quis ille? ὁ κακλέμιν© διάβολ©, Apocalypſeos 12. verſu nono, *qui cum mendaciũ loquitur, ex proprijs loquitur* Ioannis 8. verſu 44. Is ergo Idem auctor ingenti confidentiâ, hũc quem dixi libellum contra Ioannem Vtenbogardum dedit cum hoc titulo: *Spiritualis cãpanæ pulſus ſuper duplici propoſitione facta præcipuè ad Ioannem Vtenbogardũ, eiusq; præcipuos commilitones, ad fautores quoq; eorum ac defenſores*

Qui dicitur calumniator.

ſores cæteroſque omnes Eccleſiæ Dei aduerſarios quo fundamentaliter & apertè demonſtratur, omnes illos nec Deum nec Chriſtum noſſe, neque vlla habere bona opera quæ Deo in Chriſto ſint accepta. Et infrà ſic: *cum priuilegio Actuum Apoſtolicorum cap.4.verſu* 19.*& cap.*5.*verſu* 29.(vbi datur nobis priuilegium Deo magis obediendum eſſe quàm hominibus) Atque vt lectori ſuam de victoria fiduciam oſtentet, quaſi de re bene geſta epinicium pro teſſera libello præfixit: ALLELVIA. In hoc libello poſt famoſum in Ioannem Vtenbogardum prooemium, arguit ex multis Scripturæ teſtimoniis, Deum omnia operari in omnibus; operationes etiam homicidarum & adulterorum; eſſe tamen omnia quę Deus facit valde bona, multa autem hominū opera deteſtanda eſſe & mala coram Deo. Tandem prouocat omnes qui contra iſta aſſerere quid voluerint; Confeſsionem Belgicam & Catechiſmum Heidelbergenſem ſacræ Scripturæ conformia eſſe & per ſpiritum Sanctum ſcriptoribus inſpirata, tueri ſe ex Dei verbo velle recipit. Epilogi vice: *vniſquiſque*(inquit)*hiſce ſit præmonitus, ne vel Ioannem Vtenbogardum, vel ſententiæ eius adhærentes tanquam Chriſtiani Euangelij Doctores audiat, quam diu quidem in opinione ſua perſiſtunt. Ipſi enim (vt patet ex mendacibus eorum concionibus & libris, intra ſeptem præſertim aut octo abhinc annos auditis & viſis) verè*

verè iuſtificãtem fidem nec confitentur nec habent atque adeo neque Deum, neque Ieſum Chriſtum Dominum ac Saluatorem noſtrum nôrunt, &c.

Emiſit iterum iſte Vincentius hoc anno 12
Chriſtianum Mercurium, duas ferentem epiſtolas, quas ipſe in ſuæ regenerationis principio anno ſcilicet 1608. ad Arminium & Vtenbogardum, tanquam ad veros Euãgelij præcones, dederat. In quibus quia nimium viſus eſt eos tunc commendaſſe, in quos nunc ita debacchatur, commentarios iis attexuit quibus laudes eorum in alium quàm verba ſonant, ſenſum torquet.

In ſumma triũphare videbatur & vincere noſter Vincentius, in calumniandi & contẽtioſo ſcribendi genere, omnes ſimul Remonſtrantes; donec ſimplici & apertâ veritate in certamen prodeunte; non nihil confuſus, de ſpiritu ſuo viſus eſt non parum remittere. Prodiit enim circa idẽ tempus

Clara declaratio conditionis Vincentij à Drie- 13
lengborgh ex ipſiuſmet ſcriptis. Ex qua videre eſt quam verum ſit, quod ipſe ſupernis & cœleſtibus inſpirationibus & apocalypſibus à Deo ſit donatus, ac propter teſtimonium Ieſu Chriſti proſcriptus, per H. Pagium S. Theologiæ ſtudioſum.

Leydæ.

Examinat hic author modeſtè & patienter omnia quæ de ſe glorioſiſsimè Vincentius iactare ſolebat, ac ſolidè ſatis refutat ſin-

gula Malam quoque Vincentij fidem in quibuſdam apertè demonſtrat. Quare Vincentius in hoc certaminis genere non verſatus, vtpote in quo obiectũ exercendæ ſuę veſanię non reperiret, mox *Dialogũ* emittit *inter Fredericũ & Theodorum de quibuſdam ſcriptis Vincentij Drielengburch contra Ioannem Vtenbogaert* &c. Vbi multa quæ contra Ioannẽ Vtẽbogardum & cæteros Remõſtrantes ad ſpeciem contumelioſiſsimè & mendaciſsimè ſcripſerat, in mitiorem ſenſum trahit & cõmodius explicat. Prædictum tamen H. Pagium tanquam Vtenbogardi pediſſequum, quaſi contemptim, nonnihil ſugillat, tanquã cui non ſit operæ pretium reſpondere. Ita hunc aduerſarium declinauit.

14

15 Edidit quoque circa hæc tempora Ioannes Vtenbogardus *Epiſtolam quandam* (quam vocat *Auream*) *Martini Buceri in qua docetur quis ſit hæreticus, & quouſque Chriſtiana communicatio cum diſsidentibus ſeruanda ſit. Cum præfatione ad Magiſtratum Hagenſem.*

16 Huic Epiſtolæ mox oppoſitæ ſunt *Tres Epiſtolæ Aureæ Ioannis Vtenbogardi. Quibus quondam amatores aliquos Euangelicæ veritatis & membra Eccleſiæ Chriſti Vltraiectinæ ad conſtantiam in ſuſcepta doctrina & communi ordinatione hortatus fuit &c.*

17 Ordinatum quoque eſt *Antidotum, contra pernicioſum Ioannis Vtenbogardi pharmacum* *quod*

quod Moderatio dicitur. Per Galenum Philaletium.

Nondum hoc anno ſatis defenſus videbatur Sibrandus Lubberti. Quare Franciæ in Friſia edita eſt, *Godefredi Sopingij Apologetica Reſponſio ad libellum anonymum qui vocatur* Bona *fides Sibrandi Lubberti. & ad Hugonis Grotij pietatem.* Summam libri Author hanc ponit: 18
1. Abſterguntur multa calumniæ falsò Clariſſimo illi viro Sibrando Lubberto impactæ. 2. Articuli quinque in Hollandia controuerſi ex Philippo Melanthone & Patribus excutiuntur, Quorum etiã loca à Grotio in Pietate ſua allegata, à corruptelis vindicatur 3. Ordo Eccleſiarum Belgicarum contra Grotium & alios confirmatur.

Contra Hũc authorem & alios plus ſatis hoſtiles prodijt *Caſpari Barlæi* Subregentis in Collegio Theologico Leydæ, *Diſſertatiuncula; in qua aliquot Patriæ Theologorum & Eccleſiaſtarum male ſana conſilia & ſtudia iuſta orationis libertate reprehenduntur.* Ait pag. 4. eſſe in Belgij iſto tractu *viros prædicatorij ordinis, vocales plus ſatis, qui ad ſcribendos ſalutiferos libros inepti, ad prædicandã Chriſti ſapientiã elingues, tamen ad obtrectandum cum Magiſtratibus iũ diſſentientibus circa res religionis ſymmyſtis diſerti ſunt & copioſi* Pag. 5. addit: *Si templa aliquot Hollãdiæ peragrare libeat, Theolog. quã plurimos in ſpermologos, cõcionatores, in cõuitiatores, pacis præcones, in factionum principes & ſchiſmatis facinudã* 19

 ebuc-

ebuccinatores traſformatos mirabere,nec tam reformata amplius quam peſſimis aliquorum moribus deformatæ religionis antiſtites eſſe iurabis. &c.

Translatus eſt poſtmodum hic libellus in Belgicum idioma:atque ita aptior redditus quem Vincentius Drielenburch exagitaret.
20 Quare is contra illum in fine huius anni *verè ſpiritualem* emiſit *equitem* &c.In quo ſuo more ſibi placet.Atq; in fine frigida captata occaſione,omnium ferè à ſe ſcriptorum catalogum recenſet.

Pro Contra-Remonſtrantium inobediētia circa moderationē,ab Ordinib. ipſis præſcriptam,defendenda,editus quoq; Amſtel-
21 redami eſt libellus *Euſebij Montani*,de authoritate Magiſtratus. Vbi defenditur,licere inferiori magiſtratui,pro defendenda auita religione, ſuperiori eam turbare volenti reſiſtere &c.

22 Ibidem formatus ab aliquo prodijt *Status præcipuarum quæſtionum & controuerſiarum nūc inter Remonſtrantes & Cōtra-Remonſtrantes vigentium.* Sed nō placuit Remōſtrantibus iſta quæſtionum computatio. Quare mox Hagæ
23 emiſſa eſt *Cautela contra malitioſum & falſum ſcriptum nunc recenter Amſtelredami editū cum titulo ſtatus præcipuarum quæſt.*&c.

Amſtelredami quoq; iterum explicatum
24 eſt *caput nonum Epiſtola ad Romanos.per Theodorum Scabalie.*

Leydæ,

Leydæ edita *Richardi Thomſonis Angli Diatriba de Amiſſione & intercisione Gratiæ & Iuſtificationis.* Vbi acriter Remonſtrātium ſententia defenditur. 25

Harderuici; *Tapeinophroſynes Dialogi duo* pro Caluini de prædeſtinatione ſententia, *per Ioannem Vrbanum paſtorem Hattemenſem.* Contra hunc Goudæ impreſſa eſt *Temeritas re-* 26
calcitrans ſiue dialogus inter ſanam Rationem & ſtultam Temeritatem. Per Marcum Gualterum Scholæ Campenſis Rectorem. 27

Hoc eodem Anno Gaudanus quidam cōcionator H. Herberts dictus, pro cauſa Remonſtrantium *breuem & claram demonſtrationem* edidit; qui libellus tā fuit auidè diſtractus, vt intra quatuor menſium ſpatium iterū fuerit incuſus. In prologo vtilē probat de prædeſtinatione diſputationē, modo abſque ſchiſmate peragatur, *ſicut factū inter primos Reformationis auctores, & ſicut modo fit,* inquit, *inter Papiſtas, præſertim cum iſthac controtrouerſia, in nullo vnquā Concilio, imo nec in Catechiſmo aut Confeſſione ſatis ſit deciſa:* itaq; male eos agere, qui ſub interminatione ſchiſmatis, aut neſsitate ſalutis alterā partē vrgent: antiquitatem ſententiæ ſuæ ad Apoſtolorū vſq; tempora deriuat, Lutherum & Melanthonē licet nō in iuuenili calore, quo rapti aliquādo excesserint; ſaltē in matura ætate ſibi conſenſiſſe. Denique deciſionem alicuius Con-

cilij ſe quidem ait non ſubterfugere, nec tamen eidem multum confidere, tum quia optima quæque Concilia excepto Apoſtolorum, in quibuſdã errauerint; tũ quia plura Concilia fuêre ſimpliciter mala quã bona: Itaque iuxta Confeſsionis Belgicæ articulũ ſeptimum, ſcripturam ſolam ſtatuendam eſſe regulam omnium: ita nimirũ vt ea reformet Concilia, antiquitates, cõſuetudines, multitudinem, ſapientiã ac iudicia hominum. Tractatus eius quatuor conſtat capitibus, Sacræ Scripturæ teſtimonijs confertiſsimis, quibus primò probare nititur, Deum ſaluare velle omnes, ſed ſub conditione *ſi credant*, & ſub eadem conditione ſaluandos prędeſtinaſſe; cæteros *ob infidelitatem* reprobaſſe. Secũdò Chriſtum eſſe mortuũ pro omnibus etiam reprobis ita vt nemo ſalutem cõſequatur, niſi credat. Tertiò, neminem eſſe Deo acceptum, niſi per gratiam præuenientem, concomitantem, & ſubſequentem; hanc tamen gratiam non ita operari quin homo eidem poſſit diſſentire; hoc autem fieri in peccatoribus, quibus ſufficientem Deus gratiam offerat. Quartò, iuſtos poſſe à gratia excidere atque adeo ſalutem perdere: idque ſæpe eſſe factum.

Harderuici quoque hoc anno *Tractatus prodijt de iuribus Eccleſiæ Chriſti, & Magiſtratus in Eccleſiaſticis* contra Ioannem Vtenbogardũ *&c. per Ellardũ à Meben Miniſtrũ Harderuicenũ.*

Circa

Circa finem eiuſdē anni VVilhelmus quidā Teelingius Concionator Medioburgenſis in Zelandia librum iuſtæ magnitudinis in quarto, idiomate etiā Belgico, emiſit, quē *Eubulum* nuncupauit: tractatque in eo de diuerſis conſiderationibus ſuper præſenti ſtatu Chriſtianæ ſuæ & ſuorū Eccleſiæ; ſimulque fidelem conatur tradere inſtructionem, iuxta quam obortæ inter ſuos difficultates componi optimè poſsint. Huic & authori & libro Remonſtrantes Leydenſes (licet in ijs, quas narramus, diſsidijs, aduerſarij) in citata ſæpe Epiſtola ſua ad Paſtores externos, pag. 52. huiuſmodi dant teſtimonium: *Hæc* (eſt) *ſententia VVilhelmi Teelingij Eccleſiaſtæ Medioburgenſis, quo non alium aut eruditione aut pietate priorem habet claſsis VValachriana. Is nupero ſcripto, in quo multa eruditè & piè pro pace Eccleſiarum diſſerit, ſex fidei capita eſſe docuit, &c.* Summa libri hæc eſt. Cauſam tanti mali eſſe peccata, quia ſcilicet primam charitatem reliquerint, quod ita ſe habere oſtendit capite nono acerbe & recenſens & redarguens publica quam plurima vitia. Ideoq; primum generale pacis & concordiæ reſtaurandæ remedium dicit eſſe morum in republica emēdationem: Tum quomodo ea commodiſsimè inſtitui & poſsit & debeat, edocet Totius reformationis vnicā normam & regulā adhibendam eſſe ſcripturam ſacrā. Idcirco ne-

minem debere vel ſuo cerebro aut inuentis proprijs, vel patribus, vel hominum decretis locum aliquem in hac reformatione concedere. Dein particulare remedium trimembre præſcribit, conuictionem veritatis in articulis fidei cōtrouerſis, perſuaſionē charitatis in mutua tolerantia, corporalē coactionē, per auctoritatē Magiſtratus, aduerſus pertinaces. Primū dicit eſſe ex ſcripturis ſolis poſſibile, ſaltē in præcipuis articulis ad ſalutē neceſſarijs. Sicubi autē deficit hæc ſcripturæ claritas, ibi adhibendum eſſe ſecundum remedium, quamdiu illud prodeſſe Eccleſiæ poteſt: non tamen tolerantiam aliquorum dogmatum vſurpandam, niſi communi totius Eccleſiæ cōſenſu; ideo, vt de eo conſtet, ſynodum nationalem eſſe neceſſariam. Ad tertium ſuo tempore & loco adhibēdum, Magiſtratum teneri; per illud non cogi conſcientias, ſed vtile eſſe quibuſdam vt cogātur ad media per quæ poſsit eorū voluntas inclinari ad veritatē: Eccleſiam item poſſe contra Magiſtratus volūtatem ſpiritualibus clauium armis veritatem propugnare. Magiſtratū verò, ſicut nec quēquam aliū, teneri Eccleſiæ iudicium recipere niſi, poſt diligens examen, illud ſacræ ſcripturæ conſonum eſſe iudicauerit. Tractat re uera hæc latiſſimè & quantum reformationis fundamenta ſinunt exactiſſimè neq; quas ob eorundem fundamentorum debilitatem patiatur

tiatur anguſtias,ita vt alij ſolent,diſsimulat. Attamē,quid præconceptum contra veritatis defenſores valeat ad cæcitatem odium, ſuo ipſe exemplo nō obſcurus teſtis eſt, vbicunque contra Eccleſiæ Catholicæ veritatē conatur fruſtra, vt ſuo nos infra loco videbimus. Cum illo euim ob materiæ quā tractamus ſimilitudinē, pro rimanda veritate præcæteris nobis erit conſultādū. Det ipſi Deus odium abijcere & veritatem quærere.

Eodē anno typis expreſſa eſt tabula quædam,in qua,prolatis teſtimonijs ex Caluino, Beza ac præcipuis Contra-Remonſtrantium anteſignanis, oppoſitiſque in contrarium S. Scripturæ teſtimonijs , oſtenditur Contra-Remonſtrantes contra verbum Dei,tria iſthæc ab ordinibus vetita puncta vere profiteri ac credere, ſcilicet *Deum quoſdam homines creare ad damnationem, neceſſitate eoſdem ad peccandum impellere, inuitare quoque ad ſalutem eos quibus tamen eam nolle dare omnino decreuit.* Subiecta erat tandem Turcarū ſeu Mahometanorum circa eadem puncta Contra-Remōſtrantibus conſentiens opinio ex Azoara 24. & 26. Alcorani, & ex Mahomet in libro Boari capite quarto. Non diſſimilem praxin iniêre Contra-Remonſtrantes. Nam ex Arminio, Venatore, Vorſtio doctrinam S. Scripturæ teſtimonijs oppoſitam patentibus plicatiſque tabulis diſperſerunt negari: ſcilicet

ab eis peccatum originale, impotentiam hominis ad bonum poſt lapſum, imputatiuam iuſtitiam, perſeuerantiæ certitudinem &c. Notăt inſuper à Remonſtrantibus mala fide Caluini eiuſque aſſeclarum ſententias in ipſorum tabula citatas fuiſſe, ingratitudinem ipſis erga primos ſuæ reformationis parentes ac libertatis vindices, improperant; Turcarum citatam in tabula doctrinam in ipſorum redundare ignominiam, vt qui vel à Turcis in veritatis cognitione ſuperantur. Hanc dein tanquam confeſſam Turcarum & Contra-Remonſtrantiũ ὁμολογίαν Remonſtrantes in cauſæ ſuæ patrocinium denuo annotarunt.

Certatum denique eſt aduerſarijs ſcriptis de concione quadam, quam vehementiorem & ad cauſandum ſchiſma comparatam habuit Feſtus Homnius Leydæ in templo Sancti Petri, Octobris 16. Drielenborch quoque rythmos aliquot idiomate vulgari, ſed ſtylo proprio, commentus eſt cõtra Taurinum ſub emblemate Reineri vulpeculæ &c. Pro quibus etiam ſimile recepit laboris præmiũ *Ab Equo* miſſus *Ad Aſinum* &c. Vnum latinum carmen ſic habet:

In Vincentium A Drielenburch, nequitiæ omnis & ſpurcitiæ colluuiem ex vrbe & ditione Vltraiectina pro merito ſcriptum.

Vincenti, ſapiens tibi videris,

Non

Non es, crede mihi: Quid ergo? Stultus,
Nugator ſtolidus, Calumniator
Inſulſus, nihil in tuis amœni
Scriptis, ingenij, ſaliſue docti,
Nil quod erudiat, nihil quod vlli
Prudentum placeat; procacitate
Noſtros inſipidâ, calumniiſq́;
Demens perſequeris: profectò miror
Quis Dæmon, Furiaue quæ replerint
Hac te ſpurcitiâ, malo atque peſte. &c.

Deinde ſubiungitur hoc anagramma.

VINCENTIVS A DRIELENBORCH.
EN HIC TVRBO DELIRANS VNICE.

Et quia fortaſſe pluris facit Vincentius ſuum barbarum *Paterradeo*; ob numerũ 666. ideo fuit qui ei in honorẽ excogitauit hunc titulum: VInCent Van DrVLenborch. Alius preſsius ipſum deſignans *Cucullum* confecit inſcriptum hoc ſymbolo: DrIeLenbVrch paVs Van aLLe ſotten, id eſt, papa omnium ſtultorum. Vel breuius latinè reddi poteſt, DrIeLenbVrch pLanè ſtVLtVs.

ANNO 1617. Cum iam ſat verborum in componẽdis diſsidijs videbatur, ad verbera deueniendum Amſtelredamenſibus viſum eſt. Cauſa tumultus eiuſque euentus epiſtolis quibuſdam familiaribus vulgari ac Latino idiomate emiſsis, iſta refertur: Cum Vvalones quidam qui cum Remonſtrantibus ſentiunt, in vrbe per aliquot dies Domi-

nicos

nicos ſeorſim conuentus ſuos habuiſſent, ſine vllo Senatus interdicto:ciues quidam indigenæ ſibi nihil minus permittendum rati è vicinia Leydenſi concionatorem quendam accerſiuerunt. Hic quinto Februarij circiter trecentorum auditorum frequentia primam concionem habuit; quibus etiam nō nulli ex aduerſarijs exploratores ſe adiunxerant. Poſtridie Remonſtrantes alium locum (vt ſufficiens eſſet auditoribus ſpacium) mille quingentorum hominū capacem conduxerunt:illū parandum ſubſellijs & ſuggeſto inſtruēdum curarunt. Rumore diuulgato de conducta tam ampla apotheca, in qua iuxta Remonſtrantium doctrinam conciones eſſēt habendæ; Zelotæ quidam ſeditioſas quaſdam ac cædem ſpirantes ſcedas per vrbem diſſeminarunt, ac paſſim columnis burſæ (locus is eſt mercatorum conuentui deſtinatus) templorum valuis, pontibus & alijs locis affixerunt: quarum prima vndecimo Februarij affixa ſic habebat. Si cui eſt animus ſacrilegos falſatores verbi Diuini exterminare die Dominico hora ſemioctauo in burſa ſe ſiſtat. Nihilo minus Remonſtrantes die ſequenti ad ſecundam concionem maiori frequentia cōuenēre ad mille ducentos, vt fertur. Concionator expoſuit primùm pluribus, ſe non veniſſe eò ſua ſponte, ſed accitu & rogatu multorum honeſtiſſimorum ciuium, qui dicerēt
con-

conſcientiarum ſuarum ædificationi minime facere dogmata quędam quæ Amſtelredami in publicis Eccleſijs contentioſiſſimè vrgerentur &, tanquam ad ſalutem neceſſaria magna verborum acerbitate populo inculcarentur. Deinde concione prope ad finem perducta ſurrexit Anglus quidam qui prope ſuggeſtũ Eccleſiaſticum ſedebat, & erectus in pedes, ſublata voce, in hæc verba prorupit: *Audite Domini, audite: An aliter docetur in templo veteri & nouo, vbi Eccleſiaſtæ noſtri Plancius, Triglandius, Hallius & cæteri concionantur?* Reſpõdebat promiſcuè vna voce populus: *imo verò, imo verò*, paucis iterum aduerſarijs reclamantibus & negantibus. Iam ante pueri foris ſtãtes lapidibus vitreas domus feneſtras petere cæperant; mox tantus fiebat aduerſariorum concurſus, vt ſe mouendi vix cuiquam facultas daretur, clamores tollebantur intus & foris quibus etiam ad Remonſtrantes occidendos ſe mutuo hortabantur, clauſa deforis ianua ne quis effugeret. Sed Remonſtrantium ingens multitudo ingreſſos aduerſarios deterruit, donec perruptis vi foribus, cum ſannis & riſu circumſtantium ægrè ſe quiſque in tutum reciperet. Concionator egreſſus, tametſi honeſtioribus quibuſdam ciuibus cinctus, luto cõſperſus eſt & ſcopis madefactus, facie conſpurcata. Tandem & lapidibus impetitus cum ſuis ſtipatoribus fugam arripuit.

Ipſe

Ipſe in domum quampiã ingreſſus ſe occultabat. Herus domus vnius ex Scabinis gener, eductis etiam cultris cum famulis ſuis ægrè tumultuantẽ turbam domo prohibuit. Dein aduerſus locum vbi cócio habita erat, hoſtilis mouetur expeditio, ruptis ablatiſque omnibus tanquam in prædam datis, adeo vt à meridie etiam imbrices è tecto deijcere cæperint, tanquam ſolo domũ æquaturi, ni Magiſtratus authoritate progreſſus fuiſſet interruptus. Deinde per ſeptimanam ſequentem affixis quibuſdam programatibus, ad maiora audenda ſunt incitati. Die decimo nono Februarij, id eſt, ſequenti Dominica, hora circiter octaua matutina, congregati ſunt in burſã quadringẽti vel quingẽti zelotę, qui plateas omnes percurrentes horrendũ clamitabant: *Vbi nunc ſunt Arminani?* Quorundam Remõſtrantiũ vitreis ædiũ feneſtris cõfractis: vnũ dictum Adrianũ Antonij lapidũ ictu tollere de medio ſtatuerãt, qui in aliã domũ cõfugiẽs eius etiã ſpecularia vitrea perſequẽtiũ furori rea fecit. Inde in domum Remi Epiſcopij irruentes, poſt excuſſa ſaxis ſpecularia, ianuas & feneſtras perfregerũt, domũ totã diripuerunt, pecuniam, veſtes & quicquid fere erat in domo portatile, rapuerunt. Prætores eò ſe conferebant ad tumultum ſedãdum, ſed fruſtra. Timor erat ne vrbem totã direptio iſta peruaderet. Damnum Remo illatum æſti-

Digitized by Google

matur duodecim vel octodecim florenorum millibus. Ad 4. vel 5000. hominum è propinquo otioſè hæc ſpectabant. Tandem hora prima direptione peracta; cum iam tecto demoliendo & domui ſolo æquandæ admotæ eſſent manus, venit eò magiſtratus cum duobus militum ſignis & raptores compeſcuit. A ciue Amſtelred. viro cordato & honeſtiſsimo intellexi vnum ex ipſis direptoribus præ cæteris zeloſũ opificio ſcriniarũ à Magiſtratu apprehenſum ac examinatum de cauſa tãtæ violentiæ in bonos ciues, reſpõdiſſe: *Quid? Impij iſti nebulones, cum Deum dicant peccati authorem, eumque homines, nulla culpæ ratione habita, ad infernum detrudere, digni ſunt qui ignibus exurantur:* Ita miſer cauſam tot iam annis tam acriter diſputatam etiam-num ignorans, in hoſtibus amicos expugnabat. Porro præfatis literis annexa eſt diſſertatiũcula, iniuriam in hoc tumultu Remõſtrantibus illatam acriter proſequens, contra quam aliquãtò poſt alius reſponſionem edidit, qui & inuaſionis dictę atrocitatem extenuat, & diſſertatiunculæ iſtius authorẽ ſeditionis arguit, inuectuſque in Remonſtrantes varia particularium inter eos perſonarũ vitia iiſdem improperat, vt de Iohanne Vtẽbogart, quod exaltari per captatum Magiſtratus fauorem exquirat, atque ita Eccleſiam in extremam miſeriam conijciat: quod Remonſtrantium aliquis

quis in ludibrium Contra-Remonſtrantium cani ſuo nomen *Slijckeus* id eſt, *cœnogeuſius* (quo nomine odioſe illi ſolent compellari) impoſuerit, quod inter Remonſtrantes inueniatur, qui Dorderaci in cataſta flagris cæſus & in exilium ſit eiectus; quique Amſtelredami ob alia ſcelera carceri fuerit mancipatus &c. Reſponſio ad hæc non multò poſt ſecuta eſt hoc titulo: *Breuis ac manifeſta denudatio ſpiritus cuiuſdam mendacis qui nuper apparuit, in edita Reſponſione ad diſſertatiunculam tumultus Amſtelredamenſis.* Vbi dum prædicta aliaque multa negantur ac refutantur, quinquaginta & quinque mẽdacia à priori reſpõdente breui libello admiſſa indigitantur: Seditionis Spiritus Contra-Remonſtrantium proprius eſſe aſſeritur, quo concitati non horrea tantum diuerſis in locis ſed & publica templa cõtra expreſſam Magiſtratus prohibitionem violenter inuaſerint: Nominatim taxat aliquos Contra-Remonſtrantium prædicantes, qui nuptias ante ratum matrimonium exercuerint: De Ioanne Vitẽbogart honorificè, de P. Plancio contemptim author loquitur &c.

Dum hæc Amſtelredami inchoantur, decimoquinto ſcilicet Februarij, Arnhemij à Senatu curiæ Gelrienſis, nomine ordinum eiuſdem Gelriæ ducatus; decretũ eſt editum, quo prædicãtes Neomagenſes, Tielenſes & Bommelij

Digitized by Google

melij (qui iam dudum Remõſtrantium partibus fauebant) iubebantur intra bimeſtre ſpatium ſtatum ſuæ cum alijs miniſtris controuerſiæ eidem Senatui breuiter explicare, addere quoque ſententiam ſuam; num fũdamentum antiquæ Apoſtolicæ Chriſtianæ religionis in iſtam controuerſiam traheretur: Quod ſi nõ, excogitaret, an & quommodo vtriuſque partis ſententia cum Eccleſiarũ pace ſeruari ac defendi poſſit & debeat. Vetabantur item quicquã ſiuè directè, ſiuè indirectè, ſcribere aut dicere tam priuatim quàm publicè quod quocunque modo à recepta ſemel reformata doctrina diſcordaret. Præcipiebatur quoque, ne quis in poſterum miniſter Eccleſiæ eligeretur; niſi iuxta præſcriptũ Geldriẽſis Synodi habitę Anno 1612. vbi articulo vigeſimo (qui cum alijs duobus huic decreto ſubiungitur) hæc formula profitendæ fidei initiandis miniſtris præſcribitur: *Nos infra ſcripti verbi Diuini miniſtri hiſce declaramus ſyncerè & bona coram Deo conſcientia, fateri nos ac ſentire, in confeſſione ac Catechiſmo reformatarum Belgij Eccleſiarum contentã doctrinã pro vt ea ante hac vnanimiter in hac Eccleſia prædicata fuit, in omnibus cũ S. Scriptura ac Dei verbo conuenire, ſimulq; promittimus, nos eandem doctrinam tum publicè tum priuatim pro viribus defenſuros ac docturos, omneſq; errores eidem repugnantes reiecturos ac propulſuros &c.*

Demũ cauebatur eodem decreto ne quiſquam vtriuſuis partis miniſtrorum, vllos famoſos libellos ſcriptave maledica vel ederet, vel alibi edita inter populum ſpargeret; ne item odioſis *Remonſtrantium, Contra-Remõſtrantum, Arminianorum &c.* nominibus apud populum vteretur. Circa idem tempus miniſter quidam Thilantis Alardus Friſius dictus delatus eſt, contra vltimum edicti mẽbrum, tabulam congruentiæ doctrinæ Contra Remonſtrantium ac Turcarum (cuius ſuperiori anno meminimus) quibuſdam è ſua plebe cõmunicaſſe. Quare ipſe depoſitionis cenſuram quorũdam amicorum interceſsione ægrè euadens, iuſſus eſt omnia quæ diſtribuerat exemplaria colligere ac in curiã tranſmittere ſi qui autẽ tradere exemplaria renuerent, eos ad ſenatũ deferre; ipſa quoq; tabula per ſententiam curiæ igni eſt adiudicata ac publicè cõbuſta. Prodiit nõ multò poſt, intra ſcilic. dies quatuordecim libellus authoris anonymi, modeſtè (vt habet titulus) prædicta curiæ Geldriẽſis acta examinãs; in quo multis argumentis author nititur oſtendere, iſtam Contra-Remonſtrantium praxin rectam ad papatum denuo reuocãdum viam ſternere; Nimirũ quia de prædeſtinatione rigoroſam adeo tueãtur opinionem honori diuino boniſque moribus contrariam, in qua maxima ex parte cũ inquiſitoribus Hiſpanicis rigidio-

gidioribuſque papiſtis conueniant; quia opinionem ſuam nunquam ab vniuerſali Eccleſia receptam violenter ſtudeāt fidelibus obtrudere atque ita cum Romano Pontifice nouos fidei articulos condant. Quod non valētes ex Dei verbo errores ſuos ſtabilire, ad humana ſcripta prouocent, eadem verbo Dei non modo æquiparantes, ſed & præferentes, cum illud explicari velint ad iſtarū formularum ſenſum: Quod inſuper miniſtros confeſsioni ac catechiſmo adſtringant in eo ſenſu, quo à priuatis quibuſdam doctoribus intelliguntur, quouſque papiſtæ nunquam (ait) peruenerunt: Quod ſe tueantur triginta vel quadraginta annorum præſcriptione, quanquam & ea in dubium vocari non temerè poſsit. Quod ſententiæ ſuæ quidquam cōtradici nullatenus patiantur, magiſtraliter ſatis expoſtulantes an huc vſque Eccleſia errauerit, quaſi verò reformata Eccleſia ſubito ad perfectionem deuenerit & exinde errare amplius non poſſit; quod exitialem regnis doctrinam de puniundis tollendiſque hæreticis tam perfricta fronte vrgeant vt proclament ex diabolo prouenire quod magiſtratus in hoc detrectet conſentire &c. Dein ea quæ in edicto prædicantibus ſunt vetita publicè vel priuatim proponere, ita ſugillat: *Nunquid igitur prædicantes iſti de prædeſtinatione eique cognatis ex ſua ſententia nec prædicare debe-*

bunt nec loqui? An ne in priuatis quidem colloquijs nec directè nec indirectè de hac re licebit conferre? Iſtud equidem quid miri, quid noui eſt in hiſce partibus &c. De exuſta per Magiſtratus ſententiam tabula pluribus tragicè aſpereque expoſtulat: ipſamque tabulam ſuo hoc libello denuo inſertam ad vitam reuocat. Denique ſententiam contra Alardum Frijſiū latam examinat & iniquam fuiſſe aſſeuerat, libertatem ipſe ſuam ex Plauto hoc verſu cōmendans: *Qui homo timidus erit in rebus dubijs nauci non erit.*

Eodem anno prodijt authoris itidem anonymi libellus Reuelatæ falſitatis malæque fidei admiſſæ in Tabula diſcrepantiæ inter Diuini verbi ac Remonſtrantium doctrinā. Primò falſum eſſe ait vllam ibi eſſe diſcrepātiam; quod vt oſtendat, ipſe doctrinę Remōſtrātium tabulam alijs Scripturæ teſtimonijs conformen proponit. Secundò falſo Remonſtrantes *nouatores* appellari contendit, cum Apoſtolorum doctrinam tueantur reformatę Chriſtianitati conformē. Contra verò ipſos Contra-Remonſtrātes in multis punctis verè eſſe nouatores. Tertiò falſo Remonſtrantes, *Arminianos* aut *Vorſtianos* appellari. Quartò falſo Remonſtrantibus imputari particulares quorundam doctorum opiniones, quas ipſi non magis teneantur defendere, quā Cōtra-Remonſtrantes defendunt in omnibus

bus Caluinum, Bezam, Zvvinglium, Piſcatorem &c. nihil itaque ſe defendere niſi quod è communibus omnium Remonſtrantium nomine editis ſcriptis depromptum eſt; Ex his etiam multa non rectè in tabula fuiſſe allegata demonſtrat; tandemque lectorem ita cōpellat: *Huiuſmodi ſcriptores qualem ſe tabulæ iſtius author exhibet, vnius omnino generis habent formam, ad quam ſcripta ſua fundant, videlicet formam mendacij: hæc ſua apud illos ſponte nulla cum moleſtia fluitat. Veſtri me miſeret ſtudioſa probitati pectora quæ ab hiſce ingenijs eorumq; nuncijs ita interpellamini, vt intra domeſticos veſtros parietes ab eorum importunitate ægrè vos expediatis. Scripta ſua in manus vobis inſerunt, velitis, nolitis, oportet legatis, vi vobis obtruduntur. Ni faciatis nigro genio vos terrent.*

Dum ita ſeruenter vbique diſputatur, vt iam nemo non diſpiceret legitimo opus eſſe iudice qui litem dirimeret pacemque partibus reſtitueret, prodijt Amſtelredami libellus editus hoc titulo: *Cleophas ſiue Chriſtianus dialogus duorum diſcipulorum euntium in Emaus: in quo tractatur de ſcopo Eccleſiaſticarum controuerſiarum deq; modo eaſdem componendi.* Author ſe vocat *Irenæum Philaletium*; credo appellatiuè, id eſt, pacificum veritatis amatorē. Objicit lectori in frontiſpicio libri hos ex Propheta Ieremia querulos verſus: *Quare fa-*

ctus eſt dolor noſter perpetuus & plaga noſtra deſperabilis renuit curari? Capite decimo quinto, v: decimo octauo. Factus eſt nobis Dominus ſicut fons aquarum cuius defecerunt aquæ, imo velut vir vagus, vt fortis qui non poteſt ſaluare. Iſaiæ quinquageſimo octauo. v. vndecimo. *Ieremiæ Decimo Quarto: v. Nono.* In priori parte timere ſe ſignificat, ne à diſsidij huius authoribus ac fautoribus religio Catholica denuo introduci intendatur, vel potius ne ad Socinianiſmum negotium vergat. Subindicat interim ob bonum ſtatus politici ab Ordinibus mutationem illam permitti, ne ſcilicet factioſus populus quieti deſuetus de affectãda tyrannide conſilia iniret. Inde huiuſmodi religionis ſub bono ſtatus ſubordinationem acriter inſectatur, nullam ob cauſam ſchiſma in Eccleſia aut odium ſeminandum eſſe aut fouendum. & *pagina decima* mirari ſe ait, & indignè nonnunquã tuliſſe, quod ſcandaloſa adeò diſſenſio ita manifeſtè graſſari permittatur ab ijs qui poteſtatem authoritatemque ſe habere gloriãtur Eccleſiaſtica negotia diſponendi, quodque ijs præſtetur patrocinium, qui doctrinæ in omnibus reformatis Eccleſijs cõmuni ſuffragio receptæ aduerſarios ſe prebent, alijs adeò notoriè oppreſsis, vt meliores ſint partes erronum peſsimorũ, Papiſtarum ſcilicet, Mẽnoniſtarum, Koornhartiſtarum, Libertinorum, imo & Atheorũ,

quàm

quàm iſtorum. Altera parte pro fundamẽto conciliandæ pacis dicit vitæ emendationẽ omnibus, maximè verò prædicãtibus eſſe neceſſariam, iſtud vnicum eſſe hoc malum effugiendi remedium, iuxta illud Ioãnis ſeptimi, verſu decimo ſeptimo: *ſi quis voluerit voluntatem Patris mei facere, cognoſcet de doctrina hac vtrum ex Deo ſit.* Hanc pietatem quia Remonſtrantes non probantur ſuſcepiſſe, arguit eos non eſſe veros reformatores, ſed eſſe nubes ſine aqua, quæ multa promittunt & nihil præſtant, ideoque omni vento doctrinæ circumferantur &c. eodem prorſus modo quo Catholici ſolent arguere ſuos Apoſtatas in mulierculæ amplexibus cum votifragio reformationem meditantes. Dein etiam ſuarũ partiũ miniſtros totamque cõmunitatẽ tãtæ impietatis arguit, quantum aduerſariorum quiſquam vix imputare ipſis audeat. *Quanã in re quæſo* (inquit P. 27. & 28.) *ij qui veram Chriſti Religionem profitentur, à perditiſſimis etiam erronibus qui inter nos degunt, deſtinguuntur, niſi ſola lingua, idq; frequenter eo vſque duntaxat, vt inanis proferatur oſtentatio reformatorum Chriſtianorum abſque omni reipſa eiuſdem declaratione imo ita inter nos agitur tanquam ſi iſtud Religionis noſtræ eſſet fundamentum vt viuere pro voto cuiuis liceat, dummodo reformati Chriſtiani nomen retineat. Ad æternam enim noſtri ignominiã iſtud contra nos*

 teſtimo-

teſtimoniũ dici poteſt, ſecurè & abſq; moleſtatione viuere in Eccleſia noſtra fornicarios, idololatras, adulteros, impudicos. fures, auaros, ebrios, maledicos & rapaces. De cæteris verò qui à grauibus hiſce peccatis ſe continent, hoc eſſe verum quod impinguati atque ſenſu deſtituti Diuini verbi ſtimulum non ſentiant, &c. Demum inde ad finem vſq; aliud omnium peccatorum maximum eſſe contendit, quod adhuc Catholicos non funditus è regionibus ſuis Magiſtratus eiecerit, quod multi familiaritatem nimiam & cõmercia cum iis contrahant; quod quidam etiam ad eos à ſuis deficiant. In Romanũ Pontificem, S. Petri vtique ſucceſſorem impotenter inſanit. Ideo credo, ne ob hæc ſuorum diſsidia plures ad veram Eccleſiæ petram confugiant.

Eiuſdem anni menſe Auguſto concionator quidam Dauentrienſis Iacobus Reuius refutationem edidit libelli pro Remonſtrãtibus anno ſuperiori ab H. Herbertz editi. Ad lectorem probat Remonſtrantes eſſe hæreticos in multis conciliis & catechiſmo dãnatos, ideoque non ſeruandam cum iis pacem licet ordines hoc præcipiant, oportere enim Deo magis quàm hominibus obedire: primos reformationis authores Caluinum, Lutherum, Melanth. eadẽ quæ Contra-Remonſtrantes, ſenſiſſe. Docet primo capite prædeſtinationem non eſſe ob præuiſam fidem; Reprobationem

tionem, prout dicit *non electionem*, etiam ante peccata præuiſa, condemnationem autem ad pœnam, nõ niſi ob peccatum præuiſum ſtatuit. *Capite ſecũndo*, paſsionem Chriſti licet ex ſe eſſet ſufficiens pro omnibus, ex decreto tamen patris nonniſi quibuſdam prodeſſe. *Capite tertio*, Gratiam ita eſſe efficacem, vt faciat credere infallibiliter. In decurſu autem addit eum qui à gratia mouetur non poſſe nõ agere id, ad quod à gratia mouetur. *Capite Quarto*, Iuſtos, quamquam in grauia peccata ruant, tamen veram fidem & viuificantẽ ſpiritũ nec totaliter, nec finaliter amittere. Hæc etiam ipſe copioſiſsimè Scripturæ teſtimoniis probare nititur, & argumenta oppoſita ſoluere. In fine Septembris concionatores Campenſes quatuor ſuam edidêre profeſsionem quoad haſce controuerſias; & ſententiam Remonſtrantium; quam antiquam veritatem appellant, probant, reiecta Contra-Remonſtrantium ſententia tanquam falſa & nouitia. Tãdem circa anni finem H. Herbertus Gaudanus iterum contra Reuium emiſit libellum, quo prolixiùs electionem abſolutam denuo è Scripturis impugnat & ſuam de præuiſa fide in prædeſtinatis vlteriùs confirmat.

Anno eodem emiſſa eſt *Epiſtola Remonſtrantium ad externos reformatos Theologos oppoſita epiſtola delegatorum claſsis Vvalachriana ad*

eoſdem Theologos prius emiſſa, Typis mandata Lugduni Batauorum apud Ioannem Patium iuratum & ordinarium Academiæ typographum. Hanc epiſtolam, quia communem Remonſtrantium cauſam tuetur, adeoque non niſi publica Academiæ authoritate cuſa credatur, nos hactenus breuitatis cauſa *Leydenſium* nomine citauimus. Eſt autem Vvalachria præcipua ex Zelandiæ inſulis, cuius Metropolis eſt Medioburgum. Huius ergo inſulæ miniſtri in epiſtola ſua præfantur, in re grauiſſima, qualis eſt, quid in turbis iſtis & obuijs vndique difficultatibus agendum ſit, prudenter diſpicere ac iudicare; nolle ſe ſtare iudicio proprio, ſed à peritioribus Reformatis vbicunque illi terrarum fuerint, conſiliū flagitandum cenſuiſſe, quo incendium iſtud diſſidiorū in vicinis prouincijs poſſit extingui, vel ſaltem à ſuis (Zelandiæ) terminis ne accedat, arceri. Dicūt porro omnia ſe hactenus tentaſſe quęcūq; potuerint; ſed irrita fuiſſe omnia eò quòd Nationale concilium ab Ordinibus impetrare nō potuerint. Vt autē quos conſulunt Theologi, cōtrouerſiarū ſtatū perſpectū habere poſſint, explicāt breuiter quid de quinque articulis anno 1611. in Hagēſi collatione diſputatis, & ipſi Cōtra-Remōſtrantes & aduerſarij Remonſtrantes ſentiāt. Deinde conſilium petunt & ſententiam docti lectoris Reformati, *primo* de his articulis qui-

quinam ex iis & quatenus ſalua fidei ſubſtātia pro bono pacis tolerari queāt? *Secūdò* hoc modo. *Videmus enim iis in locis, quæ huius diſsidij motibus agitantur, magnā partem plebis Chriſtianæ, quæ noſtris addicta eſt, ſingulari quodam doctrinæ iam olim receptæ ſtudio impulſam, à Remōſtrantium concionibus ita abhorrere, vt in vicina loca, quæ paſtores habent noſtrorum ſententiæ fautores ad cultus diuini exercitium haud mediocri numero excurrant, aut certè iis in locis, in quibus degunt conuentus ſuos intra parietes priuatos agitent. Quamuis verò magiſtratus, quibus iſtæ plebes ſubditæ ſunt, eos conuentus (prout Remonſtrantium cauſæ magis fauent, & plurimum operam ſuam in ea defendenda profitentur) tū in dictis mulctis grauiſsimis prohibeāt, tū illatis, alicubi diſsipauerint, apparet tamen eaſdem plebes adeo hanc doctrinæ nouitatem deteſtari, vt libentius rerū ſuarū detrimentū patiantur quā frequentando Remonſtrantiū cōciones, eorū ſententiæ ſubſcribere videri velint. Quæritur igitur quid de eorū Zelo ac inſtituto ſtatuendū ſit, quidq; conſilij dandū ſit ijs qui negant ſe bona conſcientia Remonſtrantiū ſacris intereſſe poſſe. Deinde ambigitur de Doctoribus & Eccleſiaſticis Remonſtrantium. Nimirum an tolerari poſsint à noſtris ſalua religione reformata, & num quis noſtrorum cum illis in Eccleſiaſtici miniſterij ſocietatem venire, aut manere in eadem citra conſcientiæ læſionem aut bonorum offenſionem poſsit.*

Digitized by Google

Remõſtrantes in Epiſtolæ ſuæ exordio ita cenſent VValachrianorum epiſtolã, vt dicãt ſibi ab illis *intentari per ſuſpicionem, aliquot peſſimarum opinionum crimina,* ideò etiam coactos ſe (ne ante perceptam cauſæ ſuæ defenſionem, maximorum fortè virorũ præiudicijs grauarentur) fidelius paulò rem totam exprimere. Multũ dicunt ſe tribuere iudicio eorũ quos vitæ ſanctitas & Religionis Chriſtianæ flagrans amor, iudicij rectitudo & rerum Theologicarum ſcientia ſingularis ab omni maleuolentiæ ſuſpicione & partium ſtudio abundè vindicat: nec minus eorum operam ac piam ſollicitudinẽ exoſculari, qui rebus Eccleſiarum ſuarũ inuſitato more fluctuantibus ſalutaribus conſilijs ſuccurrere conantur, ne vehementior animorum colliſio & gliſcens indies magis magiſque diſputationum feruor Eccleſiam tandem & florentiſsimam totius Europæ Rempublicã funeſtiſſimis malis inuoluat. Tum conditiones quaſdam exponunt quas in ijs requirant, qui tali rerum facie ſequeſtros ſe diſsidentibus aut oppreſſæ veritati patronos præſtare velint. Conſequenter ſe purgant ab eo quod dixerãt VValachriani, præſens ſchiſma atque adeò tumultus omnes à nouis Remonſtrantiũ opinionibus originẽ traxiſſe: negant ſcilicet ex doctrinæ ſuę diuerſitate vnquã ſchiſ-

ma

ma oriturum fuiſſe aut etiam ortum eſſe; ſed ex importunitate ac imprudenti zelo Contra-Remonſtrantium, qui nihil ſibi tolerandum eſſe arbitrantur, quod vel parum ab eorum dogmatibus diſcrepat Ordinum (quos illi, tanquam in gratiam Remonſtrantium in concedenda ſynodo difficiles fuerint, ſugillauerant) æquitatem defenſuri, Deum obteſtantur nihil ſe *aut per maleuolentiam dicturos, aut quod compertiſſimum non ſit & teſtimoniis luce clarioribus demonſtrari poſſit; prolaturos.* Narrant deinde de impedimentis Nationalis ſynodi, quæ nos circa principiũ huius relationis ex ipſis citauimus, & deinceps cætera. De Controuerſiis quæ tractant, proponemus parte ſequenti.

Vltimo Martij huius anni Magiſtratus Vltraiectinę ciuitatis edictum promulgauit *aduerſus eos qui ſub prætextu reformatæ religionis in Eccleſia & Repub. eiuſdem ciuitatis ſchiſmata & turbas excitare conantur.* Contra-Remonſtrantes intelligunt, quibus ſub pœna etiam proſcriptionis interdicunt; ne priuatim vlla ſeruent conuenticula aut foras etiam extra ciuitatem ob religionis exercitium proficiſcantur &c. Aprilis 22. redditæ ſunt Ordinibus Generalibus literæ Sereniſſimi Regis Angliæ quibus inſtanter denuo petit vt antiqua reformata religio ab ipſis defendatur, & noua reformans quantum fieri poteſt, ſupprimatur

primatur. In quem etiam finem eiuſdem Regiæ Maij. legatus D. Dudleij Carleton 6. Octobris Orationem habuit in eorundẽ Ordinum congregatione. Vbi Legatus omniũ diſsidiorum per vnitas prouincias cauſam & fontem ſtatuit Arminium; & Remonſtrãtes in multis perſtringit. Quare paulò poſt quidam: *Bilancem* confecit *pro libranda ſeu expendenda in omni æquitate Orationem Nobilis* &c *D. Dudleij Carletõ.* &c. Vbi Arminius ſtudiosè defenditur & omnium turbarum cauſa in nimium aduerſariorum Zelũ retorquetur &c.

Varij præterea fuerunt hoc anno inter diuerſos tum de Moderatione tum de cæteris punctis, conflictus. Nam primò, cum Hornę iam dudum Contra-Remonſtrãtes à Remõſtrantibus per Senatus fauorem templum occupantibus, ſeceſsiſſent, ac ſeparatim in Racotonijs, id eſt, locis illis vbi pannifices, erectis quibuſdam ligneis machinis pannos ſuos ſolent extendere, conuenticula ſua exercerent; Sæpe aduerſarij Miniſtri & ciues acerba in ſe mutuo effundebãt odiorum ſpicula. vnde tandem expoſtulationes & citationes pro adferenda dictorum probatione, neceſſaria quadam lege ſecutæ ſunt. Sed quid conſilij? Controuerſiarum iudex cauſæ tam graui deerat. Iam enim ab anno 1615. Contra-Remõſtrantes, cauſam hanc tractare coram Magiſtratu politico recuſauerant; Remonſtrantes

tes quoque aduerſariorum Conſiſtorium iã manifeſtè partiale pro iudice detrectabant admittere. Tandem concluſum, vt coram duobus notariis, partis vtriuſque prædicantes Dominicus Sapma Remonſtrantium & Rippertus Sixti Contra-Remonſtrantium cum quibuſdam ſuis ſenioribus diſceptationem viua voce aggrederentur, eamque notarij exciperent, factũ id eſt hoc anno à 12. Ianuarij vſq; ad 20. Aprilis, conuẽtionib. tredecim pax tamen & concordia nondum inſtaurata.

Simile ferè initium habuit congreſſus qui hoc anno 29. Maij habitus fuit inter Reinerũ Bormãs Miniſtrũ Remonſtrantẽ in pago Roon, & Petrũ à Vvaſſenburch Contra-Remonſtrantẽ in pago Portugael claſsis Roterdamẽſis. Qui duodecim ſibi mutuò quæſtiones de prædeſtinatione & neceſsitatione ad peccandũ propoſuerũt. Quæ poſt cum reſpõſionib. Petri Vvaſſenburch ſunt in lucẽ emiſſæ. Quare & ipſe reſpõſiones vtrimq; datas integras cũ ſuarũ quidẽ probatione ex SS. literis, aduerſarij aũt cõfutatione diuulgauit.

Henricus quoq; Slatius paganus miniſter in *Bleesvvick* moleſtatus à quodã Ioanne Georgij prædicante horreario, qui ſc. per iſtũ & circũiacentes pagos in horreis Contra-Remonſtrantiũ reliquias cõfortabat 14. Maij vndecim articulos horrorem ſui, & crudelitatem in Deo præſeferẽtes in patenti publicè affixit eosq; ab Horreari is doceri aſſeruit ſeque id demonſtraturum recepit. Oppoſuit ſe Slatio ſartor quidam nomine

ctus eſt dolor noſter perpetuus & plaga noſtra deſperabilis renuit curari? Capite decimo quinto, v: decimo octauo. Factus eſt nobis Dominus ſicut fons aquarum cuius defecerunt aquæ, imo velut vir vagus, vt fortis qui non poteſt ſaluare. Iſaiæ quinquageſimo octauo. v. vndecimo. *Ieremiæ Decimo Quarto: v. Nono.* In priori parte timere ſe ſignificat, ne à diſsidij huius authoribus ac fautoribus religio Catholica denuo introduci intendatur, vel potius ne ad Socinianiſmum negotium vergat. Subindicat interim ob bonum ſtatus politici ab Ordinibus mutationem illam permitti, ne ſcilicet factioſus populus quieti deſuetus de affectãda tyrannide conſilia iniret. Inde huiuſmodi religionis ſub bono ſtatus ſubordinationem acriter inſectatur, nullam ob cauſam ſchiſma in Eccleſia aut odium ſeminandum eſſe aut fouendum. & *pagina decima* mirari ſe ait, & indignè nonnunquã tuliſſe, quod ſcandaloſa adeò diſſenſio ita manifeſtè graſſari permittatur ab ijs qui poteſtatem authoritatemque ſe habere gloriãtur Eccleſiaſtica negotia diſponendi, quodque ijs præſtetur patrocinium, qui doctrinæ in omnibus reformatis Eccleſijs cõmuni ſuffragio receptæ aduerſarios ſe prębent, alijs adeò notoriè oppreſsis, vt meliores ſint partes erronum peſsimorũ, Papiſtarum ſcilicet, Mẽnoniſtarum, Koornhartiſtarum, Libertinorum, imo & Atheorũ,

quàm iſtorum. Altera parte pro fundamēto conciliandæ pacis dicit vitæ emendationē omnibus, maximè verò prædicātibus eſſe neceſſariam, iſtud vnicum eſſe hoc malum effugiendi remedium, iuxta illud Ioānis ſeptimi, verſu decimo ſeptimo: *ſi quis voluerit voluntatem Patris mei facere, cognoſcet de doctrina hac vtrum ex Deo ſit.* Hanc pietatem quia Remonſtrantes non probantur ſuſcepiſſe, arguit eos non eſſe veros reformatores, ſed eſſe nubes ſine aqua, quæ multa promittunt & nihil præſtant, ideoque omni vento doctrinæ circumferantur &c. eodem prorſus modo quo Catholici ſolent arguere ſuos Apoſtatas in mulierculæ amplexibus cum votifragio reformationem meditantes. Dein etiam ſuarū partiū miniſtros totamque cōmunitatē tātæ impietatis arguit, quantum aduerſariorum quiſquam vix imputare ipſis audeat. *Quanā in re quæſo* (inquit P. 27. & 28.) *ij qui veram Chriſti Religionem profitentur, à perditiſſimis etiam erronibus qui inter nos degunt, deſtinguuntur, niſi ſola lingua, idq́, frequenter eo vſque duntaxat, vt inanis proferatur oſtentatio reformatorum Chriſtianorum abſque omni reipſa eiuſdem declaratione imo ita inter nos agitur tanquam ſi iſtud Religionis noſtræ eſſet fundamentum vt viuere pro voto cuiuis liceat, dummodo reformati Chriſtiani nomen retineat. Ad æternam enim noſtri ignominiā iſtud contra nos*

teſtimoniũ dici poteſt, ſecurè & abſq; moleſtatione viuere in Eccleſia noſtra fornicarios, idololatras, adulteros, impudicos, fures, auaros, ebrios, maledicos & rapaces. De cæteris verò qui à grauibus hiſce peccatis ſe continent, hoc eſſe verum quod impinguati atque ſenſu deſtituti Diuini verbi ſtimulum non ſentiant, &c. Demum inde ad finem vſq; aliud omnium peccatorum maximum eſſe contendit, quod adhuc Catholicos non funditus è regionibus ſuis Magiſtratus eiecerit, quod multi familiaritatem nimiam & cõmercia cum iis contrahant; quod quidam etiam ad eos à ſuis deficiant, In Romanũ Pontificem, S. Petri vtique ſucceſſorem impotenter inſanit. Ideo credo, ne ob hæc ſuorum diſsidia plures ad veram Eccleſiæ petram confugiant.

Eiuſdem anni menſe Auguſto concionator quidam Dauentrienſis Iacobus Reuius refutationem edidit libelli pro Remonſtrãtibus anno ſuperiori ab H. Herbertz editi. Ad lectorem probat Remonſtrantes eſſe hæreticos in multis conciliis & catechiſmo dãnatos, ideoque non ſeruandam cum iis pacem licet ordines hoc præcipiant, oportere enim Deo magis quàm hominibus obedire: primos reformationis authores Caluinum, Lutherum, Melanth. eadẽ quæ Contra-Remonſtrantes, ſenſiſſe. Docet primo capite prædeſtinationem non eſſe ob præuiſam fidem; Reprobationem

tionem, prout dicit *non electionem*, etiam ante peccata præuiſa, condemnationem autem ad pœnam, nō niſi ob peccatum præuiſum ſtatuit. *Capite ſecundo*, paſsionem Chriſti licet ex ſe eſſet ſufficiens pro omnibus, ex decreto tamen patris nonniſi quibuſdam prodeſſe. *Capite tertio*, Gratiam ita eſſe efficacem, vt faciat credere infallibiliter. In decurſu autem addit eum qui à gratia mouetur non poſſe nō agere id, ad quod à gratia mouetur. *Capite Quarto*, Iuſtos, quamquam in grauia peccata ruant, tamen veram fidem & viuificantē ſpiritū nec totaliter, nec finaliter amittere. Hæc etiam ipſe copioſiſsimè Scripturæ teſtimoniis probare nititur, & argumenta oppoſita ſoluere. In fine Septembris concionatores Campenſes quatuor ſuam edidêre profeſsionem quoad haſce controuerſias; & ſententiam Remonſtrantium; quam antiquam veritatem appellant, probant, reiecta Contra-Remonſtrantium ſententia tanquam falſa & nouitia. Tādem circa anni finem H. Herbertus Gaudanus iterum contra Reuium emiſit libellum, quo prolixiùs electionem abſolutam denuo è Scripturis impugnat & ſuam de præuiſa fide in prædeſtinatis vlteriùs confirmat.

Anno eodem emiſſa eſt *Epiſtola Remonſtrantium ad externos reformatos Theologos oppoſita epiſtolæ delegatorum claſsis Vvalachrianæ ad*

eoſdem Theologos prius emiſſa, Typis mandata Lugduni Batauorum apud Ioannem Patium iuratum & ordinarium Academiæ typographum. Hanc epiſtolam, quia communem Remonſtrantium cauſam tuetur, adeoque non niſi publica Academiæ authoritate cuſa credatur, nos hactenus breuitatis cauſa *Leydenſium* nomine citauimus. Eſt autem Vvalachria præcipua ex Zelandiæ inſulis, cuius Metropolis eſt Medioburgum. Huius ergo inſulæ miniſtri in epiſtola ſua præfantur, in re grauiſſima, qualis eſt, quid in turbis iſtis & obuijs vndique difficultatibus agendum ſit, prudenter diſpicere ac iudicare; nolle ſe ſtare iudicio proprio, ſed à peritioribus Reformatis vbicunque illi terrarum fuerint, conſiliũ ſtagitandum cenſuiſſe, quo incendium iſtud diſſidiorũ in vicinis prouincijs poſſit extingui, vel ſaltem à ſuis (Zelandiæ) terminis ne accedat, arceri. Dicũt porro omnia ſe hactenus tentaſſe quęcũq; potuerint, ſed irrita fuiſſe omnia eò quod Nationale concilium ab Ordinibus impetrare nõ potuerint. Vt autẽ quos conſulunt Theologi, cõtrouerſiarũ ſtatũ perſpectũ habere poſſint, explicãt breuiter quid de quinque articulis anno 1611. in Hagẽſi collatione diſputatis, & ipſi Cõtra-Remõſtrantes & aduerſarij Remonſtrantes ſentiãt. Deinde conſilium petunt & ſententiam docti lectoris Reformati, *primo* de his articulis qui-

quinam ex iis & quatenus ſalua fidei ſubſtã-tia pro bono pacis tolerari queãt: *Secũdò* hoc modo: *Videmus enim iis in locis, quæ huius diſsidij motibus agitantur, magnã partem plebis Chriſtianæ, quæ noſtris addicta eſt, ſingulari quodam doctrinæ iam olim receptæ ſtudio impulſam, à Remõſtrantium concionibus ita abhorrere, vt in vicina loca, quæ paſtores habent noſtrorum ſententiæ fautores ad cultus diuini exercitium haud mediocri numero excurrant, aut certè iis in locis, in quibus degunt conuentus ſuos intra parietes priuatos agitent. Quamuis verò magiſtratus, quibus iſtæ plebes ſubditæ ſunt, eos conuentus (prout Remonſtrantium cauſæ magis fauent, & plurimum operam ſuam in ea defendenda profitentur) tũ in dictis mulctis grauiſsimis prohibeãt, tũ illatis, alicubi diſsipauerint, apparet tamen eaſdem plebes adeo hanc doctrinæ nouitatem deteſtari, vt libentius rerũ ſuarũ detrimentũ patiantur quã frequentando Remonſtrantiũ cõciones, eorũ ſententiæ ſubſcribere videri velint. Quæritur igitur quid de eorũ Zelo ac inſtituto ſtatuendũ ſit, quidq́ue conſilij dandũ ſit ijs qui negant ſe bona conſcientia Remonſtrantiũ ſacris intereſſe poſſe. Deinde ambigitur de Doctoribus & Eccleſiaſticis Remonſtrantium. Nimirum an tolerari poſsint à noſtris ſalua religione reformata, & num quis noſtrorum cum illis in Eccleſiaſtici miniſterij ſocietatem venire, aut manere in eadem citra conſcientiæ læſionem aut bonorum offenſionem poſsit.*

Remon-

Remõſtrantes in Epiſtolæ ſuæ exordio ita cenſent VValachrianorum epiſtolã, vt dicãt ſibi ab illis *intentari per ſuſpicionem, aliquot peßimarum opinionum crimina*, ideò etiam coactos ſe (ne ante perceptam cauſæ ſuæ defenſionem, maximorum fortè virorũ præiudicijs grauarentur) fidelius paulò rem totam exprimere. Multũ dicunt ſe tribuere iudicio eorũ quos vitæ ſanctitas & Religionis Chriſtianæ flagrans amor, iudicij rectitudo & rerum Theologicarum ſcientia ſingularis ab omni maleuolentiæ ſuſpicione & partium ſtudio abundè vindicat: nec minus eorum operam ac piam ſollicitudinẽ exoſculari, qui rebus Eccleſiarum ſuarũ inuſitato more fluctuantibus ſalutaribus conſilijs ſuccurrere conantur, ne vehementior animorum colliſio & gliſcens indies magis magiſque diſputationum feruor Eccleſiam tandem & florentiſsimam totius Europæ Rempublicã funeſtiſſimis malis inuoluat. Tum conditiones quaſdam exponunt quas in ijs requirant, qui tali rerum facie ſequeſtros ſe diſsidentibus aut oppreſſæ veritati patronos præſtare velint. Conſequenter ſe purgant ab eo quod dixerãt VValachriani, præſens ſchiſma atque adeò tumultus omnes à nouis Remonſtrantiũ opinionibus originẽ traxiſſe: negant ſcilicet ex doctrinæ ſuę diuerſitate vnquã ſchiſ-

ma

ma oriturum fuiſſe aut etiam ortum eſſe; ſed ex importunitate ac imprudenti zelo Contra-Remonſtrantium, qui nihil ſibi tolerandum eſſe arbitrantur, quod vel parum ab eorum dogmatibus diſcrepat Ordinum (quos illi, tanquam in gratiam Remonſtrantium in concedenda ſynodo difficiles fuerint, ſugillauerant) æquitatem defenſuri, Deum obteſtantur nihil ſe *aut per maleuolentiam dicturos, aut quod compertiſſimum non ſit & teſtimoniis luce clarioribus demonſtrari poſſit; prolaturos.* Narrant deinde de impedimentis Nationalis ſynodi, quæ nos circa principiũ huius relationis ex ipſis citauimus, & deinceps cætera. De Controuerſiis quæ tractant, proponemus parte ſequenti.

Vltimo Martij huius anni Magiſtratus Vltraiectinę ciuitatis edictum promulgauit *aduerſus eos qui ſub prætextu reformatæ religionis in Eccleſia & Repub. eiuſdem ciuitatis ſchiſmata & turbas excitare conantur.* Contra-Remonſtrantes intelligunt, quibus ſub pœna etiam proſcriptionis interdicunt; ne priuatim vlla ſeruent conuenticula aut foras etiam extra ciuitatem ob religionis exercitium proficiſcantur &c. Aprilis 22. redditæ ſunt Ordinibus Generalibus literæ Sereniſsimi Regis Angliæ quibus inſtanter denuo petit vt antiqua reformata religio ab ipſis defendatur, & noua reformans quantum fieri poteſt, ſupprimatur

Remóſtrantes [illegible] [illegible]em eiuſdem Re-
cenſent VVal[illegible] [illegible]ij Carleton 6. O-
ſibi ab illis [illegible] [illegible]uit in eorundẽ Or-
peßimarum [illegible] Vbi Legatus omniũ
actos ſe (n[illegible] [illegible]nitas prouincias cauſam
ſionem, n[illegible] Arminium; & Remonſtrã-
cijs gra[illegible] [illegible]rſtringit. Quare paulò poſt
exprim[illegible] [illegible]em confecit *pro libranda ſeu ex-*
eorũ [illegible] [illegible] *æquitate Orationem Nobilis* &c
ſtian[illegible] [illegible] &c. Vbi Arminius ſtudioſè
rum [illegible] [illegible] & omnium turbarum cauſa in ni-
om [illegible] aduerſariorum Zelũ retorquetur &c.
ſt[illegible] [illegible] præterea fuerunt hoc anno inter di-
P[illegible] [illegible] de Moderatione tum de cæteris
[illegible] conflictus. Nam primò, cum Horn[illegible]
[illegible] dudum Contra-Remonſtrãtes à Remõ-
ſtrantibus per Senatus fauorem templum oc-
cupantibus, ſeceſſiſſent, ac ſeparatim in Ra-
[illegible], id eſt, locis illis vbi pannifices, ere-
ctis quibuſdam ligneis machinis pannos ſuos
ſolent extendere, conuenticula ſua exerce-
rent; Sæpe aduerſarij Miniſtri & ciues acerba
in ſe mutuo effundebãt odiorum ſpicula. vn-
de tandem expoſtulationes & citationes pro
adferenda dictorum probatione, neceſſaria
quadam lege ſecutæ ſunt. Sed quid conſilij?
Controuerſiarum iudex cauſæ tam graui de-
erat. Iam enim ab anno 1615. Contra-Remõ-
ſtrantes, cauſam hanc tractare coram Ma-
giſtratu politico recuſauerant; Remonſtran-
tes

…s quoque aduerſariorum Conſiſtorium iã …mifeſtè partiale pro iudice detrectabant mittere. Tandem concluſum, vt coram duobus notariis, partis vtriuſque prædicantes Dominicus Sapma Remonſtrantium & Rippertus Sixti Contra-Remonſtrantium cum quibuſdam ſuis ſenioribus diſceptationem viua voce aggrederentur, eamque notarij exciperent, factũ id eſt hoc anno à 12. Ianuarij vſq; ad 20. Aprilis, conuẽtionib. tredecim pax tamen & concordia nondum inſtaurata.

Simile ferè initium habuit congreſſus qui hoc anno 29. Maij habitus fuit inter Reigerũ Bormãs Miniſtrũ Remonſtrantẽ in pago Roon, & Petrũ à Vvaſſenburch Contra-Remonſtrantẽ in pago Portugael claſsis Roterdamẽſis. Qui duodecim ſibi mutuò quæſtiones de prædeſtinatione & neceſsitatione ad peccandũ propoſuerũt. Quæ poſt cum reſpõſionib. Petri Vvaſſenburch ſunt in lucẽ emiſſæ. Quare & ipſe reſpõſiones vtrimq; datas integras cũ ſuarũ quidẽ probatione ex SS. literis, aduerſarij aũt cõfutatione diuulgauit.

Henricus quoq; Slatius paganus miniſter in *Reesvvick* moleſtatus à quodã Ioanne Georgij prædicante horreario, qui ſc. per iſtũ & circũiacentes pagos in horreis Contra-Remonſtrantiũ reliquias cõfortabat 14. Maij vndecim articulos errorem ſui, & crudelitatem in Deo præſeferentes in patenti publicè affixit eosq; ab Horreari doceri aſſeruit ſeque id demonſtraturum re… t. Oppoſuit ſe Slatio ſartor quidam nomine

ctus eſt dolor noſter perpetuus & plaga noſtra deſperabilis renuit curari? Capite decimo quinto, v: decimo octauo. Factus eſt nobis Dominus ſicut fons aquarum cuius defecerunt aquæ, imo velut vir vagus, vt fortis qui non poteſt ſaluare. Iſaiæ quinquageſimo octauo. v. vndecimo. *Ieremiæ Decimo Quarto: v. Nono.* In priori parte timere ſe ſignificat, ne à diſsidij huius authoribus ac fautoribus religio Catholica denuo introduci intendatur, vel potius ne ad Socinianiſmum negotium vergat. Subindicat interim ob bonum ſtatus politici ab Ordinibus mutationem illam permitti, ne ſcilicet factioſus populus quieti deſuetus de affectãda tyrannide conſilia iniret. Inde huiuſmodi religionis ſub bono ſtatus ſubordinationem acriter inſectatur, nullam ob cauſam ſchiſma in Eccleſia aut odium ſeminandum eſſe aut fouendum. & *pagina decima* mirari ſe ait, & indignè nonnunquã tuliſſe, quod ſcandaloſa adeò diſſenſio ita manifeſtè graſſari permittatur ab ijs qui poteſtatem authoritatemque ſe habere gloriãtur Eccleſiaſtica negotia diſponendi, quodque ijs præſtetur patrocinium, qui doctrinæ in omnibus reformatis Eccleſijs cõmuni ſuffragio receptæ aduerſarios ſe prebent, alijs adeò notoriè oppreſsis, vt meliores ſint partes erronum peſsimorũ, Papiſtarum ſcilicet, Mẽnoniſtarum, Koornhartiſtarum, Libertinorum, imo & Atheorũ, quàm

quàm iſtorum. Altera parte pro fundamēto conciliandæ pacis dicit vitæ emendationē omnibus, maximè verò prædicātibus eſſe neceſſariam, iſtud vnicum eſſe hoc malum effugiendi remedium, iuxta illud Ioānis ſeptimi, verſu decimo ſeptimo: *ſi quis voluerit voluntatem Patris mei facere, cognoſcet de doctrina hac vtrum ex Deo ſit.* Hanc pietatem quia Remonſtrantes non probantur ſuſcepiſſe, arguit eos non eſſe veros reformatores, ſed eſſe nubes ſine aqua, quæ multa promittunt & nihil præſtant, ideoque omni vento doctrinæ circumferantur &c. eodem prorſus modo quo Catholici ſolent arguere ſuos Apoſtatas in mulierculæ amplexibus cum votifragio reformationem meditantes. Dein etiam ſuarū partiū miniſtros totamque cōmunitatē tātæ impietatis arguit, quantum aduerſariorum quiſquam vix imputare ipſis audeat. *Quanā in re quaſo* (inquit P. 27. & 28.) *ij qui veram Chriſti Religionem profitentur, à perditiſſimis etiam erronibus qui inter nos degunt, deſtinguuntur, niſi ſola lingua, idq; frequenter eo vſque duntaxat, vt inanis proferatur oſtentatio reformatorum Chriſtianorum abſque omni reipſa eiuſdem declaratione imo ita inter nos agitur tanquam ſi iſtud Religionis noſtra eſſet fundamentum vt viuere pro voto cuiuis liceat, dummodo reformati Chriſtiani nomen retineat. Ad æternam enim noſtri ignominiā iſtud contra nos*

teſtimoniũ dici poteſt, ſecurè & abſq; moleſtatione viuere in Eccleſia noſtra fornicarios, idololatras, adulteros, impudicos. fures, auaros, ebrios, maledicos & rapaces. De cæteris verò qui à grauibus hiſce peccatis ſe continent, hoc eſſe verum quod impinguati atque ſenſu deſtituti Diuini verbi ſtimulum non ſentiant, &c. Demum inde ad finem vſq; aliud omnium peccatorum maximum eſſe contendit, quod adhuc Catholicos non funditus è regionibus ſuis Magiſtratus eiecerit, quod multi familiaritatem nimiam & cõmercia cum iis contrahant; quod quidam etiam ad eos à ſuis deficiant. In Romanũ Pontificem, S. Petri vtique ſucceſſorem impotenter inſanit. Ideo credo, ne ob hæc ſuorum diſsidia plures ad veram Eccleſiæ petram confugiant.

Eiuſdem anni menſe Auguſto concionator quidam Dauentrienſis Iacobus Reuius refutationem edidit libelli pro Remonſtrãtibus anno ſuperiori ab H. Herbertz editi. Ad lectorem probat Remonſtrantes eſſe hæreticos in multis conciliis & catechiſmo dãnatos, ideoque non ſeruandam cum iis pacem licet ordines hoc præcipiant, oportere enim Deo magis quàm hominibus obedire: primos reformationis authores Caluinum, Lutherum, Melanth. eadẽ quæ Contra-Remonſtrantes, ſenſiſſe. Docet primo capite prædeſtinationem non eſſe ob præuiſam fidem; Reprobationem

tionem, prout dicit *non electionem*, etiam ante peccata præuiſa, condemnationem autem ad pœnam, nō niſi ob peccatum præuiſum ſtatuit. *Capite ſecundo*, paſſionem Chriſti licet ex ſe eſſet ſufficiens pro omnibus, ex decreto tamen patris nonniſi quibuſdam prodeſſe. *Capite tertio*, Gratiam ita eſſe efficacem, vt faciat credere infallibiliter. In decurſu autem addit eum qui à gratia mouetur non poſſe nō agere id, ad quod à gratia mouetur. *Capite Quarto*, Iuſtos, quamquam in grauia peccata ruant, tamen veram fidem & viuificantē ſpiritū nec totaliter, nec finaliter amittere. Hæc etiam ipſe copioſiſsimè Scripturæ teſtimoniis probare nititur, & argumenta oppoſita ſoluere. In fine Septembris concionatores Campenſes quatuor ſuam edidêre profeſsionem quoad haſce controuerſias, & ſententiam Remonſtrantium; quam antiquam veritatem appellant, probant, reiecta Contra-Remonſtrantium ſententia tanquam falſa & nouitia. Tādem circa anni finem H. Herbertus Gaudanus iterum contra Reuium emiſit libellum, quo prolixiùs electionem abſolutam denuo è Scripturis impugnat & ſuam de præuiſa fide in prædeſtinatis vlteriùs confirmat.

Anno eodem emiſſa eſt *Epiſtola Remonſtrantium ad externos reformatos Theologos oppoſita epiſtolæ delegatorum claſſis Vvalachrianæ ad*

eoſdem Theologos prius emiſſa, Typis mandata Lugduni Batauorum apud Ioannem Patium iuratum & ordinarium Academiæ typographum. Hanc epiſtolam, quia communem Remonſtrantium cauſam tuetur, adeoque non niſi publica Academiæ authoritate cuſa credatur, nos hactenus breuitatis cauſa *Leydenſium* nomine citauimus. Eſt autem Vvalachria præcipua ex Zelandiæ inſulis, cuius Metropolis eſt Medioburgum. Huius ergo inſulæ miniſtri in epiſtola ſua præfantur, in re grauiſſima, qualis eſt, quid in turbis iſtis & obuijs vndique difficultatibus agendum ſit, prudenter diſpicere ac iudicare; nolle ſe ſtare iudicio proprio, ſed à peritioribus Reformatis vbicunque illi terrarum fuerint, conſiliũ ſtagitandum cenſuiſſe, quo incendium iſtud diſſidiorũ in vicinis prouincijs poſſit extingui, vel ſaltem à ſuis (Zelandiæ) terminis ne accedat, arceri. Dicũt porro omnia ſe hactenus tentaſſe quęcũq; potuerint; ſed irrita fuiſſe omnia eò quòd Nationale concilium ab Ordinibus impetrare nõ potuerint. Vt autẽ quos conſulunt Theologi, cõtrouerſiarũ ſtatũ perſpectũ habere poſſint, explicãt breuiter quid de quinque articulis anno 1611. in Hagẽſi collatione diſputatis, & ipſi Cõtra-Remõſtrantes & aduerſarij Remonſtrantes ſentiãt. Deinde conſilium petunt & ſententiam docti lectoris Reformati, *primo* de his articulis qui-

quinam ex iis & quatenus ſalua fidei ſubſtá-tia pro bono pacis tolerari queāt? *Secūdò* hoc modo: *Videmus enim iis in locis, quæ huius diſſidij motibus agitantur, magnā partem plebis Chriſtianæ, quæ noſtris addicta eſt, ſingulari quodam doctrinæ iam olim receptæ ſtudio impulſam, à Remōſtrantium concionibus ita abhorrere, vt in vicina loca, quæ paſtores habent noſtrorum ſententiæ fautores ad cultus diuini exercitium haud mediocri numero excurrant, aut certè iis in locis, in quibus degunt conuentus ſuos intra parietes priuatos agitent. Quamuis verò magiſtratus, quibus iſtæ plebes ſubditæ ſunt, eos conuentus (prout Remonſtrantium cauſæ magis fauent, & plurimum operam ſuam in ea defendenda profitentur) tū in dictis mulctis grauiſſimis prohibeāt, tū illatis, alicubi diſſipauerint, apparet tamen eaſdem plebes adeo hanc doctrinæ nouitatem deteſtari, vt libentius rerū ſuarū detrimentū patiantur quā frequentando Remonſtrantiū cōciones, eorū ſententiæ ſubſcribere videri velint. Quæritur igitur quid de eorū Zelo ac inſtituto ſtatuendū ſit, quidq; conſilij dandū ſit ijs qui negant ſe bona conſcientia Remonſtrantiū ſacris intereſſe poſſe. Deinde ambigitur de Doctoribus & Eccleſiaſticis Remonſtrantium. Nimirum an tolerari poſſint à noſtris ſalua religione reformata, & num quis noſtrorum cum illis in Eccleſiaſtici miniſterij ſocietatem venire, aut manere in eadem citra conſcientiæ læſionem aut bonorum offenſionem poſſit.*

Remon-

Digitized by Google

Remõſtrantes in Epiſtolæ ſuæ exordio ita cenſent VValachrianorum epiſtolã, vt dicãt ſibi ab illis *intentari per ſuſpicionem, aliquot peſsimarum opinionum crimina,* ideò etiam coactos ſe (ne ante perceptam cauſæ ſuæ defenſionem, maximorum fortè virorũ præiudicijs grauarentur) fidelius paulò rem totam exprimere. Multũ dicunt ſe tribuere iudicio eorũ quos vitæ ſanctitas & Religionis Chriſtianæ flagrans amor, iudicij rectitudo & rerum Theologicarum ſcientia ſingularis ab omni maleuolentiæ ſuſpicione & partium ſtudio abundè vindicat: nec minus eorum operam ac piam ſollicitudinẽ exoſculari, qui rebus Eccleſiarum ſuarũ inuſitato more fluctuantibus ſalutaribus conſilijs ſuccurrere conantur, ne vehementior animorum colliſio & gliſcens indies magis magiſque diſputationum feruor Eccleſiam tandem & florentiſsimam totius Europæ Rempublicã funeſtiſſimis malis inuoluat. Tum conditiones quaſdam exponunt quas in ijs requirant, qui tali rerum facie ſequeſtros ſe diſsidentibus aut oppreſſæ veritati patronos præſtare velint. Conſequenter ſe purgant ab eo quod dixerãt VValachriani, præſens ſchiſma atque adeò tumultus omnes à nouis Remonſtrantiũ opinionibus originẽ traxiſſe: negant ſcilicet ex doctrinæ ſuę diuerſitate vnquã ſchiſ-

ma

ma oriturum fuiſſe aut etiam ortum eſſe; ſed ex importunitate ac imprudenti zelo Contra-Remonſtrantium, qui nihil ſibi tolerandum eſſe arbitrantur, quod vel parum ab eorum dogmatibus diſcrepat Ordinum (quos illi, tanquam in gratiam Remonſtrantium in concedenda ſynodo difficiles fuerint, ſugillauerant) æquitatem defenſuri, Deum obteſtantur nihil ſe *aut per maleuolentiam dicturos, aut quod compertiſsimum non ſit & teſtimoniis luce clarioribus demonſtrari poßit; prolaturos.* Narrant deinde de impedimentis Nationalis ſynodi, quæ nos circa principiũ huius relationis ex ipſis citauimus, & deinceps cætera. De Controuerſiis quæ tractant, proponemus parte ſequenti.

Vltimo Martij huius anni Magiſtratus Vltraiectinę ciuitatis edictum promulgauit *aduerſus eos qui ſub prætextu reformata religionis in Eccleſia & Repub. eiuſdem ciuitatis ſchiſmata & turbas excitare conantur.* Contra-Remonſtrantes intelligunt, quibus ſub pœna etiam proſcriptionis interdicunt; ne priuatim vlla ſeruent conuenticula aut foras etiam extra ciuitatem ob religionis exercitium proficiſcantur &c. Aprilis 22. redditæ ſunt Ordinibus Generalibus literæ Sereniſsimi Regis Angliæ quibus inſtanter denuo petit vt antiqua reformata religio ab ipſis defendatur, & noua reformans quantum fieri poteſt, ſupprimatur

primatur. In quem etiam finem eiuſdem Regiæ Maij. legatus D. Dudleij Carleton 6. Octobris Orationem habuit in eorundẽ Ordinum congregatione. Vbi Legatus omniũ diſsidiorum per vnitas prouincias cauſam & fontem ſtatuit Arminium; & Remonſtrãtes in multis perſtringit. Quare paulò poſt quidam: *Bilancem* confecit *pro libranda ſeu expendenda in omni æquitate Orationem Nobilis* &c *D. Dudleij Carletõ.* &c. Vbi Arminius ſtudiosè defenditur & omnium turbarum cauſa in nimium aduerſariorum Zelũ retorquetur &c.

Varij præterea fuerunt hoc anno inter diuerſos tum de Moderatione tum de cæteris punctis, conflictus. Nam primò, cum Hornę iam dudum Contra-Remonſtrãtes à Remõſtrantibus per Senatus fauorem templum occupantibus, ſeceſsiſſent, ac ſeparatim in Racotonijs, id eſt, locis illis vbi pannifices, erectis quibuſdam ligneis machinis pannos ſuos ſolent extendere, conuenticula ſua exercerent; Sæpe aduerſarij Miniſtri & ciues acerba in ſe mutuo effundebãt odiorum ſpicula. vnde tandem expoſtulationes & citationes pro adferenda dictorum probatione, neceſſaria quadam lege ſecutæ ſunt. Sed quid conſilij? Controuerſiarum iudex cauſæ tam graui deerat. Iam enim ab anno 1615. Contra-Remõſtrantes, cauſam hanc tractare coram Magiſtratu politico recuſauerant; Remonſtrantes

Digitized by Google

tes quoque aduerſariorum Conſiſtorium iã manifeſtè partiale pro iudice detrectabant admittere. Tandem concluſum, vt coram duobus notariis, partis vtriuſque prædicantes Dominicus Sapma Remonſtrantium & Rippertus Sixti Contra-Remonſtrantium cum quibuſdam ſuis ſenioribus diſceptationem viua voce aggrederentur, eamque notarij exciperent, factũ id eſt hoc anno à 12. Ianuarij vſq; ad 20. Aprilis, conuẽtionib. tredecim pax tamen & concordia nondum inſtaurata.

Simile ferè initium habuit congreſſus qui hoc anno 29. Maij habitus fuit inter Reinerũ Bormãs Miniſtrũ Remonſtrantẽ in pago Roon, & Petrũ à Vvaſſenburch Contra-Remonſtrantẽ in pago Portugael claſsis Roterdamẽſis. Qui duodecim ſibi mutuò quæſtiones de prædeſtinatione & neceſsitatione ad peccandũ propoſuerũt. Quæ poſt cum reſpõſionib. Petri Vvaſſenburch ſunt in lucẽ emiſſæ. Quare & ipſe reſpõſiones vtrimq; datas integras cũ ſuarũ quidẽ probatione ex SS. literis, aduerſarij aũt cõfutatione diuulgauit.

Henricus quoq; Slatius paganus miniſter in *Bleeſvvick* moleſtatus à quodã Ioanne Georgij prædicante horreario, qui ſc. per iſtũ & circũiacentes pagos in horreis Contra-Remonſtrantiũ reliquias cõfortabat 14. Maij vndecim articulos horrorem ſui, & crudelitatem in Deo præſeferẽtes in patenti publicè affixit eosq; ab Horreario doceri aſſeruit ſeque id demonſtraturum recepit. Oppoſuit ſe Slatio ſartor quidam nomine

Samuel Beyer edito libello quo opiniones à Slatio tanquam horridas affixas partim defendit partim negauit. Pro Slatio deinde ſartorium certamen detrectante, reſpondit quidam *P. Vanden Baſe* edito libello quem vocat *Reuelationem falſa moneta à Samuele Beyer Henrici Slatÿ Veredario oblata.* Vbi, inter cœtera, inſignia quędam multorum Contra-Remonſtrantium mendacia taxantur. Additque Author vereri ſe, vt breui ſua etiam, quę aliquando commiſit, mendacia ab aduerſario in lucẽ edantur. Quare monet ipſum vt cogitet, tunc ſe adhuc Contra-Remonſtrantium opinioni adhæſiſſe, iuxta quam nullũ tã grande poſsit eſſe mendacium, quod fauorem Dei & gratiã electis queat eripere, autt eos à charitate ſeparare. Itẽ notat quendã ex Contra-Remõſtrãtibus mulierẽ quandã induxiſſe ad adulteriũ, eò quòd ipſi perſuaſiſſet, Deũ ſe & ipsã ad iſtũ actũ prædeſtinaſſe, vt ita per hoc peccatũ humilitatẽ acquirerẽt, &c. Iulij deinde 29. cũ Slatius ob affixas ſentẽtias in periculoſũ ruſticorũ quorundam odiũ incidiſſet, miſsis ad Ioannem Georgij & deinde prelo excuſis literis, ad diſputationem ipſum citauit. &c.

Vincẽtius etiã Drelenburch ſuis prophetãdi partibus nõ defuit. Nã anno ſuperiori à Caſparo Barl. in ſcripto quodã *Nebulonis* nomine deſignatus, id adeo ꝓpheticę ſuę dignitati

Deus

putauit eſſe iniurioſum, vt edito mox ſcripto eundem Barlæum Scelestum & Nebulonem nominaret; ſimulq́; ſponte promitteret ſe 100. florenos eleemoſynarijs Leydenſibus oblaturum, ac inſuper ſimul in manus ſui magiſtratus ad aliorum exemplum traditurum puniendum, ſi quiſquam vllis rationibus ſe eſſe & iure dici poſſe Nebulonem, probaret. Prodierunt paulo poſt rationes 10. quibus id *clare & irrefutabiliter Quidam Adami filius* demonſtrare contendebat; tum ex proſcriptionis ſententia, qua è ditione Vltraiectina eiectus eſt, tum ex audacibus & calumnioſis eius ſcriptis. Additque ſi vel populus vel vllus in Hollandia Magiſtratus Vincentium, poſt rationes iſtas examinatas, innocentem pronunciauerit, tunc eum à 100. florenorum debito abſolutum fore; ſin minus, debito obſtrictum & ad ſolutionem præſtandam teneri. Reſponſio dein Vincẽtij, patenti itidem tabula, *claram*, vt ipſe ait, continens rationum prædictarũ *refutationem*, ſecuta eſt; adiuncta mordaci irriſione, tam in Barlæum quam in authorẽ prioris tabulæ.

Verum occurrit ipſi hoc anno *H. Pagius* breui & *clara defenſione* 10. prædictarum *rationum*. Vbi nequitia Vincentiana plus quam manifeſtè demonſtratur. Hoc item Anno Menſe Aprili Remonſtrantes, cum

vndique ob nouitatem ſuæ doctrinæ audirent malè, ac propterea res eorum tardius procederent quàm ſperauerant, Ordinibus Hollandiæ obtulerunt *Secundam Remonſtrantiam.* In qua non iam de veritate ſuarum ſententiarum, ſed ſolùm de earundem antiquitate diſceptationem inſtituunt, à quibus ſcilicet authoribus iam à principio reformationis doctæ & defenſæ fuerint. Huic Contra-Remonſtrantes menſe Auguſto *Secundam Contra Remonſtrantiã* oppoſuere *In qua demonſtratur, Remonſtrantes nouam Doctrinam in Eccleſias Reformatos introducere.* Iterum deinde ſecuta eſt. *Neceſſaria Reſponſio ad Contra-Remonſtrantium Relationem aduerſariam: complectens claram & fundamentalem eius refutationem, cum ſolida demonſtratione, quod doctrina Remonſtrantium reſpectu tum primitiui Chriſtianiſmi, tum incboatæ reformationis, non ſit nouitia ſed antiqua. Cum* longa *præfatione ad Nob. & præpotentes D. D. Ordines Hollan. & VVeſtfr.*

Edita iam dudum fuerat Amſtelredami *Quærela Eccleſiæ ad Regentes prouinciarum & Miniſtros verbi ſuper præſentibus eorum difficultatibus.* Hanc quærelam tanquam ſeditioſam & iam ſexto typis recuſam, vt & alterã deinde ſecutam, nec minus ſtatui publico pernicioſam acriter Remonſtrãtes in iſta ad

ordines

ordines præfatione perſtringunt.

Similis fere impatientiæ edita quoque eſt Amſtelredami *Quarela Patria* ſuper ijdem difficultatibus.

Interim non ceſſarunt vel ijdem queruli Miniſtri malum indies magis exacerbare. Inter cæteros namq; odia implacabilia ſpirantes tractatus, editus eſt hoc anno *Nicolaus Greuinchouius Heautontimorumenos : Hoc eſt; Rhapſodicis ſuis coloribus, ſchematiſmis, figuris, literis & verborum phraſiumq; ampullis (quibus Senatum Ciuitatis Roterodamenſis, ante ſuam cum Ameſio diſſertationem Anni 1615. nundinis vernalibus editam, in Christianam Eccleſiam concitare ſibi vero ipſi conciliare omnino ſatagit) parodicè, ſed ſerio atq; reapſe, non nihil delineatus, de ſe ſupplicium dans. Authore Adriano Georgio Smoutio, Roterodamo Batauo.*

Amſtelredami.

Scriptum hoc pompoſum eſt, & mordax nimium. Ad quod deinde ſecuta eſt *Nicolai Greuinchouij Eccleſiaſtæ Roterodamenſis Apologia publica & priuata. Hoc eſt, Abſterſio Calumniarum Adriani Smoutij, quibus in ſuo quem inſcribit Nic. Greuinch. Heautontimoroumeno Illuſtres Ordines ac pleraſq; ciuitates Hollandiæ, nec non Remonſtrantes eorumq; patronos, ſocios, alioſque cum iſtis pacem colentes; nominatim vero Nic. Greuinchouium in odium*

 atque

atque inuidiam orbis Chriſtiani adducere ſatagit &c. Roterdami.

Edita quoque hoc anno eſt *Defenſio fidei catholicæ de Satisfactione Chriſti aduerſus Fauſtum Socinum Senenſem: Scripta ab Hugone Grotio.* Lugduni Batauorum.

Aliquanto poſt Hermannus Rauenſpergerus in noua Groningenſi Academia primus Theologiæ profeſſor ſuum de hoc Grotij tractatu *iudicium* edidit: tale, vt dicat illum *ita Socini placitum de Satisfactione refutare, & ea quæ à iure petuntur arma Catholicæ fidei aduerſario ita extorquere, vt eidem ſuo aduerſario iterum iterumq; ſuppetias ferat. &c.*

Multo adhuc plura hoc anno vtrinque edita ſunt ſcripta, præſertim poetica ſeu rhytmica. Inter quæ vnum ſingulari dexteritate concinnatum *Contra-Remonſtrantium Teſſera* inſcribitur. Sed tædet his immorari diutius.

Anno hoc ad finem vergente, aucta fuit multis in vrbibus animorum acerbitas, adeo vt ſeditioſi vbique pene tumultus temerentur; præſertim Leidæ, Veteraquini, quę patria eſt Arminij, & Neomagi in Gelria. Hagę Comitis violenter templũ, nequicquã Ordinibus repugnantibus, inuaſum eſt à Contra-Remonſtrantibus. Harlemi turbarum non minima fuit portio, acriter Miniſtri

ſtris diſſidentibus de Magiſtratus authoritate in vocatione Eccleſiaſtarum, vno quoque communionem alterius pertinaciter refugiente, eò quòd non legitima vocatione ad miniſterium acceſiiſſe videretur. Decreuit ibidem Senatus Eccleſiaſticus moderationem quandam prædicantibus obſeruandam, ne ſcilicet eorum quiſquam priuatas ſuas opiniones ad ſuggeſtum afferret, ſed ex formula confeſſionis Belgicæ, & loquẽdi & tacendi terminos omnes deſumerent. Edita dein eſt eiuſdem decreti *Relatio* pro defenſione innocentiæ eiuſdem Eccleſiaſtici Senatus. Verùm mox ex zelotis quidam D. Matth. Damius Contra-Relationem quandam aduerſus decretum iſtud diuulgat: Eccleſiaſticum Senatum Arminianiſmi, Pelagianiſmi & Socinianiſmi audacter denuo accuſat, tametſi ab eadem criminatione author Relationis Senatum vindicare ſtuduiſſet. Dum ita Remonſtrantes, pleriſque in vrbibus ab aduerſariorum vehementia ſibi timent, prodit ab aliquo eorum editus libellus titulo *Inueſtigationis*. In quo tractatur quæſtio: an Princeps Auraicus, cum pro defenſione Belgij arma contra Regem Hiſpaniæ aſſumeret, id fecerit eo fine vt confeſſionem Belgicam tanquam in omnibus S. Scripturæ conformem manuteneret, atq; Contra-Remonſtrantiũ de prædeſtiatione

 ſenten-

ſententiam vbiuis locorum introduceret? Negat author id ita ſe habere, probatque bellum ideo ſolum ſuſceptum eſſe, vt Belgarum incolę abſq; coactione ſuarum conſcientiarum, quamcunque probarent religionem, liberè amplecti poſſent, & antiqua ipſis priuilegia integra ſeruarentur. Contra hunc paulò pòſt alius ex Contra-Remoſtrantium parte *Veſtigium* edidit, arguens prioris *Inueſtigationis* authorem derogatæ exiſtimationis Auraici Principis, quaſi negotium Religionis ipſi cordi non fuiſſet, &c.

1618. Anno 1618. mox ipſo anni exordio varia iterum ſcripta in vulgus prodierunt. Quorum inter prima eſt Defenſio prædictæ *Inueſtigationis* ſub titulo pomi odoriferi ſpargentis ſuauem odorem geſtorum Illuſtris Principis Auraici, contra fœtorem *Veſtigij* nuper detecti. Vbi denuo author latè proſequitur ſuſceptæ à Principe Defenſionis Belgij cauſas, probatque ex multis actis & monumentis publicis ſolam Religionis libertatem vnicam fuiſſe eius cauſam. Interim pagina 61. hanc ſibi obijcit difficultatem: cur igitur Catholicæ Romanæ Religionis exercitium in prouincijs iſtis non permittatur, cum tam pro conſcientijs Catholicorum quã Reformatorum pugnatum ſit. Reſpondet hoc pertinere ad prudentem Magi-

Digitized by Google

Magiſtratus diſpoſitionem, vt non amplius libertatis diuerſis Religionibus permittat, quam videat cum bono ſtatus permitti poſſe: bono autem ſtatus publici non expedire vt Catholici iſta libertate gaudeant. Deinceps deſcribit quas tragœdias Contra-Remonſtrantes in pluribus ciuitatibus contra Magiſtratus authoritatem aduerſus Remõſtrantes moliantur, præſertim quanta violentia in Veteraquenſi ciuitate ipſis Calendis Ianuarij & aliquot diebus ſequentibus hoc anno, aduerſus conciues Remonſtrantes inſurrexerint, Conſules officio dimouerint, alios ſuæ factionis ſubſtituerint, &c.

Prodijt quoq; *Chriſtiana Allocutio* Miniſtrorum Neomagenſium ad quædam Eccleſiæ membra quę ab ijſdem miniſtris ſe ſeparauerant. Vbi impensè admodũ partes à ſe diſſentientes ad pacẽ & tolerantiam adhortantur, à varijs ſeſe calumnijs purgant & doctrinæ Remonſtrantium æquitatem declarant. Præterea emiſſa typis *Vera deſcriptio conſciẽtiæ*, vbi diſcrimen inter veram & falſam conſcientiam oſtenditur. Multa rectè & verè de proprij ſenſus abnegatione & ſimplici veritatis inueſtigatione aſſeruntur, quæ diuerſiſſimarum religionum ſectatores dicere facilius & oſtentare quàm re ipſa præſtare ſolent. Paruus item alius libellus *Omnium Quæſitorius* intitulatus

varias proponens quæſtiones Theologis, Politicis, Iure-Conſultis, militibus & alijs vt ſolidum ad ſingulas reſponſum proferant. Ad Theologos quęſtiones ſunt 12. quarum prima eſt: num Chriſtiano homini licitum ſit Magiſtratum violenter & mortis comminatione ad aliquid adigere. 2. Num Chriſtianis liceat coacto Magiſtratu, eos quos voluerint ad Reipub. regimen promouere. 3. Num ob rebellionem, violentiam publicam, periuria, & omnigena ſcelera hominum quilibet è ſtatu gratiæ & ſalutis poſſit excidere &c. Ad politicos quæſtiones ſunt viginti. Harum prima eſt: num ſtatui Reïpub. expediat vt quaſuis acerbitates & mendacia (de negotijs non doctrinæ ſed factorum) pro concione ad populum prædicandi licentia miniſtris concedatur &c. Ad Iure-conſultos quæſtiones ſunt ſedecim. Harum prima eſt: Num ij qui criminaliter quidem accuſati, iudicialiter autem purgati non ſunt, ſed adhuc in reatu ſtant, capaces ſint regiminis publici, & num expediat huiuſcemodi ad illud promouere. &c. Ad Aſtrologos vna eſt quæſtio; An cœlum ita poſſit agere in articulos fidei, vt quod ſub noſtro Horizonte cum Caluino & Contra-Remõſtrantibus creditu eſt ad ſalutem neceſſarium, non etiam neceſſarium ſit Chriſtianis ſub alio Horizonte conſtitutis. De

Militibus

Militibus tres ſunt queſtiones. Quarum prima: Quid ſentiendum de militibus qui præter generale iuramentum, particulariter renuunt iurare ciuitati aut prouinciæ, cui in præſidium deſtinati fuerint &c. Deniq; ad communem plebem tres etiam quæſtiones. Harum prima eſt; num vlla ſit ſub cælo regio aut populus vllus qui maiori gaudeat libertate aut regatur mollius &c. Varij adhuc poſtea quæſitorij huiuſmodi libelli prodierunt mirabiles & odioſas queſtiones proponentes. Item editus eſt *Triumphus Illuſtris Principis Auraici totiuſq; domus Naſſouianæ aduerſus Remonſtrantium calumnias eidem Principi illatas.* Vbi pag. 23. & ſeq. Remonſtrantium refertur acerbitas & perſecutio aduerſus Contra-Remonſtrantes exercita Roterodami, Alcmariæ, Campis, Brielæ, & Schonhouiæ. Denique variæ explicantur rationes ob quas Contra-Remonſtrantes ſe ab illis ſeparauerint &c. Alij plures adhuc libelli partim ſunt editi, partim indies excuduntur, vt certè veriſſimum eſſe inter illos appareat Eccleſiaſtę cap. 12. dictũ: *Scribendorum librorum nullus eſt finis.* Adeo vt prorſus rationis & omnis iudicij expers merito iudicetur, qui hac experientia non diſcat quod iam antè annos aliquot Sereniſſimus Angliæ Rex ad Confœderatos Belgij Ordines de ſua experientia teſtatus eſt, non

poſſe ſcilicet quæſtiones illas controuerſas diſpuationibus Theologicis terminari, ſed opus eſſe authoritate publica. Videt id ſatis pars vtraque contendentium, & certatim Magiſtratus aſſiſtentiam implorat. Verùm vnum eſt quod miſeriam vel maximè auget, vtramque nimirum partem à diuerſa Superiorum potentia ſperare contrarium ſubſidium. Ita quidem vt Contra Remonſtrantes circa finem Iulij per Ill. Comitem Mauritium in ciuitate vltraiectenſi iterum templum vnum, vbi prophetias ſuas exerceant, adepti ſint &c.

Hæc ergo eſt facies Prouinciarum Belgij, hactenus per annos non adeo multos ſub reformatæ, ſecundùm Ioannis Caluini voluntatem, religionis fœdere vtcunque vnitarum; facies, inquam, multum mutata ab antiqua illa, quæ nongentis circiter annis in fidei vnitate ſolidata, indiuiſa, atq; adeò inconuulſa perſtiterat, quam per S. VVillebrordum conuerſis Apoſtolico labore & miraculorum virtute gentilibus idolorum cultoribus, multiplici ſanctitatis venuſtate Deus ipſe decorauerat. *Quomodo* nunc *obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus!* Thren. 4. 1. Hæccine pura illa, ſancta, Euangelica, Reformata, Orthodoxa Religio ? *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Matth. 7. 16.

HENO-

HENOTICI DISSECTI BELGII

PARS SECVNDA.

In qua ſtatus Controuerſiarum quæ Remonſtrantes & Contra Remonſtrantes in Belgio exagitant explicatur.

VT igitur quas hactenus vtcunque delineauimus, turbarum fundamentum clariùs paulò à peritioribus poſſit intelligi, viſum eſt præcipua quæſtionum capita penitiùs paulò hic intueri. Ad quod commodiſſimè nobis ſeruire poſſe videntur iſtæ, de quibus circa finem præcedentis partis diximus, tùm VValachrianorum tùm Leydenſium epiſtolæ: cùm eum in finē vt ſtatum controuerſiarum dilucidè ac breuiter explicarent, ad exteros ſint tranſmiſſæ.

Itaque VValachri hoc modo ſuum inſtitutum ordiuntur: *Tametſi porro* (aiunt) *nouæ indies cōtrouerſiæ ſuppullulent quæ ex immoderata diſputandi licentia natæ in vulgus paulatim ſe inſinuant, quibuſque incredibilium malorum ſeminaria ſuccreſcunt; æſtuare tamen præ-*

cipuè

cipuè videmus Remonſtrantes in defenſione capitum eorum de quibus ex decreto Ordinum Hollandiæ Anno Chriſti 1611. Hagæ Comitis, conquiſitio inſtituta fuit. Referuntur autem hæc capita ad quinque locos, qui ſunt de Prædeſtinatione, de morte Chriſti & liberatione per eam præſtita, de corruptione hominis & libero arbitrio, de operatione ſaluificæ gratiæ, de perſeuerantia Sanctorum.

DE PRÆDESTINATIONE.

CIRCA primum caput, de Prædeſtinatione ſcilicet, Vvalachri his verbis Contra Remonſtrantium (in quibus ſua nomina etiam profitentur) ſententiam exponunt. *Deum ab æterno ſecundum beneplacitum immutabile voluntatis ſuæ, aliquos ex corrupto hominum genere mera benignitate in Chriſto IESV ſegregatos, eiuſdemque beneficio quando ipſi liberet fide ac regenerationis ſpiritu donandos, ſeruare decreuiſſe ad laudem glorioſæ ſuæ gratiæ, reliquis verò arcano iuſtoq; iudicio præteritis, & in peccato relictis, propter hoc ipſum peccatum inferre damnationis pœnam ad toleràntiæ iuſtitiæq; ſuæ declarationem.* Remonſtrantes ſuam ſententiam exponũt quatuor diſtinctis Dei decretis quorum primũ eſt, *quo Deus miſereri volens generis humani in miſeriam prolapſi ſi quaper iuſtitiam & veritatem*

ſuam

ſuam, quæ aduerſus peccatorem declarari erat conuenientiſſimum fieri poſſet ratione, ex ſapientiæ ſuæ præſcripto decreuit Filium ſuum piacularem victimam hominibus dare, quo peccatum morte ſua aboleat æternamq; denuo redemptionem ſanguinis ſui merito impetret, etiam ius obtineat impetratam ſalutem homini potenter cōferendi. Ab hoc Filio Ieſu Chriſto & gratioſo Patris in peccatorem affectu vti in exequendo redemptionis negotio ſit, ſalutis quoq; noſtræ ab æterno præordinatæ caput fontem originemq; arceſſimus. Neq; enim non pœnitendū de conferenda actu ſalute propoſitum Deo ratum fuiſſe credimus, niſi præmiſſo à ſapientia Decreto, quo iuſtitia ob peccatum commiſſum ſanguine Mediatoris conſultum voluit.

Secundum Decretum eſt, quo Deus infirmata iam per carnem lege & abrogato Fœdere primo, ex ſapientiæ ſuæ præſcripto decreuit actu ipſo in gratiam recipere & ſalute donare quotquot in Ieſum Chriſtum vera & per charitatem efficaci fide ad vitæ vſq; finem eſſent crediturі: eos vero ſub ira derelictos damnare, qui impœnitentes in infidelitate ac peccatis ſuis eſſent perſeueraturi. Quod decretum ſicuti præcedens illud exigebat, ita ſequenti neceſſitatem dedit.

Eſt autem illud tertium, quo media ad fidem & reſipiſcentiam neceſſaria eo ordine, ijs gradibus, eo gratiæ ſufficientis demenſo & ea efficacis virtute conferre propoſuit, prout ſapientia ad

reddendum

Digitized by Google

reddendum hominem inexcuſabilem, & declarandam ſertiam Dei in conuertendo quolibet homine voluntatem abundè ſatisfore iudicauit.

Quibus decretis naturæ ordine (neque enim hæc temporibus diſcriminamus) præmiſſis, non potuit nõ ſubſequi quartum illud cuius hic mentionem faciunt VValachri, de ſaluandis ijs ſigillatim, quos per Sp ſui gratiam in Chriſtum credituros præuidebat, ijs verò à ſalute arcẽdis, quos impœnitentes incredulosq; ad vitæ terminum fore præſciebat. Hoc ſiquidem decretum, præſuppoſita fidei & infidelitatis præſcientia, ſub ſecundo tanquam ſingulare ſub ſuo vniuerſali ſubſumitur, & ex eodem conſequentiæ neceſſitate infallibili deducitur.

Arguunt porro Remonſtrantes VValachrianos quod Contra-Remonſtrantium ſententiam in iſta ſua deſcriptione nec ſatis fideliter nec ſatis clarè explicauerint. *Non fideliter* (aiunt) *quia obiectum Electionis hic ſtatuuntur peccatores in lapſu conſiderati. At vnde conſtat VValachris hanc eſſe Contra-Remonſtrantium ſententiam? quum vno ore in collatione Hagienſi directam ſuper hac re reſponſionem detrectauerint, imo ne quid de obiecto Electionis ſentirent, declarare neceſſe haberent, libello ſupplice apud Holl. Ordines contenderint. Quin potius ex aduerſo nobis conſtat primarios Contra-Remonſtrantium cum Caluino, Beza, alijsq; Electioni*

ſtioni ſubſternere hominem non in lapſu conſideratum, ſed vt condendum adeoq; creationem & lapſus permiſsionem, vt media exequendi decretum prædſtinationis vtriuſque ad vitam & ad mortem intueri.

Dinde in collatione Hagienſi diſputatum non fuit de reprobatione, ſubterfugientibus huius quæſtionis inuidiam Contra Remonſtrantibus, vt quorum alij peccati ac lapſus intuitu, alij citra vllum lapſus, nedum ſubſecutæ infidelitatis intuitum, hominum maximam partem reprobatam à Deo crederent. Quod non ſatis dilucidè; ſic probant: *Tanta enim in his phraſibus: in Ieſu Chriſto ſegregatos: in peccato relictis; & propter hoc ipſum peccatum inferre damnationis pœnam; ſenſuum eſt ambiguitas, vt eam quoque admittant interpretationem, qua admiſſa à priore Remonſtrãtium ſententia vix differat hæc ipſa Vvalachrorum de Prædeſtinatione declaratio.*

Deinde Vvalachri inſigniora aliquot diſſenſionis circa hãc materiam capita ſubijciunt. *Primò* (inquiunt) *cõtrouertitur de cauſa Prædeſtinationis impulſiua. An hæc ſtatuatur rectè ſolum volũtatis diuinæ beneplacitum, Noſtri aiũt: Aduerſarij licet verbis affirmare videãtur, reipſa tamen negant. Volunt enim fidei & infidelitatis præuiſionem decretũ prædeſtinationis ordine antegreſſam eſſe.* Hic Leydẽſes illos arguunt quod ex conſequentijs quas ipſi ſe inuitis ex doctrina ſua inferunt, aliã mentis,

aliam

aliã oris eſſe Remonſtrantium profeſſionẽ, dicant: *Quanquam enim* (aiunt) *ſtatuamus fidei & infidelitatis preuiſionem, decretum Prædeſtinationis ordine antegreſſam eſſe, & priori iſti præſcientiæ hoc decretum inniti, necdum tamen euincitur, cauſam impulſiuam iſtius decreti non eſſe ſolum Dei beneplacitum. Contra potiùs, cum ſolius diuini beneplaciti ſit ſaluare velle quoſuis credituros, condemnare quoſuis non credituros, nec vlla huius decreti extra Deum in creaturis cauſa inueniri poſſit, vtiq; ſolius quoque beneplaciti erit in ſingularium Prædeſtinatione, quæ ſub vniuerſaliore iſto decreto ſubſumitur, Petrum crediturum ſaluare velle, & Iudam non crediturum condemnare. Neq; enim huius decreti cauſa impulſiua eſt, vel fides, propriè loquendo, Petri, vel Iudæ infidelitatis, ſed liberrima Dei voluntas, volentis talis perſonæ miſereri, talis non miſereri. Quid quod ex ipſa Contra-Remonſtrantium ſententia Decretum iuſtificationis ſingularium non ſit niſi fidelium, & fidei præſcientiæ innitatur, nec tamen propterea fidem huius decreti cauſam impulſiuam vnquam dixerint. Cur ergo non eodẽ modo de electionis decreto loqui licebit, non eſſe illud niſi fidelium, nec tamen fidem eſſe impulſiuam cauſam. Damus tamen fidem infidelitatemque conditiones eſſe ſine quibus nec hunc ſaluare, nec illum præterire ex puro puto beneplacito viſum fuit Deo. Sicut ergo Contra Remonſtrantes beneplaciti eſſe volunt, quorum indiuiduorum*

Deus

Deus miſertus fuerit, quorum non, ita nos qualiu̅ indiuiduorum, qualium non. Vnde apparet minimè nos abſolutam in Prædeſtinationis negotio voluntatem negare, ſed agnoſcere potius. Abſolutæ enim voluntatis eſſe arbitramur, Decretum illud vniuerſale, de fidelibus ſaluandis, infidelibus reprobandis, in quod reſolui ſemper neceſſum eſt Decretum de ſingularium ſalute & damnatione, ex fidei infidelitatiſue præſcientia quod conditionatum reuera eſt, quia ſine harum conditionum præſcientia nec Decretum de ſaluandis quibuſdam ſingularibus, nec de prætereundis alijs facturus vnquam fuiſſet Deus. Nec hoc ipſo voluntatem Dei à cauſis mediis ordine poſterioribus dependentem facimus, cùm fidem, infidelitatemque non vt cauſas iſtorum decretorum propriè dictas, ſed vt conditiones à Deo præſcitas conſideremus; ideoque non ordine decretis iſtis poſteriores, ſed ſecundum rei naturam in Dei mente priores.

Secundum punctum quod in controuerſiam venit (aiunt Vualachri) *eſt, quodnam Prædeſtinationis obiectum ſtatuendum ſit. Nam aduerſarij contendunt, Deum in decernendo contemplatum fuiſſe homines quos eligebat non modò vt iam conuerſos & fide præditos, ſed etiã perſeueraturos in eadem fide; quos abiiciebat, vt impœnitentes & incredulos, aut certè à fide ac probitate defecturos, nunquaq̃; ad meliorem mentem*

labiles, reparabiles, vti Doctoris F. Gommari habet ſententia: an vt conditi, ſed in puris naturalibus conſiderati vti viſum F. Iunio: an vt lapſi iam, vti Vvalachri: an verò vltra vt vocati & credentes, aut vocationi non obtemperantes, vti Patribus priſcis ante AVGVSTINVM, MELANTHONI, SOHNIO, *&* IACOBO ARMINIO *alijſque probabilius viſum:* Deinde aiunt ſe etiam in illam ſententiam conſpirare, *nihil quod in homine* DEVS *prauiderit Decreti iſtius cauſam exiſtere potuiſſe. Sed tamen* (ſubdunt) *obliti hic videntur fratres Vvalachri eorum, quæ iam ante ſcripsêre, nimirum: Decreuiſſe Deum quibuſdam inferre damnationis pœnam propter peccatum. Hic enim meritoriam iſtius Decreti cauſam peccatum faciunt, & illud in homine prauiſum. à quo cum multis paraſangis diſcedant ij, qui hominem in Prædeſtinatione, aut vt condendum ſingulariter, aut communiter conſiderant & indefinitè, vtique non cõſentire in ipſa re, nedum in illo dogmate: Nihil prauiſum in homine Decreti iſtius cauſam eſſe potuiſſe; ſed maximè diſſentire nobis videntur, in tantum quidem, vt poſteriores priore ſententia* DEVM *inſipientiæ argui, priores poſteriore* DEVM *iniuſtitiæ inſimulari contendant. Quod ſi verò prior, quæ in lapſu hæret, veſtigiis, vt hic dicitur, Confeſſionis Belgicæ, Anglicæ, & Gallicæ inſiſtat, vtique po-*

ſterior ab illis Confeßionibus recedet, maximumq́; hic iterum inter illas ſententias apparet diſcrimen. Sed aut hic Contra-Remonſtrantibus in ſua, aut VValachris in Contra-Remonſtrantium cauſa loquentibus fides deroganda. Illi enim ab Eccleſia Reformata quicqnam ſuper hac re ſtatutum eſſe negant, imo quæſtionem illam dicunt excedere limites Confeßionis & Catechiſmi, hi verò ad Confeßionem Belgicam, Auglicam, & Gallicam prouocant.

Tertium punctum conſiderandum dicunt eſſe VValachri de ordine fidei, ſicque ſuam ponunt ſententiam: *Noſtri fidem ex Electionis beneficio promanare, ac proinde medium eſſe ſubordinatum decreti illius executioni, neque tamen hinc conſequi, infidelitatem eiuſque fructus reprobationis effecta eſſe: hac enim Deum quid fieri ab homine ſpontaneam voluntatis ſuæ motionem ſequente nō coacte, ſed voluntariè ac iuſtißimè permiſſurus eſſet; Electione verò quid ipſe eſſet in homine per Spiritum ſuum operaturus ſapientißimè decreuiſſe.* Leydenſes ſic ſuam ſubiungunt: *Fidem vt quippiam antecedens Electionem in mente Dei eligentis, quamque vt præſtitam præuidet, cōſideramus, fructum verò conſequentem & mediū executioni prioris decreti de ſingularium Electione ſubordinatum eſſe negamus. Agnoſcimus tamen fidem conſequens, effectum & fructum dici poſſe Decreti iſtius generalioris de fidelibus ſaluandis, infidelibus condemnandis, cum ex hoc decreto conferendæ fidei fluat neceßiuas, ipſa verò fidei collatio*

ex tertio decreto de mediorum ad fidem impetrandam adminiſtratione. Quando verò Deum in Reprobatione decreuiſſe aiunt, quid fieri ab homine ſpōtaneam voluntatis ſuæ motionem ſequente, non coactè ſed voluntariè, ac iuſtiſſimè permiſſurus eſſet; nec ex Contra-Remonſtrantium ſententia, nec conſentaneè loquuntur. Non ex Cōtra-Remonſtrātium ſententia; Hi enim in Collatione Hagienſi quid de Reprobatione eiuſque effectis ſentiant, exponere detrectarunt, licet eorum non pauci & ſcripſerint iam ante, & ſcribant etiam nunc (vti i fra demōſtrabitur) fructus reprobationis eſſe creationem reproborum, deſertionem ſiue gratiæ ſubtractionem, excæcationem & indurationem, perſeuerantiam in peccato: addo etiam hæc ipſa effecta reprobationis ab illis vocari & κατὰ τὸ ῥητὸν & κατὰ τὴν διάνοιαν. κατὰ τὸ ῥητὸν quia Bezæ, Polani, Perkinſi, VVittakeri, Bircani aliorumque hoc affirmantium voces, ſuffragio ſuo cōprobant: κατὰ τὴν διάνοιαν, quia qui infidelitatem fructum vocat reprobationis, annon eius effectum eſſe pariter agnoſcit? qui Deum voluiſſe contendunt, vt peccaret homo, vt incredulus eſſet ac contumax, quo viam ſibi ad ipſorum iuſtam condemnationem ſternat, & eundem Deum non permiſſiuè ſolùm ad peccatum, ſed ἐνεργητικῶς concurrere; annon ἐμφατικῶς ſatis hæc ipſa peccata reprobationis effecta eſſe ſignificāt Non conſentaneè eos loqui inde euidens fit, quia ſolum decretum permittendi hominem ſibi, infallibile medium non eſt exequendi decretum abſoluta

1. ſecundum verba & ſecundum ſenſum

1. efficaciter. expreſſè.

ſoluta reprobationis, cum poſita illa permiſſione nō neceſſario, ſed liberè homo peccet, hoc eſt, poſſit non peccare. Decreto ſiquidem permiſſionis media ſolū-modo peccatum inhibitura efficaciter ſuſpendun-tur, ideoq́; ex hoc diuinæ voluntatis immanente a-ctu peccandi & in peccato perſeuerandi neceſſitas fluit nulla, quod conſiderantes alij, Caluinus, Beza, Perkinſus, quiq́; hos ſequuntur, reprobationis decre to, non decretum permiſſionis ſolum ſed & decretū efficax de ſubtrahenda homini gratia, eoq́; excacā-do & indurando ſubordinant, ne antecedentis ab-ſoluti decreti executio à libertate hominis & con-tingentia vlla cauſa ſecundæ ſuſpendatur. Rurſus inconuenientiſſimum nobis videtur affirmare, De-um electione decreuiſſe, quid ipſe eſſet in homine per ſpiritum ſuum operaturus. Electionis ſiquidem abſoluta ad ſalutem decreto ſalutis tantum, non fi-dei decernitur collatio.

Quartum punctum circa idem caput de Prædeſtinatione controuerſum eſt, de voca-tione. De qua ſic VValachri: *Noſtri vocatio-nem hominum, quæ verbi prædicatione ex man-dato Domini perficitur, exequendi illius con-ſilij medijs annumerant. Quum autem do-cent Noſtri non omnibus, quibus prædicatur Euangelium, donari credendi facultatem, ſed quoſdam ſingulari Dei bonitate efficaci-ter trahi, alijs in cæcitate & contumacia ſua iuſtè derelictis, Deum agere ſimulatè cum ho-minibus inde colligunt. Noſtri contra exci-piunt*

piunt Euangelij prædicationem, propriè quidem & principaliter electis in ſalutem, per accidens tamen & minus principaliter reprobis in teſtimoniū diuina ordinatione deſtinatam eſſe. Leydenſes hoc modo: *Neq; enim nobis vocatio medium eſt exequendi Prædeſtinationem ſingularium, & quidem eorū quos in fide perſeueraturos præuidit Deus. Verum decretum vocationis, quo media ad fidem ingenerandam neceſſaria adminiſtrare inſtituit, natura ordine Prædeſtinationis & ſaluandi conſilio præmitti debere arbitramur, cuius tamen neceſſitatem ex priori decreto ſaluandi credituros quoslibet deducimus. Hoc dicimus, Deum quoſdam externa Euangelij prædicatione non dignari, idq; non iuxta aliquod abſolutū Decretum quibuſdam hominib. fidem & ſalutem non dandi, ſed propter alia in homine ipſo latentia, nobis incognita, Chriſto nota, cui ſuum regimen eſt permittendum. Nam diuerſimodam prorſus rationem eſſe agnoſcimus vocandi hos, non vocandi alios Quos vocat Deus, & prædicationis gratia primitus dignatur, vt plurimum tales eſſe fatemur, vt nihil minus ipſorū virtutes, quàm hanc donorum diuinorum largitionem indebitam promereantur, nihilq; in ipſorum natura dignum iſta gratia reperiri poſſit; ex aduerſo potius quamplurima eſſe , propter quæ , ſi ex ſeueritate Deo agere libitum eſſet , æternum tantis donis meritò priuari debeant; ideoque non ex ſolo tantum beneplacito diuino*

hoſce externa verbi voce vocari, verùm etiam ex abſoluto, nulla ab ipſis præſtita conditione quam ad vocationem praexigere viſum Deo fuerit. Verùm non ſub obſcuris ex ſcriptura rationibus ac teſtimoniis colligi poſſe putamus, interdum Deum hãc vel illam gentem, ciuitatem, perſonam, Euangelij reuelatione præ aliis dignari, quàm ipſe dignam pronunciat non quidem ex propriæ ſanctitatis dignitate aliqua, ſed ex gratioſa ſua æſtimatione, qua per naturalem legis ſuæ notitiam, & meliorem gratiæ communioris vſum correctos nonnihil idoneos iudicat, quos vlteriore gratiâ, idque ex beneplacito ſuo donet ijsq; anteferat, quos vel gratia ſemel oblata contemptores fuiſſe improbos, vel horrendis alioquin ſceleribus mancipatos deditosq; comperit. Cur verò quàmplurimas gentes, ciuitates, perſonas hac, vel illa tẽporis periodo; tali vel tali gratiæ menſura nõ vocet, etiam liberrimæ voluntatis eſſe cenſemus, ſiue hoc ipſum mereri quoq; potuiſſe ſtatuatur præter originalem corruptionem ſingularis quædam ipſorum improbitas, quod ſi ſiat, beneplaciti diuini erit talibus iſto tempore tãtundem gratiæ non largiri, ſiue nulla huius voluntatis meritoria cauſa ſingularis ex parte hominũ dari poßit quod nobis veriſimile magis videtur. Atq; hic quidem profundas diuitias, tũ ſapientiæ, tũ cognitionis Dei inſcrutabilia eius iudicia & vias imperueſtigabiles ſuſpicimus ac veneramur. At cur hominum quoſdam nullo vitæ ſuæ tempore Euangelij præconio ad ſalutis participationem reapſe inuite,

uitet; rurſum ſolius beneplaciti eſſe dicimus, licet nō abſoluti, ſed talis, quo nōniſi veritatem in iniuſtitia detinentes, & rectæ rationis ſemina portentoſis flagitiis extinguentes, ſaltem nonniſi ob inſigne peccatum, Euangelij ſui annuntiatione deſtitui cupit. Et tunc cauſam præteritionis meritoriā in natura hominum, ſiue in hominibus ipſis latere non inficiamur. Vnde colligere eſt, non ſtatui à nobis ſemper melioribus Euāgelij gratiam offerri, ſed vt plurimum ea indignis, tantum abſit, vt vocationis cauſam non in Dei beneplacito, ſed hominis natura reſidere credamus. Et quamuis ante omne gratiæ auxilium, tum eius, quæ communiſſima eſt; & nulli non homini affulget, tum eius quæ Euāgelica prædicatione definitur, & à priore ſub proprio gratiæ nomine diſtinguitur, nullum fere (aliquod enim à temperamento proficiſci non eſt dubium) inter gentes corruptionis diſcrimen appareat, tamen inſcripta iam cordibus ipſorum aliqua Dei & voluntatis diuinæ notitia, ſimilem adhuc eſſe omnium improbitatem neutiquam putamus.

De interna & externa vocatione ita ſtatuimus vt diſparatas has ex prima Dei intentione vocationes eſſe negemus, contra verò neminem externi verbi voce vocari credamus, quem non etiam ſed ſuis gradibus & ſucceſſibus, verbo & ſpiritu ſuo intus afficere, & ni hominis obſtet malitia, reapſe conuerſum iri ſeriò velit. Hanc ipſam ob cauſam verbo prædicato ſpiritus operationes ſo-

cias facimus, & iis quoque qui effectu ipſo non excitantur ex ſpirituali morte in vitam, verbum prædicari, dicimus ſpiritu viuifico minimè deſtitutum, intellige quo viuificari ſufficienter & efficaciter poteſt homo, & viuificare peccatorem nondum refractarium vult ſeriò etſi non abſolute, Deus, & viuificare iam plus minuſue aggreſſus eſt. Quoties verò docent Contra-Remonſtrantium plerique Deum externa Euangelij prædicatione reſipiſcentiam ac fidem ab iis exigere, quos conuerſos non vult, quibuſq́; potentiam credendi abſoluto decreto largiri noluit, nec in alium finem vocari reprobos, quàm vt excæcentur, indurentur, & ni credant, grauiorem ſibi accerſant dānationem; ab hypocriſi hunc agendi modum vindicari non poſſe noſtra fert ſententia.

Vbi verò locorum Contra-Remonſtrantes excipiunt, Euangelij prædicationem propriè quidem & principaliter electis in ſalutem, per accidens tamen & minus principaliter, reprobis in teſtimonium diuina ordinatione deſtinatam eſſe, hactenus videre non licuit. &c.

DE SATISFACTIONE CHRISTI.

DE ſecundo principali capite ſic Vvalachri: *Docent Remonſtrantes Chriſtum ex propoſito æterni Patris quod ipſum electionis decretum ordine anteceſſerit, pro omnibus indiuiduis hominum, tam pereuntium quàm ſeruandorum mortem oppetiiſſe, adeoq́; omnibus recōciliatione*

tione cum Deo & remiſsione peccatorum acquiſitâ, effeciſſe vt Deus citra iuſtitiæ ſuæ violationem, omnibus gratiæ oſtium rurſus aperuerit. Tametſi plurimi eorum per incredulitatem huius beneficij fructum non percipiant. Noſtri contra Chriſtum ex propoſito æterni Patris, quo gratuitæ electionis conſilium efficaciter exequi decreuit, pro ſolis electis, vt verè credentibus ſibi à Patre traditis mortē ſubiiſſe, ac proinde Remiſsionē peccatorū & liberationem ijs ſolis acquiſiuiſſe, quibus efficaci virtute ſua idem beneficiū reipſa cōmunicat. Sufficere quidem Chriſti mortem, quoniam ob perſonæ dignitatem ſit infiniti pretij, omnibus omnium hominum peccatis abolendis, morti tamen traditum eſſe tantum pro ijs, quos Pater per ipſum ab interitu exemptos, ad immortalem vitam traducere conſtituerat.

Remonſtrantes fatentur ſtatū controuerſiæ huius ita ſe habere. Hinc aiunt Vvalachri in diſquiſitionem venire primò: an cauſa ſuprema προηγουμένη mortis Chriſti pertineat ad electionis decretum quo Deus ab æterno ſuos per Chriſti meritum ad finem beatiſsimum perducendos deſtinarit. quod dicunt ſe cum reliquis Contra-Remonſtrātibus tenere, & putare abſurdum quod Deus dicatur decreuiſſe quomodo conſilium ſuum exequeretur (quod fit per miſsionem Chriſti) priuſquam conſilium (de ſaluandis hominibus) vllum cæpiſſet. *Impulſiua.*

Leyden-

Leydenſes cauſam illam referunt ad charitatẽ qua Deus dilexit mundum,id eſt,vniuerſum genus humanum tanquam ſuas creaturas.*Inde aiunt, manaſſe primum illud abſolutum decretum de Filij miſsione, qui ſanguine ſuo pro peccatis ſatisfaceret, & æternæ redemptionis ius poteſtatemq; impetraret, ijſque quibus viſum eſſet Patri conditionibus ſalutem conferret. Quod quidem ſecuta ſunt alia decreta, partim de his ipſis conditionibus, partim de medijs ad conditionum præſtationem neceſſarijs.* Deinde arguunt ſententiam Contra-Remõſtrantium.Primò,quòd in ea Deus prius decreuiſſet homines filios iræ ſaluare,quàm qua ratione iuſtitiæ ſuæ ſatisfieret diſpexiſſet.Secundò,quod meritis Chriſti nimium derogent,cum abſque vllo ad paſſionem eius reſpectu peractum fuerit de peccatoribus ſaluandis decretum, quod aiunt valde placiturum Socinianis , qui inde ſint Achilleum argumentum deducturi, quod ſcilicet nihil abſurdi contineat, dicere Deum iuſtè omnes prædeſtinatos ſaluare abſq; vlla ſatisfactione Chriſti:ſi enim Deus ſine Chriſti ſatisfactionis reſpectu voluerit eis ſalutem dare, cur quod iuſtè voluit,inſtè facere non potuerit.

Examinandum ſecundo? An ex propoſito æterni Patris Filius pro omnibus hominibus, nemine excepto, mortẽ ſuſtinuerit? Negant VValachri , concedunt Leydenſes,

vnde

vnde illi ſuſtinent Chriſtum omnibus pro quibus mortuus eſt vitam reipſa contuliſſe. &c.

DE LIBERO ARBITRIO.

De tertio principali capite, ſcilicet, de Libero arbitrio & corruptione lapſi hominis *docent noſtri* (aiunt Vvalachri) *intelligentiam, cuius eſt obiectum monſtrare voluntati, in rebus ſpiritualibus quæ ad vitam immortalem pertinent, non ſolum nihil prorſus capere ſine gratiæ adminiculo; ſed planè cæcã eſſe, præcipuaq; cœleſtis doctrinæ capita faſtidire, imo vt abſurda & falſa deſpicere: voluntatem, vitio in quod cecidit ſuperatam, noniſi in malum & quidem ſpontaneo ac libero motu propendere. Affectus denique inordinatis appetitionibus & prauitate ad quæuis ſcelera impellente, vitiatos eſſe, nihilque in hominis anima ante conuerſionem reliquum manſiſſe, quã quod ipſum ἀναπολόγητον coram Deo reddat.*

Leydenſes primò ſic hanc ſententiam cenſent: *Sed mirum quam hic ſibi contradicant Vvalachri. Aiunt intelligentiam hominis irregeniti in rebus ſpiritualibus quæ ad vitam immortalem pertinent, nihil prorſus capere, & ſtatim ſubiungunt: nihil in homine reliquum mãſiſſe niſi quod ipſum ἀναπολόγητον, coram Deo reddat. At hoc ipſum quid eſt, niſi aliqua rerum diuinarum* *In excuſabile.*

Digitized by Google

narũ quæq; ad vitam immortalem pertinent cognitio? Deinde ſuã ponunt ſententiã. *Si enim vti conſtans eſt philoſophorum ſententia, radix libertatis in iudicio rationis & intellectu ſita ſit, quale ratio obiectum monſtrat, aut monſtrare poteſt, tale eligit voluntas. Quare ante lapſum & boni & mali rationes edocta mens, & hoc & illud voluntati eligendum repudiandumque offerre potuit. In lapſu boni ſalutaris & ſalutifici prorſus ignara voluntatem talis boni cupidine inflammare non fuit potis. In ſtatu regenerationis, noua doctrinæ Euangelicæ cognitione donata, nec non reſiduam habens mali cognitionem, ad boni pariter ac mali electionem voluntatem excitare, denuo comparata eſt. Poſt hanc vitam vero felicitatis ſummæ particeps futurus homo, nec vllas malorum rationes in animum admiſſurus, ſolius boni amore circũſcriptam voluntatem habebit. Semper itaque & in omni vitæ huius ſtatu libertas voluntati eſſentialiter adhæret, ſed talis, qua obiectum velle poteſt vel nolle, quam contrarietatis, alij ſpecificationis vocant, aut qua obiectum poteſt velle, vel non velle, quam contradictionis ſiue exercitij vocant, Vtramque exercet voluntas circa media & fines non vltimos. Poſteriorem ſolum circa finem vltimum, aut bonum in genere conſideratum.* Dein ſubdunt: *Ingenuè credimus elanguiſſe adeò noſtras vires, vt niſi eas reſtauret gratia, ad ſalutaria bona pertingere nequaquam poſſint. Nec tamen inficias imus, arbitrari*

trari nos; poſſe hominem vtcunque adhuc in peccatis mortuum, nec ſpiritu Chriſti regenitum, ex dictamine legis in cordibus inſcriptæ facere ea quæ legis ſunt, & , vt Perkinſus loquitur venire ad templũ, loqui, & annũciare verbũ Dei, extendere manus ad Sacramentũ recipiendũ; item aures præbere (externas ſaltem) nos docere cupienti, quibus veluti medijs ab ipſo Deo ad cõuerſionem prærequiſitis; ad vberiores diuinæ benignitatis percipiendas opes deducitur, aut ſi adhibere illa negligat, ἀναπολόγητος redditur.

Circa hoc caput diſquirendum dicunt Vvalachri de natura voluntatis: *In eo quidem* aiunt, *inter omnes conuenit, liberè agere quicquid agit. ſed hoc quæritur: an eiuſmodi libertas dari nõ poſſit, niſi in voluntate quæ tam ad bonum ſpirituale eligendum, quàm ad malũ auerſandum, naturæ conditione comparata ſit. Noſtri tametſi fateantur homini in eſſe vim προαιρετικὴν qua voluntas obiectum oſtenſum à ratione, boniqueſpeciem habens, licet non ſit verum illud bonum, liberè eligit, contraq; auerſatur, quod mali ſpecie ſe intellectui conſpiciendum obtulit, ſtatuunt tamen falli ipſos in definienda libertate voluntatis, quam propriè non ex obiectorum diuerſitate, ſed ex agendi modo qui coactioni opponitur metiri debeamus. Liberum enim arbitrium naturaliter homini inditum manere in natura quamuis qualitate deteriori olim in Adamo mutatum ſit, & meliori mutetur indies: à Chriſto.* Reſpondẽt Leydenſes

denſes: *Hic nec ſententiæ noſtræ, nec liberi arbitrÿ ſatis ſe intelligentes eſſe oſtendunt.* Non *ſententia noſtra; quia non cenſemus eſſentiale eſſe voluntati ad bonum vel malum ſe inclinare poſſe, quin potius impoßibile hoc fuit in ſtatu lapſus, in quo boni ſupernaturalis & ſaluifici defuit cognitio, & impoßibile erit poſt hanc vitam, in qua peccandi & malum volendi rationes probabiles menti non obuerſabuntur, ſed in primo ſtatu eam fuiſſe dicimus liberi arbitrÿ naturam, vt ad bonũ, & ad malũ ſe inclinare poßet homo.* Non *liberi arbitrÿ: quia eius libertatem coactioni ſolummodo opponunt, & nonniſi in ſpontanea voluntatis ad ſuum actum inclinatione conſiſtere autumãt, qualis certè libertas, cum determinatione ad vnum, hoc eſt neceßitate propriè dicta ſiue naturæ optimè conſiſtere poteſt. At contra ſaniores noſtro iudicio* Philoſophi & Theologi *libertatem voluntatis humanæ opponunt neceßitati ad vnum determinanti, eamq́; in ſe citra vllam huius vel illius ſtatus conſiderationem definiunt, voluntatis potentiam actiuam, qua poſitis præequiſitis ad agendum neceſſariis, velle, poteſt, vel nolle, aut velle, & non velle, hæc enim differentia ad actus vel contrarios, vel contradictorios à voluntatis liberta te eſt inſeparabilis.*

Iterum videndum (aiunt Vvalachri) *An omnis neceßitas quæ ex antecedente decreto diuino manat, libertatem voluntatis, & contingentiã tollat: Noſtri negant, Aduerſarÿ aſſerunt.* Reſpõdent

Leydenſes: *impoßibile eſſe etiam per abſolutam Dei potentiam, vt vna eademq́ actio poſitis iiſdem prærequiſitis, propriè dicatur neceſſaria, hoc eſt, natura ſua talis, vt non poßit non fieri, & propriè cōtingens, hoc eſt, natura ſua talis, vt poßit eſſe & non eſſe. Quare ſi ponatur actu antecedens aliquod decretum, quo Deus, vt illa exiſtat, decreuit, ſtante illo decreto, neceßitatem propriißimam accipit & non poteſt non fieri.* Dein ſubdunt: *Verùm quærere libet ex Vvalachris, an dum inter neceßitatem hic & libertatem voluntatis contingentiamq́ diſtinguunt, per libertatem intelligāt ſponte operantem & non coactè potentiam; per Neceßitatem verò coactionem: an verò eam libertatem quæ neceßitati determinanti ad vnum opponitur, eamq́ neceßitatem, quæ indifferentiam illam ad velle, nolle; velle, non velle non patitur; aut tandem neceßitatem intelligant determinatam ad vnum, & libertatem à coactione. Si prius dicant, ſequetur Primò ex decreto diuino coactionem manare; aiunt enim neceßitatem eam, quæ ex decreto diuino manat, cum libertate conſiſtere poſſe. 2. Iudæos coactè & ſpontaneo motu Chriſtum morti dediſſe, & coactionem cum ſpontaneo conciliari poſſe. Si ſecundum eligant, fateri neceſſe habent, aliam eſſe libertatem voluntatis, quàm illam, quæ coactioni opponitur, nimirum eam, quæ in actuum ſuorum conſiſtat indifferentia, & per conſequens libertatis naturam non ex agendi mo-*

do. qui coactioni opponitur, ſed ex illa determinatione metiendam eſſe. Si tertium placeat, nulla inter nos & ipſos hic controuerſia, nec enim diffitemur ſpontaneum, ſiue libertatem à coactione, cum determinatione ad vnũ ſtare poſſe, licet in electione voluntatis non concurrant, nec de hoc neceſſario & contingenti ſermo nobis ſit, cum ea eſſentijs differre ſcribimus. Sed de neceſſitate ad vnum determinata, & libertate ad oppoſita.

Deinde inquirendum (aiunt VValachri) *vtrum affectibus hominis nõ regeniti tantum inſit pronitas quædam ad peccandum, non etiam prauitas huiuſmodi quæ ipſum ad odium Dei & proximi propenſum efficiat, imo ad quodlibet malum perpetrandum incitet, niſi vniuerſali ſpiritus gratia in ordinem cogatur. Hoc* (poſterius) *noſtri aſſerunt.* Leydenſes ſe explicant tribus propoſitionibus, quarum prima eſt & pronitatem ineſſe affectibus hominis nõ regeniti & prauitatem. In ſecunda diſtinguunt vocem odij: *Odiſſe Deum ſecundum ſcripturas dicitur, qui mandata eius non ſeruat, nec voluntati eius obedit, & hoc ſenſu neminem non ante regenerationem Deum odiſſe aſſerimus. Odiſſe etiam Deũ ex voce odij natiua ſignificatione dici poteſt, qui directo in ipſum Deum cordis ſui odio fertur, maieſtati illius male vult vſque adeo vt vel ipſum Deum non eſſe, aut inſigni quadam iniuria affectum velit, quo ſenſu an õnes irregeniti Deum oderint non facile dixerimus.* Tertia eſt: *impoſſibile prorſus eſſe hominẽ ad quod*

libet

libet malum propenſum eſſe, ſi per τὸ quodlibet ſingula malorum genera & ſpecies ἁπαξαπλῶς intelligantur: neque enim idem homo in prodigalitatis ſimul & auaritiæ vitium procliuis eſt. &c. i. Simul & ſemel.

DE GRATIAE DIVINAE OPERATIONE.

VValachri de hoc capite ſic: *Noſtri ſtatuunt Spiritum ſanctum ordinariè per verbi prædicationem alios quidem grauiſſimo cõſcientiæ teſtimonio conuictos miſeriæ ſuæ ἀναπολογήτους reddere, alios verò efficaciter trahere, mentibus eorũ illuminatis & affectibus ſanatis, adeo vt quãuis ex carnis ſuæ ingenio Spiritus operationi nonniſi reſiſtere poſſint, tamen huius virtute emendati, atq; in aliam naturam regeniti, volenteſq; facti ex nolentibus, non ſolum credendi facultatem acceperint ſed actu in Euangelij obſequium ſe addicant, ac proinde vnicam fidei ac conuerſionis ſuæ cauſam Spiritus ſancti gratiam agnoſcãt.* inexcuſabiles. Leydenſes hoc modo: *De conuerſionis noſtræ cauſis ea nobis ſententia eſt, vt nec hominis ab ea voluntatem, nec Dei per verbum Spiritumq; operantis gratiam excludamus, ſed illam vt huic ſubordinatam, hanc vt illam præuenientem ſemper & mouentem conſideremus, vtraque, licet diuerſiſſimis modis, ad eiuſdem operis boni ἀποτέλεσμα concurrente. Voluntas ea eſt cauſa quæ proximè & immediatè vult bonum, credit, ſperat, diligit. Nam cum omnis actio ex aliqua proximè potentia emanet*

hos ipſos conuerſionis actus ad voluntatem referri neceſſe eſt, non ad Deum, quia non Deus in Chriſtum credere, ſperare, dolere, pœnitere dicitur, ſed voluntas. vnde fit vt hanc cauſam quoq; iſtorũ actuum eſſe negari nequeat, niſi qui non hominem, ſed Deum in homine conuerti dixerit. Verùm cum hi conuerſionis actus altioris ſint ordinis, nec valeat naturalis & congenita voluntatis potentia illos ſuis viribus producere, ſuperiore & altioris quoq; ordinis cauſa opus fuit, quæ voluntatis potentiam eleuaret, & nouas vires ſufficiendo, volũtatem noſtram faceret poſſe, quod ex ſe non poſſet, nec hoc tantum, ſed & dum facit & operatur illa, adeſſet, actumqúe, vt ita loquamur, comproduceret. Atque hæc cauſa Deus eſt gratioſè operans. Quare diſtinctè hic voluntatem ſiue hominem, & Deum ſiue gratiam, vt ſubordinatas quidem, ſed non ſeparatas ſeu collaterales cauſas intuemur, & ſecundùm ſcripturas & rectam rationem, ſolum hominem dicimus credere in Chriſtum, mortificare ſuum veterem hominem, & viuificare nouum, cum timore ac tremore ſalutem ſuam operari intellectu, voluntate, appetitu, ſingulis quod ſuum eſt agentibus, cum ad nullum ſuppoſitum aliud iſta actiones referri poßint, præterquam ad hominem. Rurſum, Deum dicimus ſolam & vnicam eſſe cauſam, quæ gratioſo in intellectum, voluntatem, affectus influxu has potentias præuenit, excitat, viribuſq; abũdè inſtruit ad actionũ talium productionẽ, quas ex ſe, per ſe, à ſe, in ſe in æternum productura nõ fuiſſent, nec producere potuiſſent.

tuiſſent. Ideoq; non homini eiuſq; potentijs acceptam ferimus vel minimã conuerſionis laudem, aut acceptam ferri poſſe vel vlla ſpecie putamus, ſed ſoli Deo *qui vt intellectus creditu neceſſaria credat, voluntas eligenda velit, appetitus appetat, ſolus effectum dat.*

Circa hæc examinari volunt Vvalachri, Num omnes Euangelij prædicatione, conuertantur, quos SPIRITVS SANCTVS conuertere intenderat. *Aſſerũt* (inquiunt) *noſtri.* Leydenſes reſpondent: *non omnes Euangelij prædicatione conuerti, quos Spiritus ſanctus conuertere intendit, hoc eſt, quorum conuerſionem ac ſalutem seriò, & ſi non abſolutè vult & deſiderat, & velle ſe vocis publicæ præconio declarat. Maior ſiquidem pars conſilium Dei aduerſus ſe aſpernantur, & indignos ſe vita æterna iudicant.*

Itẽ. *Vtrum* SPIRITVS SANCTVS *conuertẽdis tantum largiatur ſufficiẽs auxilium, tum præuenientis, tum comitantis gratiæ, quæ per modum aßiſtentiæ, voluntatem ita excitet, & moueat, vt ſi velit, poſſit ſe ad credendi actum promouere, an etiam habitualem gratiam, quæ volũtatem refringit & regenerat, non eius ſubſtantiam mutando, ſed nouam qualitatem inducendo, veterem paulatim abolendo, vnde fides & conuerſio reipſa conſequantur. Poſterius noſtram, prius Remonſtrantium ſententiam complectitur.* Reſpondent Leydenſes, *Spiritum Sanctum conuertendis largiri auxilium ſufficiens & efficax præuenientis & conco-*

mitantis gratiæ, qua per modum aſſiſtentiæ, hoc eſt actionis, voluntatem ita excitat & mouet, vt non ſolum credere poſſint ſed & velint, licet poſſint non velle, & gratiam oblatam aſpernari. Quod ſi verè per habitualem gratiam non ipſos fidei ac charitatis habitus, ſed aliam quandam qualitatem efficacem intelligant, non repugnamus tale quippiam in voluntatem infundi, modo à qualitate illa voluntatem non irreſiſtibiliter determinari dicant.

Similiter de operandi modo: *Noſtri (aiunt VValachri) fatentur quidem corruptam hominis naturam Spiritus operationi perpetuo aduerſari, imo donec regenerationis beneficio ſanata fuerit non niſi aduerſari poſſe, quandoquidem* φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς θεὸν *à* Paulo *nominetur, ſed negãt interea adeo lãguidã Spiritus operationem eſſe, vt cor lapideũ nõ auferat, eiuſq; loco carneũ ſubſtituat, aliud.n. eſſe oppugnare, aliud expugnare & vincere Spiritus actionem: obſtrepere quidem* Deo *volũtatem, ſed filij efficaci gratia renouatã Spiritus ductũ quam promptiſſimè ſequi. Poſtquã autem voluntas Spiritus ſancti virtute ſanari cœpit, dupliciter conſiderandam eſſe, vt regenitam, & reliquias adhuc veteris corruptæque naturæ circumferentem, poſteriori intuitu repugnandi vires retinere: ſecundum priorem reſiſtere non poſſe, quia in ea parte ſemen* Dei *maneat, quo ſic formentur piorum corda ad rectitudinem, vt non præualeat caro, ſed à Spiritu dometur, & reluctandi potentia paulatim eneruetur. Regenerari enim nos in eam natu-*

Prudentia carnis inimicitia in Deum.

Digitized by Google

ram, in qua vbi numeris omnibus conſummata fuerit, voluntatis libertas erit, vt ſcribit Auguſtinus, non poſſe peccare; perſeuerantiæ felicitas, bonum non poſſe deſerere.

Leydenſes argũũt VValachros, quod non dixerint Cõtra-Remonſtrãtes docere operationem Spiritus ſancti eſſe irreſiſtibilem. Ipſi quęſtionem ſic formant; *Quæritur num eas omnipotentiæ vires in conuerſione hominis ordinaria per verbum explicet Deus, quibus voluntatem ad actionem neceſſariò & irreſiſtibiliter determinat, vt non poſsit illa actum ſuſpendere aut contrarium producere. Hoc nos negamus, illi rotundè non affirmant. Nec iſte* (ſubdunt) *qui ex Auguſtino adfertur locus, nobis quicquam incommodat, ſed potius fratrum de inamiſsibilitate (liceat his vocibus vti) gratiæ, in hoc vitæ curriculo ſententiam damnat, cum Perſeuerantiæ falicitatem, quæ in eo conſiſtit, vt bonum non poſsit deſeri, in eum ſtatum reÿciat, in quo omnibus numeris conſummata erit natura noſtra.*

Deinde VValachri ſuam ſententiam latiùs ſic aperiunt: *Conſideramus fidem quatenus eſt donum Dei, & actio hominis. Illo reſpectu dicimus voluntatem ſe paſsiuè habere, quoniam à ſpiritu Dei nouam qualitatem accipiat: iſto verò actiuè, quandoquidem ex iſta qualitate diuinitus accepta Euangelio aſſenſum præbeat. Ergo actum à Dei Spiritu rectè agere, ipſumque velle à nobis quidem eſſe, ſed bene velle à Deo.* Deinde

dicunt examinandum: *num hinc ſequatur volũtatem noſtram moueri à Deo violenta impulſione, neque ſecundùm naturæ proprietatem liberè agere ſed homines in truncos & lapides conuerti? Aiunt Remonſtrantes. Negant noſtri: arbitramur enim non aboleri voluntatem noſtram, Deo in ipſam effundente ſuam gratiam, quo minus verè voluntas ſit, ſed nouam creari, non vt voluntas eſſe incipiat, ſed vertatur ex mala in bonam, ex nolente in volentem. Itaque id quod creata natura eſt integrum manere, corrigi quod corrupta erat:*

Reſpõdent Leydenſes: *Quæritur an Deus voluntatem ex nolente faciat volentem irreſiſtibili potentia, an relicta voluntati libertate non volendi aut nolẽdi. ſi prius eligant, duas coactionis proprietates iſtic reperire eſt, ſcilicet primò neceſſitatem, qua ita ad actum ſuum determinatur voluntas, vt non poſſit oppoſitum, quæ cum libertate propriè dicta pugnat; Secundò neceſſitatem coactionis, quæ cum ipſa voluntatis ſpontanea inclinatione in obiectum pugnat, & non ſolum libertatem ad oppoſita, ſed ipſam voluntatis eſſentiam tollit, cum cõtra naturam appetitus ſit ferri in obiectum coactè, hoc eſt, contra naturalem inclinationem. Quod ſi ea quam Contra-Remonſtrantes vrgent ratione Deus hominem conuertat, nullum nos diſcrimẽ videre ingenuè fatemur inter hominis & trunci viuificationem. Cum enim in homine quantumuis voluntate prædito ita operetur ex ipſorum placitis Deus, vt non poſſit non voluntas*

tas agere id quod agit, & ſola conuerſionis cauſa ſit Spiritus gratia, non cooperante voluntate & hac ex innato principio reluctans Spiritui, ad obedientiam tamen potentia cui reſiſti nequit flectatur, ita quidem vt cauſa iſtius actus dici non poſſit, certè non alium hunc eſſe agendi modum cenſemus, quā ſi ex lapidibus filios Abraha eſſet facturus Deus, aut ex limo terra Adamum, aut ſi contra naturalem inclinationem molem aliquam ſaxeam ſurſum attolleret.

Ad extremum quaritur (aiunt VValachri) *vtrum ſola Spiritus efficax gratia ſit fidei & regenerationis cauſa, an etiam voluntas hominis. Hoc Remonſtrantibus placet; illud verò noſtris. Illi enim ad nos alibi his verbis vſi: Videntur, inquiunt, ſentire fratres ipſam fidem non eſſe voluntatis, ſed Dei opus, rogamus igitur quis credat? Si homo eſt, ergo opus voluntatis, ſi huius opus, ergo proxima cauſa voluntas. Ex aduerſo noſtri, velle quidem hominis ſeu natura, ſed bene velle, cuiuſmodi eſt fides, ſolius eſſe gratia.* Leydenſes admittunt diſcrimen & Contra-Remonſtrantes ſibi contradicere arguunt.

DE PERSEVERANTIA SANCTORVM.

VV Alachri ſuam ponunt ſententiam ſic; *Noſtri fatentur quidem eos qui Chriſto vera fide inſiti ſunt, & viuificante Spiritu praditi,*

in grauiſſima peccata prolabi poſſe , vſq; adeo vt plurima Spiritus ſancti χαρίσματα amittant, nihilque ſibi de proprijs viribus polliceri poßint: ſed tamẽ neque prorſus, neque finaliter omni Dei gratia & fide iuſtificante excidere: eorum enim ſalutem in immutabili Dei amore fundatam & filij Dei pretioſiſſimo λύτρῳ ſuffultam eiuſdemque perpetua interceßione communitam eſſe, ac proinde ſuper eius incertitudine non cruciari animo, ſed ab inhabitãte Dei Spirtu certiores fieri, eum qui cœpit & fidei, & regenerationis bonum bonum opus, vſq; ad diem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & exoptatißima gratiæ conſecutionem perfecturum eſſe. Inde quærunt: num hæc diſtinctio vſurpari poſſit, *Dei filios ſui reſpectu excidere fide, & regeneratione poſſe, non poſſe immutabilis Dei conſilij & amoris intuitu. Affirmant* (inquiunt) *noſtri, Remonſtrantes negant.*

Leydenſes ſententiam ſuam ſic aperiunt: *Reſpondemus diſtinguendo inter certitudinẽ de ſalute, & Dei erga nos fauore pro ſtatu præſenti, & pro ſtatu futuro. Pro ſtatu præſenti, ſicut quemlibet verè fidelem de fidei ſuæ integritate certo perſuaſũ eſſe poſſe & debere credimus; ita & de ſalutifera Dei erga ipſum beneuolentia certum quoque eſſe & debere iudicamus, niſi promißis Euangelicis diffidere, & de apertißimis Dei oraculis dubitare ſuſtineat. Pro ſtatu futuro certitudo vel abſoluta ſit neceſſe eſt, nulli innitens conditioni ab homine*

ne præſtandæ qualem dari negamus, vel conditionalis pari ſemper cum ipſa perſeueratione paſſu vadens, qua quis certus eſt de ſalute etiam in tempus futurum, ſiquidem in fide & pietatis ſtudijs perſeueret. Vtrum verò certus eſſe poſſit, ſe perſeueraturum in fide non dixerimus, immo de hoc dubitare & laudabile militi Chriſtiano, & ad excitandum veternum & torporem animæ in religionis negotio perquam vtile arbitramur. Sola hæc illi ſuffecerit certitudo, qua ſcit nec Deum, nec ſufficiens Dei auxilium illi defuturum vnquam, modo ſuis ipſe non deſit partibus, & peccato victas manus vltro dare velit.

Hæc de quinque capitibus. Poſt quorum propoſitionem ita Vvalachri: *Neque in obſcuro eſt, Remonſtrantes quamplurimos præter hæc quæ recitauimus controuerſiarum Capita, longè plura intus alere, quibus ab Eccleſiarum Reformatarum confeſſione abeunt vtcunq; ſe huic hærere ſimulent, adeoq; ſi in quinque illis controuerſiis ratio aliqua compoſitionis iniri poſſit; in tuto pacem Eccleſiæ futuram eſſe dictitent.* Negant, vt videtur, ſerio id Leydenſes, & ad argumenta quibus Vvalachri hãc ſuam ſuſpicionem probare conantur, ita reſpondent, vt tandem concludant hoc modo: *Quare (vt reſponſionis noſtræ numeros in ſummam contrahamus) ea nobis poſt quinque compertas Controuerſias dogma-*

dogmata impingunt Fratres, quæ vel Remonſtrantium non ſunt: vel ſi ſint, cum Confeßione reformatarum Eccleſiarum nõ pugnant: vel, quæ ſi falſa forent, nec directè tamen nec indirectè fidei ſaluificæ compagem luxant: vel, qui incerti ſunt & anonymi authoris, vel quæ ad librã veritatis ſi expendantur, verißima eſſe comperiuntur. Deinde ſubijciunt, *eſſe quoq; ea Contra-Remonſtrantiũ nonnullorum, vel eorum qui Contra-Remonſtrantium partes tuentur pronuntiata, quæ partim à Catholicæ Eccleſiæ ſententia, partim à Catechiſmo Palatino, & Confeßione Belgicarum Eccleſiarũ tot Martyrum ſanguine confirmata abeuntia, partim nouitate ſua ſuſpecta, partim in Dei gloriam contumelioſa, & pietati noxia, ſcriptis publicis apud noſtrates ventilantur, & non ſolum pij Magiſtratus, ſed etiam optimi ferè cuiuſq; animos ipſis adimunt, quin & extra Eccleſiam poſitos non parum offendunt, & doctrinam Reformatorum odioſißimè inſectandi anſam nulli non præbent. Ea ad hæc capita reuocabimus: De Reprobatione citra præuiſionem peccati, etiã infantiũ, de Creatione hominum ad interitum, Lapſu primorum parentum, Scripturæ, & Formularum fidei authoritate, Prouidẽtia diuina in malis actionibus, Pœnitentia, Cauſa infidelitatis, Iuſtificatione per fidẽ, Fideliũ peccatis, Magiſtratus circa ſacra authoritate, Hæreticidio, Moderatione adhibenda in rebus Theologicis, Articulorum inter nos, & Contra-Remonſtrantes de Prædeſtinatione & annexis controuerſorum neceßitate.* Quic-

Quicquid de his ſit, cum ex narratione huius diſsidij, quam parte prima fecimus, vtcunque innoteſcant, nolo in iis eſſe curioſior de modo conciliandi potiùs cogitandum eſt, ſat turbarum dederunt quinque iſta capita.

Dubitaui hic mecum aliquantulum num vel ad concordiam partium, vel ad lectoris vtilitatem expediens foret, ſi ſingula harum quæſtionum capita (prout ab exteris, ſed religioni ſuæ ſtudioſis petiuerant tùm Vvalachri Contra Remonſtrantes, tùm Leydenſes Remonſtrantes) ad Sacræ ſcripturæ limam & rectæ rationis dictamen reuocata diligenter examinarem, quibuſnam in punctis à veritate & quouſq; recedant, exponerem, quid in iis tolerari, quid non poſsit arbitraria ſententia pronunciarem. Verùm cũ illud tantæ eſſe operæ intelligerem, vt libelli huius (quẽ, vt pluribus ſeruiat, quàm breuiſsimum eſſe volo) moles nimium inde augenda foret: cum item diſputationes iſtæ nõ niſi ab iis, qui non mediocrem & philoſophię & Theologiæ cognitionem perceperunt, intelligi poſsint: qui autem tales ſunt, facilè ſibi ea quæ à noſtris Doctoribus exactè ſatis & prolixè de hac materia diſſeruntur, ea quoq; quæ tùm contra Pelagium, Fauſtum, & Caſſianum ſeu Maſsilienſes, qui naturalibus arbitrij noſtri viribus nimium tribuebant, tũ contra Manichæos, qui libertatem arbitrij negan-

negantes homines malos natura, non electione tales eſſe aſſerebant, Sancti, Auguſtinus, Proſper, Fulgentius alijque Patres iam olim ſumma diligentia diſputarunt; cũ inquã, hæc ſibi comparare ij qui ſapientiæ fructum inde ſperant; facilè poſsint, ſuperuacaneum fore in hac re laborẽ meum credidi. Hoc ſolum admoneo vt tam Remonſtrantes quam Contra-Remonſtrantes iuxta ſacræ Scripturæ regulam in hiſce tam varijs quæſtionibus etiam hanc vnam ſereno iudicio pro ſalute ſua dignentur examinare; Num ſcilicet paſsioni Dñi noſtri Pater æternus derogare dici deberet, ſi ob meritũ vnius ſolius iſtius paſsionis conferret in hac vita hominibus tã nobilia, tã ſupernaturalia, tam diuina chariſmata, vt per illa ita in nouas creaturas regenerarẽtur, ita iuſti conſtituerentur, vt exuto veteri Adamo nõ minus & in anima & in operatione eſſẽt in oculis Dei recti, quàm ante lapſum ſuũ Adã per originalem iuſtitiam rectus fuit, *vt* (inquam) *per hæc* eadem dona *efficerentur diuinæ conſortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem*, vt & arbor ſeu homo & fructus eius ſeu operatio coram tribunali Dei iudicari poſſint vera bona; hoc eſt talia, quæ æquiualeant non inferni æternis cruciatibus, non etiam vanis huius mundi vanitatibus, quæ ab Apoſtolo æſtimantur vt ſtercora; ſed alijs æternũ duraturis & ſu-

2. Pet. 1. 4

Digitized by Google

& ſupernaturalibus bonis. Tum ſi (vt confido futurum) iudicauerint, per huiuſcemodi Patris diſpenſationem nihil merito ſui Filij incommodari, ſed potius eundem Filium aliqua retributionis mercede honorari; inquirant vlterius, nũ in eiuſdem paſſionis Chriſti ignominiam cederet, ſi Pater cum iiſdem hominibus iam per prædicta chariſmata Filio ſuo incorporatis & per eius Spiritum clamãtibus ad ſe Abba Pater, paciſceretur daturum ſe ipſis æternam in cælo beatitudinem non ſolum tanquam Filij ſui cohæredibus, ſed etiam tanquam miniſtris ac ſeruis ſuis ſuique Filij fidelibus, hoc eſt, non tantum titulo hæreditatis (quo ſolo datur paruulis lauacro regenerationis ab originali culpa expiatis) ſed etiam titulo mercedis pro prædictis operum fructibus, ſi nimirum huiuſmodi opera ad ſui (hoc eſt Dei) honorem & gloriam & in ſeipſis & in alijs hominibus promouendam exercerent. Ita tamen vt ſcire ipſi debeant, bonum iſtum operum fructum non poſſe ſe vlla ratione præſtare, niſi ab actuali diuini ſpiritus motione ad id excitentur in eoque dirigãtur & moueãur: hãc porro diuini Spiritus aſſiſtẽtiã cõferẽdã ſibi eſſe nõ niſi ob meritũ ſolius Chriſti. Quod ſi hic iterũ (vt ſpero) cõpererint huiuſcemodi pactũ & ſacrę ſcripturæ admodũ eſſe cõſẽtaneũ, & paſsioni Dominicę tãtò honorificentius quantò

Ro. 8. 15. & Gal. 3. 6.

quantò maioris arguitur eſſe virtutis & ſapientiæ filios aut fratres non tantùm ſcribere regni cohæredes, ſed etiam reipſa efficaci operatione coronâ & regno ſiſtere dignos, ita vt de ipſis in veritate dici poſsit: *Hi vicerunt*

Hebr. 11. 33. *regna, operati ſunt iuſtitiã, adepti ſunt repromiſ-*
Sap. 3. 5. *ſiones. Quoniam Deus tentauit eos & inuenit illos dignos ſe.* Facilè intelligent (in quo vtriq; id eſt, tàm Remonſtrantes, quàm Cõtra-Remonſtrantes à Catholicæ Eccleſiæ doctrina in hac materia adhuc diſcrepant) inter prædeſtinationis effectus ſeu media ad eius executionem ab æterno à Deo ordinata adnumerari poſſe & debere huiuſmodi gratiam quæ ad prædeſtinatum finem ordinetur tanquam meritum ad præmium ſeu mercedẽ. Quam gratiam ſi Contra-Remonſtrãtes admitterent, etiam arbitrij libertatem in bonorum operum fructibus proferendis fateri vtique ſe oportere intelligerent, ita nimirũ vt voluntas humana à Dei gratia non contra naturam violenter torqueatur, ſed à peccati corruptione ſanata ſupra naturam ſuaui cum iubilo eleuetur. Nam vbi voluntas electione libera non operatur, ibi nec laudis, nec vituperij adeoque nec mercedis aut præmij ratio ſeruari poteſt. His terminis incluſa ſtat apud Catholicos omnis de prædeſtinatione eiuſque annexis diſputatio: vt videlicet homini quod ad ſalutem conſequendam faciat

ciat ex ſolis naturæ viribus nihil omnino tribuatur, Diuinæ quoque gratiæ talis adſcribatur efficacia, quæ arbitrij libertatem non tollat è medio, ſed ad ea præſtāda opera confirmet & roboret; propter quæ in futuro poſt hanc vitā iudicio iuſtâ iudicis ſententia prædeſtinatum ſibi finem poſsit obtinere; in ea nimirum formula quam iudex ipſe ſeruaturum ſe prædixit Matt. 25. 34. *Venite benedicti Patris mei; poßidete paratum* (i. prædeſtinatū) *vobis regnū à conſtitutione mundi.* Poſſidete, inquam, non ſolum quia viua mei corporis & meo ſpiritu regenerata eſtis mēbra; ſed etiam ob aliam cauſam: Quænam iſta? *Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui &c.* verbo dico: ea opera, pro quib. Deus promiſit Abrahę *Ego* (ero) *merces tua magna nimis.* & Iudex Apoſtolis ſuis: *cū maledixerint vobis homines &c. gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.* Hæc inquam, velim tranquillo & pacato à paſſionibus animo perpendant Remonſtrantium & Contra-Remonſtrantiū ſinguli. In hos enim limites ſi intrauerint, nō erit tam periculoſa, vt nunc eſt, inter eos diſſenſio. Salua enim arbitrij libertate ac bonorum operum pretio, de obiecto aut ordine prædeſtinationis error intolerabilis non facile incurritur: dummodo nihil tribuatur naturæ ſoli, ſed totum gratiæ.

Gen. 15.1
Mat. 5.12

P Quod

Quod enim nonnulli ex Remonſtrantibus Aduerſariorum ſuorum de prædeſtinatione crudas ſententias eaſdem eſſe dicunt, quas rigidiſsimi quique Papiſtarum & Inquiſitionis Hiſpanicæ præfecti defendunt: quaſi & inter nos Catholicos æquè ſit periculoſa de prædeſtinatione diſputatio, atque eſt inter ipſos: Hoc (vt & multa alia) ideo ſolum dicunt, vt Hiſpanici & papiſtici nominis inuidiã in aduerſarios ſuos poſſint deriuare. Nam cum negari non poſſit, Deum, ſi voluiſſet, ita hunc mundum adminiſtrare, ita gratiæ ſuæ theſaurum aperire potuiſſe, vt multo plures homines fidem, pænitentiam, & quicquid conditionum in Dei mente ad prædeſtinationem requiratur, reipſa fuiſſent accepturi, adeoque prædeſtinationis, non minus quam ij qui nũc ea donati ſunt, capaces, ab æterno potuerint præuideri; Nec tamen ita Deus iuſtus & Miſericors, hoc facere voluerit: Certe, quod præcisè prædeſtinationis attinet ordinem, nulla eſt ratio, cur Remonſtrantes ex abſoluta ſingulorum ſaluandorum prædeſtinatione quippiam abſurdi putent inferri poſſe, quod non etiam ex ipſorummet ſententia deduci queat. Quid enim reſpondebunt ſi quis ex ipſis quærat, cur Deus Tyrijs & Sydonijs non oſtenderit ea ſigna, quibus teſtatur veritas Matth. 11. v. 21. eos fuiſſe conuertendos & *in cinere ac cilicio pænitentiam acturos*? Si ipſis, vt & multis

multis adhuc hodierna die infidelibus huiuſmodi media conſequendæ pænitentiæ Deus in tertio ſuo, quod ponũt Remonſtrãtes, decreto conferre ſtatuiſſet; vtique in quarto decreto, prædeſtinatorum libro ſimul cum alijs aſcribere eos potuiſſet. Cur tot paruulis gentilium, tot adultis non offert ea ſalutis remedia, quibus nos cum Iudæis obdurati frequenter abutimur, ipſi autẽ ad ſalutẽ omnino vſuri fuiſſent? Nũquid quia *cuius ipſe vult, miſeretur*, adeoq; decreto abſoluto cõgrua ſalutis media cui vult attribuit, cui nõ vult, nõ tribuit, quantũuis ſufficiẽtia det omnibus? Quid ergo intereſt, ſiue ideo dare mihi Deus ſalutis media cõgrua decreuerit, quia prius ad ſalutẽ ipsã abſolutè me elegit; ſiue ideo ad ſalutem me elegerit, quia cõditionem ad electionem requiſitam ipſe mihi abſoluto etiam decreto prius tribuit? Sicut enim præter eos qui abſoluto decreto ad ſalutem ſunt electi, alius nemo de facto eam conſecuturus eſt, ita nec præter eos, quos congrua gratia donare Deus abſoluto decreto ſtatuit, alius quiſquã prædeſtinatione aut ſalute de facto gauiſurus eſt. Nihil ergo ex prędeſtinationis ordine quoad diuinam bonitatem aut noſtram neceſsitatẽ oriri poteſt diſcriminis. Verum hic tota recidit difficultas, ne quis vel per abſolutũ Dei decretũ libertatẽ noſtram tolli exſtimet, vel media ſaluti noſtræ de facto profutura nõ omnino gratis ſed ob diſpoſitionẽ noſtram decerni nobis credat.

Ex

Ex quibus & tertium infertur nō minus diligenter attendendum: Nimirum Reprobos nō fatali quadam neceſſitate aut irreſiſtibili corruptionis impetu, vt grauia ſolent deorſum, ita in peccatum & conſequenter in æternam damnationē ruere. Sed tantū habere gratuito ſibi oblatū Dei auxiliū, quo præcepta ſibi à Deo poſita ſiue mediatè ſiue immediatè ſint potētes adimplere; atq; adeo peccata quæcūque deuitare, & hoc faciendo vitam æternam obtinere. Hæc tria apud Catholicos tenentur reſpectiue omnes, qui conciliare ſimul ea nō poſſunt, captiuo in obſequium fidei intellectu credere. Quonam vero modo conciliari commodius poſſint, fraternitatis communione ſalua, Doctoribus non autem rudi populo diſputari permittitur; Faciuntque id Doctores noſtri tantò modeſtius, quantò ſua ſciunt dogmata non à ſemetipſis ſed ab alio, quem omnes agnoſcunt, iudice, vbi opus fuerit aut Eccleſiæ vtile, ſiue approbanda ſiue reijcienda & damnanda eſſe. Porro euitatis prædictis ſcopulis & libertate arbitrij ſalua, facile apparet, hominem, ſi in peccatum ruat, habere cur ſibi, non autem Deo aut fato cuipiam lapſum ſuum imputet, adeoque quod puniri ob peccatum illud ita libera voluntate commiſſum debeat. Nam certè ſi ita nececeſſario homo in peccatum rueret, vt Contra-

tra-Remonſtrantes docent, omnino peccatū illud ita commiſſum, peccatum non eſſe dicēdum adeoq́ue nec pæna mulctandum exiſtimo. Quis enim ob id puniri debeat quod vitare aut corrigere non poteſt?

Verum fruſtra fortaſsis, hanc ego Reformatis noſtris nimium iam dudum exoſam Catholicæ Eccleſiæ doctrinam pro conciliandis vtrimque animis ſuggero, præſertim cum non rarò plerique eorum & rationes has noſtras cōtempſerint, & S. Scripturæ teſtimonia ſiniſtra interpretatione violarint. Itaque de alio ineundæ concordiæ remedio cogitādum: tali ſcilicet, quod in omnem euentum efficax, nec per cauillum valeat eludi, nec per contumaciam impunè contemni.

HENOTICI DISSECTI BELGII

PARS TERTIA.

DE VARIIS PRO TOLLENDO *præfato Schiſmate & concordia reſtauranda, eorundem Miniſtrorum conſilijs.*

GLISCENTE igitur vt in prima parte vidimus, tam acri multos per annos in fœderatis Belgii prouincijs & animorum & corporum ſchiſmate, multiſque ad id reſtinguendum ab exteris etiam nationibus conuocatis & cõcurrentibus, neminẽ ex omnibus hanc quę (ſi dubia eſſet) prima eſſe omninò deberet, quæſtionem, mouere comperio; *An ſcilicet ſit in Chriſti Eccleſia aliquod quo partes tanto cum periculo diſsidentes ad vnitatis vinculũ reuocari, eaque quæ vnita adhuc ſunt à ſchiſmatis pernicie præmuniri poſsint ſolidum ac conſtans remedium.* Vnus tamen eſt non minimę inter eos authoritatis, qui tale aliquod remedium à Deo eſſe hominibus cõceſſum modo ait, modo negat. vt infra vltimo partis huius capite patebit. Credo omnes neceſsitatis euidentia perſuaſos quæſtionem iſtam quaſi dubio non obnoxiam pru-

am prudentes omiſiſſe; tanquam vel ex vno hoc, de quo agimus Belgarum diſsidio ſatis fiat omnibus manifeſtum Chriſtum Dominũ (cui omnis data eſt poteſtas in cælo & in terra) vel de idoneo aduerſus huiuſmodi miſerias remedio Eccleſiæ ſuæ prouidiſſe, vel ex malorum quæ ei euentura eſſent ſiue ignorátia ſiue incuria, in neceſſarijs eidem defuiſſe. Interim verò in huius remedij inquiſitione pacificatores iſti ſententijs diſcrepantes, dum quærunt vnitatem, diuiſioni nouam ſubminiſtrant materiam. Nos itaque in hac 3. parte ſententias illorum quam poterimus breuiſsimè referemus, ſimulque quanti ſint valoris Dei verbo rectaq; ratione duce diſquiremus. *Mat. vlt. 18.*

CAPVT I.

AN MVTVA TOLERANTIA AVT moderatio ſit remedium concordiæ legitimum.

PRIMVM conſilium reſtituendæ pacis eſt Remonſtrantium communiter dum volunt ab vtraque parte mutuam ſeruari tolerantiam ita vt vnus alterũ nõ iudicet aut condemnet; ſed in ſenſu ſuo abundare ſinat, & nihilominus in religionis communione permaneant,

 ſicut

ſicut de veſcendis quibuſdam cibis docuit Apoſtolos *Romanorum decimoquarto*. Sed quoniam in hoc medium aduerſarij non conſentiunt, imo non minus probabiliter è ſacris literis & ratione probant eſſe iniquum & nullo modo admittendum, longius ab vnione receditur, præſertim cum iam dudum Remõnſtrantes in ſuſpicionẽ apud aduerſarios venerint, quaſi nõ niſi ad tẽpus, donec videlicet latius propagentur, maioresq; ſibi vires conciliẽt, hanc tolerantiã cõmendare cupiãt.

Et certe cũ ipſi tã abſurda & blaſphema Cõtra-Remõſtrãtib. adſcribũt dogmata, vt qui ea tolerare in Domo Dei, quę eſt Eccleſia, cupiat, omnẽ quoq; in eã recipere impietatẽ aut tolerare poſsit, nullatenus tolerãda eſt talis tolerantia. Nã illi errorũ magiſtri quos Apoſtoli ſuis temporibus, à fidelibus in domum recipi, quos ſalutari noluerunt, quos Satanæ tradiderunt, quibus Anathema dixerunt, nequaquam tam impia reperiuntur ſenſiſſe quàm ea ſint dogmata, quibus vel aperte aſſeritur vel conſequentia infallibili deducitur Deũ peccati eſſe authorẽ, eũ cogere inſõtes vt peccẽt, vt ita poſsit illos iuſtè æternis inferni cruciatibus punire: Nullũ eſſe peccatũ vel, ſi ſit, illud nõ homines, ſed Deũ in hominibus cõmittere, adeoque tyrannicè & abſq; omni culpa illos homines in infernũ detrudi &c. Hæc tamẽ Remõſtrãtes paſsim tribuũt

ſuis

ſuis Contra-Remonſtrantibus vt patet ex 1.parte. Nobis autem Catholicis nullum tribuere errorē vel minima probabilitate poſſunt qui tam ſit vel impius vel blaſphemus, adeoque omni verbo Dei rectæque rationi tā contrarius. Cū itaq; nos pro fratribus tolerādos eſſe nō exiſtimēt, de Cōtra-Remōſtrātibus id exiſtimare quomodo ſincerè poterūt? Ex altera quoque parte Contra-Remonſtrātes, ſiquidē tenere velint vnicā ſuā conſolationem, quā & in vita & in morte habere ſe dicūt, nequaquam Remonſtrantium de perſeuerantiæ & ſalutis æternæ incertitudine ſententiam poſſunt tolerabilem æſtimare; præſertim cum fidem nullā iuſtificare putent niſi cui *annexa ſit* (vel *qua ſit*) *certa cordis fiducia quà quilibet fidelis homo in ſemetipſo certificatur, non ſolum alijs ſed etiam ſibi remiſſionem peccatorum, perpetuam iuſtitiam, & beatitudinem à Deo donatam eſſe ob merita* CHRISTI. Remonſtrantes contra, cum talem fidem nō habeāt neq; docere velint (vt patet ex quinto articulo vbi tenēt verè fideles & iuſtificatos poſſe & à fide & ab æterna beatitudine excidere) tollunt ex Eccleſia vnicum mediū per quod homines ex Contra-Remonſtrantiū ſententia iuſti fiunt & à peccatis liberātur. Quod ſi Contra-Remōſtrantes paſtores tolerare velint, oues ſuas lupis paſcēdas cōcedēt: pro quibus (ſi boni ſint) etiā animas proprias dare debent *Ioannis* 10.

In collatione Delphenſi art. 3. puncto 1. Leyd. p. 76.

Argumenta quibus nituntur Remonſtrantes hanc tolerantiam ſuadere, ſoluuntur tum attenta grauitate controuerſiæ, tum diſtinctione creſcentis ac decreſcentis veræ religionis in hominum pectoribus. Sicut enim eſt imprudentis artificis, quamlibet rudem indigeſtamque materiam & in ſui præparatione morâ temporis indigentem, ſubito primoque operationis inſtanti, velle habere perfectam, & ab omni diſpoſitione mala omnique obliquitate liberatam: ita diuina etiam prudētia docet, dum rudibus adhuc hominibus prauiſque ſiue Iudaiſmi ſiuè gentiliſmi erroribus imbutis Chriſtiana veritas inſtillatur, toleranda ad tempus eſſe quę euelli ſubito non poſſūt opinionum phantaſmata: interim ijs pro fundamento poſitis quæ ad ſalutem cuilibet pro iſto tempore cognoſcuntur eſſe neceſſaria. Sic Apoſtoli ſuo tempore non ex prudentia carnis ſed ex Spiritus Sancti ſententia legales quaſdam ceremonias &
1.Cor.9, Act.15. Act.21. & Act. ipſi obſeruarunt & alijs obſeruandas præſcripſerunt, ſic purificatus vt Nazarę us Paulus, ſic circūciſus Timotheus. Imo ſic Magiſter Apoſtolorum Chriſtus Dominus prohibuit ijs ne quod eſſet IESVS CHRISTVS intempeſtiuè prædicarent Matth. 16.21.17.9. Genuina huius tolerantiæ cauſa eſt, quia non ſubito ſed paulatim medijs diſpoſitionibus perfectio introducēda eſt, adeoque in eo qui

tolerat

toleratnulla eſt ſimulatio tanquam imperfectionem approbante, ſed maioris perfectionis diſſimulatio, qua margaritę ante porcos non proiiciantur. Maxima verò ratione huiuſmodi tolerantia erga Iudęos erat exercenda; vtpote quorum legalia vſque ad mortem CHRISTI ſancta fuerant & Deo grata, & non ſubito vno temporis momento poterant aut debebant toto terrarum orbe eſſe noxia & mortifera: Sed nouæ legis promulgatione cum honore erant ſepelienda. Verùm vbi perfectio ſemel fuit introducta, vbi errores euulſi, obliquitas expolita; tunc demum reſpicere retrò, per viam qua ventum erat redire, à veritate ſemel habita vel parum declinare nequaquam licere manifeſtum eſt, cum ſit deficere. Quamobrem eis qui ad hoc vel nos vel alios ſtudent compellere *ne ad horam quidem cedendum* eſſe ſuo nos exemplo docuit Apoſtolus *vt nimirum veritas Euangelij permaneat* vbi ſemel fuit. Sic idem Apoſtolus qui antea circumciderat Timotheum vt tutiùs proficeret in prædicanda Derbæ fide Euangelij; nunc *Galatas* ne deficiant monet: *ſtate & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.* Nec ſimpliciter monet ſed addit: *Ecce ego Paulus dico vobis quoniam ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil prodeſt &c.* Ita quod in priori caſu prudenter & abſque

Gal. 2. verſu. 3. & 5.
Gal. 5. 1.

ſalutis

Gal 2. 11. & ſeq. ſalutis cuiuſquam diſpendio ſeruauerat; hoc ipſum in poſteriori, cum ſalute nō poſſe ſubſiſtere demonſtrat. Sic idem Sancto Petro in caſu ancipiti minus, vt videtur, prudēter Iudæorum potius infirmitati tolerandæ, quàm gentium perfectioni roborādæ operam danti in faciem reſtitit. Si iſtud in rebus tam exiguis factum, quid ſi tantis in rebus quantas hic tractamus tam ingens orta fuiſſet controuerſia? Certe nunquam vel CHRISTVS vel Apoſtoli in Euangelicæ veritatis etiam exordio tam impia ac blaſphema dogmata vel apud gentes vel Iudæos tolerarunt, quæ (vt loquitur, de Gomari doctrina Arminius) *repugnent diuinæ ſapientiæ, iuſtitiæ & bonitati, naturæ etiam hominis, creationis, vitæ & mortis æternæ, peccati denique & gratiæ*: è quibus ſequatur DEVM *eſſe peccati authorem*, DEVM, *ſi quiſquam, peccare &c.* vnde licet fortaſſis non id velint Remonſtrantes vt aduerſariorum doctrina tanquam in CHRISTI Eccleſia tolerabilis cuilibet fidelium libera perpetuo relinquatur, ſed vt velut in ſecundæ reformationis exordio tantiſper patienter toleretur; donec cunctando rem ipſi valeant reſtituere; probari tamen hæc eorum patientia nec rationi rectæ nec Contra-Remonſtrantibus poterit. *vide parte prima de profeſſione Arminij Anno 1608. pag. 32.*

Ex dictis etiam facile intelligitur non eſſe

æquam

Digitized by Google

æquam moderationem huiuſmodi qua recepta ſemel & iam diu inolita veritas reticetur, eo præſertim tempore quo, ea oppugnata, falſa doctrina ſubintroducitur, Si enim *quæ à Deo ſunt ordinata ſint*, quommodo ad pacem Eccleſiæ conſeruandam veritas (non dico diſſimulanda) ſed labefactanda? Promiſit qui *fidelis eſt & verax, qui cum iuſtitia iudicat & pugnat*, promiſit inquam, *portas inferi nunquam aduerſus Eccleſiam ſuam prævalituras.* Nos in iſtũ finem quæ nobis ipſe media pręſcripſit adhibere connenit: De cætero, ipſi curæ ſit quomodo promiſſum ſuum impleat. Quid nos quas ipſe non probat, ſuppetias ei ferimus miſeri? Rom. 13. 1. Apoc. 19. 1. Matt. 16.

Si tamen falſa ſit Contra-Remonſtrantium ſententia tantiſque dicterijs merito obnoxia iuſta quidem eſt præſcripta eis moderatio: verum ad Reipublicæ pacem proficere nequaquam poterit, quamdiu falſitatis conuicti nõ fuerint: niſi fortaſſis pænæ timore compeſci à tumultibus poſſint. Sed nec ordinata eſt coactio priuſquam de cauſæ iuſtitia conſtat.

CAPVT II.

AN VITAE AC MORVM EMENdatio ſolidum ſit concordiæ ineundæ remedium.

ALTERVM eſt conſilium Irenæi Philaletij in ſuo Cleopha *Supra anno* 1617. Nullum eſſe aliud ineundæ denuo concordiæ re-

diæ remedium niſi pœnitentiam vitæque prauæ emendationem: qua ex charitate pars altera alteram diligat & pariter ex odio Catholicam religionem funditus quà poſſunt exterminent. Sed quid ſi religio Catholica veritatem tueatur? Eſtne cuiuſpiam iudicio falſitatis damnata? Ita, inquit, iudicio ſacræ ſcripturę. Negamus hoc omnes Catholici, affirmant omnes hæretici. producãt ergo teſtes legitimos, & credemus.

Interim bonus hic vir tale pręſcribit remedium pro quo acquirendo aliud conueniens medium & opus eſt quærere & reperire fors impoſſibile. Etenim vt per hoc medium omnes vtriuſq; partis diſſentientes in concordiã redeant, oportet vt nullus inter eos inueniretur aliquo ſuperbiæ, auaritiæ, odij, inuidiæ, luxuriæue vitio infectus. Et quis talem ſperare audeat Rempublicã, quale nec duodecim Apoſtolorum fuit collegium, vbi vnus fur erat & proditor perditus? Si verò dicat ſatis ad concordiam fore ſi communi morum reformatione reſpublica in ſtatum honeſtatis & virtutis promoueatur, vitia puniantur religioniſque obſeruantia accuratè procuretur, vt ſaltem plerique virtutis ſtudio concordiam ſectentur & ita Dei iram per ſectas & ſchiſmata punientis placare valeant. Rectè quidèm iſtud: ſed nunquid pacato etiam Diuino numine, abſque omni medio alio, abſque

Ioan. 12. 6

abſque cooperatione Eccleſiæ aut omni cura noſtra tam diri ſchiſmatis curatio prçſtolanda? Perinde hoc eſſet ac ſi piè quis vitam inſtituens à Deo quæ ad vitam ſuſtentandam ſunt neceſſaria poſtulet aut expectet, ipſe interim media, quibus ea ſibi comparare licitè poſſit, non curet arripere. Certe Apoſtolorum temporibus & aliquot deinceps ſæculis tanta fuit in Eccleſia CHRISTI & doctrinæ integritas & morum ſanctitas & religionis ſynceritas, quantam nec ſperare nos modo prudenter poſſumus: Sed nunquid ideo hæreſes nullæ temporibus iſtis
exortæ? An non *exierunt quidam* à cæteris *ab-* 1.Tim.1.
ducentes diſcipulos poſt ſe, errantes & in erro- 20.2Ti.2
rem mittenter, & fideles conturbantes? Quid 18.1.Ioa.2
autem? an nihil aduerſus ſeductores huiuſ- 18.2.Ioa.
modi ab Eccleſiæ paſtoribus tunc actitatum? 7.Apoc.2.
an morum duntaxat inſtituta reformatio? 15.Gal.1. 7.
Teſtantur contrariũ ſeuerâ Apoſtoli epiſto-
lâ reuocati ad veritatis iam Galatæ, excom- 1.Tim.1.
municati *Alexander, Philetes, Hymeneus*: cæte- 20.2.Ti.2
rique omnes qui prçter id quod Apoſtoli tra- 17.Gal.1.
diderant contrarium quippiam docuiſſent, li- 8.&9.
cet, per impoſſibile, Angelus eſſet è cœlo aut ipſimet Chriſti Domini Apoſtoli; fideles quoq; admoniti vt huiuſmodi magiſtros deuitantes, *ſtarent & tenerent traditiones quas acceperant &c.* Prudentius VVilhelmus Teelingius præter hoc vniuerſale etiam particularia eſſe adhibenda docet.

In-

Digitized by Google

vlla editionum variatione cõſtãter legitur: λογιζόμεθα οὖν πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χώρις ἔργων νόμου, id eſt : *Arbitramur igitur fide iuſtificari hominem abſque operibus legis.* ipſe auſu ſacrilego non dubitauerit interpretari, adiecta voce: *Sola.* vt etiamnum videre eſt in Germanicis eius Biblijs, Anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo 1. VVittenbergæ apud Hanß Luffs editis. Nec hoc ſolum, ſed & egregia ratione hoc ſuum facinus ipſe defenderit To.4.fol.141.hoc modo ſpiritum ſuum eructans : *Si papiſta veſter multum faceſſat negotij ob vocẽ(ſola) dicite illi mox hoc modo:Doctor Martinus Lutherus ita vult, ac dicit papiſtã, & aſinum eandem eſſe rem:Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. Non enim papiſtarum volumus eſſe diſcipuli,ſed magiſtri & iudices:Oro vos; huiuſmodi aſinis nihil dicatis amplius niſi: Lutherus ita vult; dicitque ſe eſſe Doctorem ſuper omnes Doctores.* An ab hoc Doctore, ab hac doctrina meliorem quis reformationem ſperet quam ſit ea quam fatentur miniſtri prædicti?

γρ. γάρ.

In edit. Ihenenſi apud Donatum Richtzhayn anno 1561.

CAPVT III.

An ſacra Scriptura litera ſit conueniens pacis ineundæ remedium.

TERTIO loco examinandum occurit Adolphi Venatoris de religionis reſarcienda tenendaque concordia conſiliũ,

Digitized by Google

mirabile illud quidem, ſed tamen ipſis reformationis à Luthero, Caluino eorumque ſocijs inſtitutæ fundamentis vnicè innixum, videlicet, omnium litigantium communi conſenſu vnum certum eſſe deligendnm iudicẽ, eumque talem, de cuius, vel ſapientia, vel veritate, vel ſententiarum verborumque claritate ambigere nemo poſſit; hunc adeũdum, quidquid ipſe de controuerſijs propoſitis iudicauerit, hoc ab omnibus, paribus votis, ſuſcipiendum; quod dixerit, omnibus pariter dicendum, quod tacuerit, omnibus tacendum eſſe, nihil ad verba eius addendum, nihil detrahendum. Hunc autem à reformatis omnibus iam à reformationis exordio agnitũ eſſe, nullum alium niſi ſolas ſacras literas diuinitùs inſpiratas. Has & verbo & phraſi ita vult ſolas recipi, vt vbi earum dubius ſenſus eſſe poteſt, ſola teneantur verba, nihil ijs addatur, per quod ad vnum magis ſenſum quam alterum ſignificandum determinentur; tale enim quid adijcere, eſſe ad verbum Dei aliquid addere, quod ſub maledictione prohibitum eſt. *Hoc*, inquit, *ſi omnes quotquot in orbe ſunt diuerſa religionis ſectatores obſeruarent, omnis prorſus hæreſis omneque ſchiſma ſublatum eſſet.* Aliam verò pro vnitate Eccleſię conſeruanda viam fatetur ſe nullam ſcire. Quinimò recipit ſe probaturum, aliam viam nullam eſſe, qua ſchiſmata componi poſſint; niſi vt quiſ-

que

que interrogatus de qualibet quæſtione controuerſa reſpondeat verbis Scripturæ ipſiſſimis, nec quidquam amplius, in charitate ſe interim exerceat, & quemlibet in ſuo ſenſu abundare ſinat, de ſenſuum diuerſitate diſputantes tanquā hæreſeon authores arguat, ab eorum diſtinctionibus liberari Eccleſiam oret, &c. Videatur pag. 64. 65. 67. 68. & paſſim hoc vnicè vrget. Quomodo hęc tibi amice Lector doctrina ſapit: Si dicas per eá omnibus opinionū, & hæreſum monſtris Eccleſiæ oſtiū aperiri; impietatis & blaſphemiæ te arguit quod minus honorificè de Dei verbo loquaris, quodq́; Apoſtolos infidelitatis, aut ignorātiæ inſimules. Ego certè ſtupeo, dum in hoc homine tam manifeſte perſpicio quid caro & ſanguis excogitare non timeat, idq́; in ſcripto viris non ſtupidis, aut ridēdis, ſed multa prudentia & authoritate Reipub. moderatoribus confidenter oblato. Interim aliquam fortaſſis meretur veniā, vt qui (dum tumultuoſis hiſce patriæ ſimultatibus ſtudet remedium quærere) ſaluo reformationis ſuæ fundamēto aliud reperire, vt fatetur, nullū potuit. Et verè non potuit. De impietate doctrinę iſtius modo taceo, ineptias, & impoſſibilitatē ſic demōſtro: Quid ſi quis infirmus peccatis ſimul & doloribus grauatus conſiliū, ac ſolamen in verbo Dei quærens, legat Iacob. 5. *Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent*

ſuper eum vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eũ Dominus, & ſi in peccatis eſt, remittentur ei. Si, inquã, huiuſmodi homo pro corporis ſimul, & animæ ſalute anxius, vocatis ad ſe presbyteris dicat, *peto vt pro me oretis Dominum & vngatis oleo in nomine Domini.* Quid hic Venator cum ſuis, quid reſpondebit? Quæretnè, quo ſenſu petat infirmus oleo inungi? Reſpondebit ille: *eodem quo S. Iacobus hæc intellexit.* Vrgebitne Venator infirmũ, vt mentẽ ſuam aliter explicet? reſpondebit; *quoniam peius dicere nolo, & melius ipſo Apoſtolo dicere nõ poſſum, ego iterum peto & obteſtor te, vt me vngas oleo; vel coram Deo te accuſabo, quod remedium ſalutis ab Apoſtolo ſic deſcriptũ mihi negaueris.* Quid Venator, quẽ venabitur exitum? Dicetne ſe iam vnxiſſe miſerũ oleo, quando ſuper ipſo orauit, vel quãdo CONSOLATIONEM INFIRMORVM ei prælegit? Reſpodebit ille: *ergone verba tua ſunt oleũ?* ſi annuat Venator verba illa eſſe oleũ *ſpirituale* non *corporale.* Replicabit ægrotus; *A Thelogorum* DISTINGVE *libera nos Domine.* Eodem modo, infidelis ad Chriſtũ cõuerſus baptiſmũ petere poterit. Si Venator aquã materialẽ præparet, arguet eũ catechumenꝰ, quod de ſuo aliquid verbo Dei addat. *Chriſtus enim (inquiet) promiſit daturum ſe flumina aquæ viuæ, quæ de ventre* fideliũ *fluũt, Ioan. 7. 38. & Ioan. 4. 10.* Similiter alius cupiet bap-

baptizari in ſpiritu & igne iuxta Luc.c. 3. 16. Item alius ad cœnam dominicã cupiẽs accedere ſi audiat Chriſtũ de eo quod porrigebat Apoſt. dixiſſe: *hoc eſt corpus meũ*, dubitanſq; an ſit corpus Chriſti mortuũ, vel viuũ, reminiſcatur iſtius ex Apoſt. Rõ. 6. 9. *Chriſtus reſurgẽs ex mortuis, iam nõ moritur amplius.* item iſtius quod dixit ad Chriſtũ Thomas, Ioan. 20. *Dominus meus, & Deus meus*: denique iſtius Matt. 4. *Dominum Deum tuum adorabis*, ſi inquam talis homo ante Venatorem porrigentem in ſua cœna, quod ſolet populo porrigere, in genua procidat, vt fecerunt ante Chriſtũ magi, dicatq; cum Centurione: *Domine nõ ſum dignus, vt intres ſub tectũ meũ*: quid aget Venator? Nunquid idololatriam prohibebit? Interim alter diſtinctionem non admittens perſiſtat in propoſito, arguatq; ex Scriptura benè ſe feciſſe, impium eſſe Venatorem, qui Deũ adorari prohibeat. Similiter cõſcientia quis peccatorũ ſtimulatus, & ex verbo Dei remediũ quęrens legat quod Chriſtus Apoſtolis dixit: *quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*, & adhuc dubius, num malefacta ſua ſpeciatim confiteri debeat: legat illud *Actuum* 19. *v.* 18. *multiq; credentium veniebant* CONFITENTES *& annunciantes* ACTVS SVOS. Dein veniat huiuſmodi homo ad Venatorem tanquam Apoſtolorum ſucceſſorẽ, cõfiteri peccata ſua cupiens, & abſolui ab illo poſtulans;

Digitized by Google

Scripturę verbis inhæreat, petat conferri ſibi quod verba ſignificant;Quid Venator deprehenſus inter anguſtias inceptabit? Si ad Scripturam & ipſe confugiat citans illud, Marc. 2.ver.7. *quis poteſt demittere peccata niſi ſolus Deus.* Monere eum alter poterit, vt nihil verbis iſtis demat, ſed quæ ibidē immediate prę-cedūt adijciat; ſcilicet: *Hic* (Chriſtus) *blaſphemat*: & ſic num ipſe Chriſti an Scribarum & Phariſæorum diſcipulus ſit perſpicuum fiet, & alter ſi à peccatis iuxta Chriſti Domini inſtitutionem abſolui cupiat, veros Chriſti diſcipulos, qui poteſtatem peccata remittendi acceperunt, quęrat, neceſſarium erit. Hoccine ergo remedium, quo totus mundus ab omni ſchiſmate & hæreſi liberari, & ad pacem vniuerſalem reuocari debeat?

Argumenta Venatoris à Scripturæ perfectione & debita ei reuerentia deſumpta, hæreticorum propria, id eſt, ſpecie pietatis deceptoria ſunt: Verum quidem enim eſt Spiritum ſanctū per Prophetas & Apoſtolos optimo & perfectiſsimo modo locutum fuiſſe: non tamen verum eſt verborum claritatem ſemper eſſe optimum & perfectiſsimum loquēdi modum. Patet id in Chriſto Domino, qui multa locutus eſt Iudæis in parabolis, Mat. 13. &c. quas audiētes nō intelligebāt: imò nec diſcipuli eius intelligebāt, niſi cū priuatim ipſis explicabat omnia & ſingula. Et quis nō videat

clarius

clarius explicari potuiſſe cap. 12. Eccleſiaſtæ, multos quoque pſalmos, aliaque paſsim loca in omnibus Scripturæ ſacræ libris? Viſum tamen non eſt Spiritui S. clariùs illa ſcribi; Nõ ex inuidia aut ignorãtia, vt craſſe infert Venator; ſed ſumma ex prudentia, vt videlicet haberet ſuperbus homo, vbi captiuare intellectum cogeretur, vt ab eis, quibus id muneris à Deo demandatur, hominibus humiliter ſe inſtrui pateretur. Patet hoc in Eunucho Candaces Reginæ, Act. 8. Qui rogatus à Philippo: *Putaſne intelligis quæ legis?* reſponſo humili & homine Chriſtiano digniſſimo reſpõdebat: *Et quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi?* Hoc reſpõſum ſi in dubijs ſacræ Scripturę locis dare didiciſſent ſectarij, ad vnitatem, quam proprij ſenſus confidentia reliquerunt, citius reuerterentur, quam vllis vnquam ſuis Collationibus aut Synodis.

CAPVT IV.

An formulis ambiguis ineunda concordia.

ALIVD diuulgatum eſt reſarciendæ pacis conſilium cuiuſdam P. Molinæi, qui dicitur miniſter verbi Dei in reformata Eccleſia Pariſienſi, Typis excuſũ eſt anno milleſimo ſexcenteſimo decimoſeptimo, cum parte quadam epiſtolæ, quam tamquam Remonſtrantibus magis fauentem, Contra-Remonſtrantes (altera tantum par-

te primo edita) ſuppreſsiſſe arguuntur. Conſilium eius in hoc conſiſtit, vt cum adiutorio & directione Regis Britanniæ in Zelandiam cōueniant bini Theologi ex Anglicana, Belgica, Gallicana, Helueticiſq; Eccleſijs reformatis, ſinguli item vel bini ex Germaniæ eiuſdem confeſsionis Principatibus. Lutheranos quoque Principes ad eundem actum ſollicitandos, præſertim Regem Daniæ, Duces Saxonem & Brunſvvicenſem, &c. In hoc conuentu nihil eſſe de diuerſarum opinionum veritate inter partes diſputandum; cum enim exacerbati ſint animi neminem ſe victum eſſe confeſſurum, ſed regredientem quemlibet triumphum de alijs canturum. Ideo in menſa ponendam Anglicam confeſſionem & Scoticam, Gallicam, Belgicam, Palatinam, Helueticam, &cæt. Tum laborandum, vt ex omnibus hiſce confeſsionibus vna conficiatur generalis confeſſio, in qua omittantur multa, ſine quorum cognitione ſalutem homo poteſt conſequi, qualis eſt quæſtio Piſcatoris, multæque aliæ ſubtiles opiniones ab Arminio propoſitæ, de libero Arbitrio, de perſeuerantia S. S. & prædeſtinatione. Subiungit hanc ſui conſilij cauſam: certum enim eſt omnes errores in religione eſſe exortos, aut nimia ſciendi, aut nimia habendi deſiderio, id eſt, aut curioſitate, aut auaritia & ambitione.

Ita

Ita ergo confeſsione perfecta, ſubſcribere ei debere non ſolum delegatos, ſed & Principes & nationales Synodos; tum cauendum eſſe, vt ſi inpoſterum in regnis illis noua quædam quæſtio oriatur, nihil poſſit concludi aut determinari, multoque minus innouari, abſque conſenſu omnium Prouinciarum & Eccleſiarum, quę in iſtam vnionem conſenſerint. Pro adſciécendis in hanc vnionem Lutheranis, tolerãdas eſſe eorum ceremonias; opiniones de prædeſtinatione, communi quodam articulo copulandas: baptiſmum poſſe abſolute affirmari neceſſarium ad ſalutem, id eſt, inquit, eſſe neceſſarium, vt in vniuerſali Chriſti Eccleſia obſeruetur, & ne à quoquam particulari homine contemnatur. & ſic nihil amplius de neceſsitate vrgeatur. De vbiquitate corporis Chriſti tantum phraſes quaſdam, quas omnes recipiunt, ponendas eſſe. vt quod aſſumpſerit CHRISTVS verum corpus humanum, &c. de cæteris dubijs vtrimque tolerantiam ſtipulandam, nihil damnandum, nihil ſcriptis refutandum, donec Deus errantes magis illuminauerit. Similes formulas loquendi fingit de Chriſti corporis præſentia in Euchariſtia eiuſque ſumptione. Rationem dat, quia quando actus fidei ſeu opinionis interior, quantumuis erroneus, diuerſo exteriori actu non proditur, verbi-gratia, adoratione Ho-

Q 5 ſtiæ

ſtiæ;qui exterior actus tolerari non poteſt à parte contraria,tum relicta cuilibet ſua ſententia poſsit concordia ſeruari. Deinde aliquot præſcribit regulas,iuxta quas huiuſmodi congregatio optimè poſſet iuſtitui, & ad executionem deduci.

Sed quid ſi Adolphus Venator ad huiuſmodi conciliabulum veniens videret, neglectis ſacris Scripturis,tot diuerſas confeſsiones, in certorum commēta hominū, vnam in cramben commiſceri; An hanc diuino verbo irrogari iniuriam toleraret? Non exiſtimo; niſi forte non ſeriò contra Dorderacenſes diſputauerit. Et certè ſi hoc modo paci ſtudendū, cur non potius ipſa ſacra ſcriptura,cuius verba,phraſes & ſenténtiæ omnibus, qui Chriſto nomen dederunt,ſunt ſacroſancta,vnitatis & concordiæ formula ſtatuenda ſit,non video. Miror verò,ſi non verecundentur reformatores noſtri,huiuſmodi modos controuerſias fidei terminandi nunc tam cito concipere,qui haud ita pridem vno ore omnes ſacrę ſcripturæ ſufficientiam tantopere prædicabant. Si ſe mutuo ex ſcriptura erroris conuincere, atque ita in ſaniorem viam reducere non poſſint,qua fronte audent tam audacter proclamare,fidem noſtram Catholicā, toto terrarum orbe à viris ſanctitatis& ſapientiæ teſtimonio celeberrimis (tanquam diuinis ſcripturis ne in vno quidem apice repugnentem)

accepta-

acceptatam, claro & euidenti eiuſdē ſcripturæ iudicio impietatis condemnatam eſſe. Si quos inter eos ſalutis cura tangat, hic precor conſcientiæ ſuæ coram Deo reſpondeant.

Porro quod ad rem ipſam attinent, quis non videat huiuſmodi pacem verè eſſe politicam quandam nullius prorſus authoritatis conſpirationem, qualem & latrones & fures, & nullius conſcientię graſſatores ſuis quibuſdam legibus poſsint, vbi voluerint, conſtituere? Ergone vbi cuipiam hæc conſpiratiò diſplicere cœperit, innouare ſine omnium prouinciarum couſenſu nihil audebit? Quis prohibebit? verbum Dei? ſed in hac conſpiratione verbi Dei ne mentio quidem vlla. Mirari certe ego ſatis nequeo, vbinam huius Molinæi & aliorum, quibus huiuſmodi concordiæ decretum placet, ſit conſcientia. Decreta Imperatorum, Regum, imo totius Eccleſiæ ipſi, cum palato ſuo non ſapiunt, eo ſolum titulo liberrimè iamdudum contempſerunt, quod præter ea quæ Deus mandauit ſuis fidelibus aliud adhuc quippiam oneris imponant populo. Conſtat vero legitimam tum Eccleſiæ tum magiſtratus poteſtatem à Deo eſſe ipſis communicatā cui obedire debeant ſubditi, *non ſolum propter iram ſed etiam propter conſcientiā.* Et diſertè dixit, præpoſitis Eccleſiæ ſuæ Chriſtus: *Qui vos audit, me audit.* Authoritas hæc iam pridem contempta ab iſtis homini-

hominib. fuit, vt ſolum ſpecie tenus verbum Dei teneretur: Nunc & verbi Dei etiam ſpecies abijcitur, & authoritas neſcio vnde vſurpatur, vt omnibus hæreſibus & monſtroſis opinionibus Eccleſiæ oſtium violenter, conſpirantibus ſcilicet quibuſdam politicis, effringatur.

CAPVT V.

An per ſolam authoritatem magiſtratus pax debeat reuocari.

QVintum dat conſiliũ author Reſpõſionis ad 3. quæſtiones, quęſt. 3. vbi Remõſtrantes vult per authoritatem magiſtratus politici cogi ad concordiam ſeruandam, & idem cum Contra-Remonſtrantibus ſentiendum. Ratio eius eſt, quia Remonſtrantes fatentur ſe ſalua conſcientia poſſe ſententiam aduerſam amplecti: Itaque conqueri non poterunt, ſe contra conſcientiam cogi ad obediendum hominibus cõtra voluntatem Dei. Eadem fuiſſe videtur Sereniſsimi Regis Angliæ ſententia in literis ad Ordines confœderatos ſæpius datis. Verùm quid de tali pacificationis modo ſentiant Remonſtrantes, patet ex modeſto illo à Curia Geldrienſi decretorum examine, an. 1617. pro Remonſtrãtium cauſſa emiſſo, vbi mortem ſe alioſque potius oppetituros, quam à ſententia diſceſſuros rotunde profitetur author. Cum item oẽs communiter Remõſtrantes tumultuũ ac turbarum

barum authores ſe eſſe ſtrenue pernegent, totamq; turbatæ reipub. eauſã in impotẽtẽ & inordinatũ aduerſariorum zelũ proijciant, vt patet ex epiſt. Leydenſ. ad exteros, non minori ratione putabunt aduerſarios, ſuos ad moderationem ab ordinibus præſcriptam cogendos eſſe, &c. non leue argumentum ex ipſo Ordinum decreto deſumentes. Si Contra-Remonſtrantes replicent, ſe ſalua conſciẽtia id permittere non poſſe; non eis credent Remonſtrantes, ſed conſcientiam illam ſui odium, inuidiam, dominandi libidinem interpretabuntur, vt in pleriſque libellis non tacent, & Arminij amici in prologo ante eius profeſsionem de Gomaro aperte indicant, maximè cum iam ab initio per maius conſilium Hagæ declaratum fuerit, diſsidium inter Arminium & Gomarum neceſſaria ad ſalutẽ nõ concernere: ideq; poſtea Rex Angliæ iudicauerit. Deinde cum iam hucuſq; malũ excreuerit, habent proculdubio quoq; Ordines ſuas cauſas, ob quas hoc pacificationis conſiliũ approbare detrectent.

Demum cum hoc pacis remedium prorſus ſit politicum & ad externam Eccleſiæ quietem ordinatum, non eſt Eccleſiæ omnino neceſſarium, adeoque ab Eccleſiæ Paſtoribus non tanti faciendum nec tantopere vrgendum, quaſi ſine hoc remedio nullũ aliud Eccleſiæ ſuæ Chriſtus reliquiſſet, quo pacem, vnitatem,

nitatem,& concordiam inter ſe membra re-tinerent. Nam ſicut eſſe & florere Eccleſia Chriſti poteſt abſque omni politica poteſtate, vt primis 300. annis manifeſtè viſum fuit, cum non tantum pacem nullam, aut quietem; ſed perſecutiones, diſperſiones, mortes & vĩcula ab eadem pateretur: ita habuit, adeoque etiamnum habet, quo inter infinitas licet hęreticorum ſectas corporali præſentia conſtituta, tantam inter membra ſua conſeruet vnionẽ & pacem, vt non in duo aut plura diſſectum, ſed omnino vnum Chriſti corpus dici & eſſe valeat.

Poſtremo ſi (vt volunt etiam Contra-Remonſtrantes) nemo contra aut præter Dei voluntatem in ſacris literis reuelatam aliis præcipere quidquam poſsit, Remonſtrantes autem parati ſint ſacrę Scripturę iudicio ſe ſubmittere; quomodo iure compelli, vt à ſententia ſua diſcedant, poterunt priuſquam in ſacræ ſcripturæ iudicio legitimè fuerint erroris conuicti? Fiat ergo (inquiunt) conciliũ.

CAPVT VI.

De quibuſdam difficultatibus ſpectantibus ad concilium.

SEquitur nunc Conſilium vltimum de ferenda per nationalem ſynodum ſententia defi-

definitiua, cui qui acquieſcere voluerint, eos pro fratribus habendos; qui contumaces in contraria ſententia perſtiterint, pro hæreticis reijciendos & vitandos, atque ita habẽdam concordiam ſine ijs, quibuſcum ante haberi non poterat. Auitum ſane hoc eſt remedium, & ab ipſis etiam Apoſtolis vſurpatum *Act.* 15. A Contra-Remonſtrantibus etiam iá à multis annis impenſe expetitum; ſed ne Catechiſmus & Confeſsio reuiderentur & ob alias forte etiam cauſas hactenus dilatum.

Remonſtrantes non tantidem ſynodum faciunt, niſi vel Ordines ferendæ ſententiæ præſideant, vel de tolerantia ſpes certa affulgeat. Quamobrem quæſtiones quaſdam ſolẽt aduerſarijs mouere, quibus & ferendæ per ſynodum ſententiæ difficultas appareat, & latæ vtilitas euaneſcat. Conantur tamen ad quæſtiones illas reſpondere Contra-Remonſtrátes. Inter quos author Reſponſionis ad tres queſtiones cum ad quæſtionem tertiam *pagina quadrageſima prima* ſtatuiſſet, debere per ſynodum paſtorum & ſuperintendentiũ Eccleſiæ iuxta ſacras literas dijudicari, ſi quid in doctrina hactenus recepta ordinatius aut clarius diſponi poſsit, etiam in ipſa confeſsione & Catechiſmo; eique ſynodo Remonſtrantes, (ni contumaces haberi velint) debere ſe ſubmittere; obijcit ſibi pagina quadrageſima ſecunda hoc modo: *Dicetur hic:*

Si

Digitized by Google

Si Remonſtrantes id fecerint, iam certa eos manet condemnatio; aduerſarios enim ſuos habebunt iudices. Reſpondet: *Quid ſi in ſynodo omnes aut maxima pars eorum de Remonſtrantium ſorte eſſent; nunquid & tunc pars aduerſa ſententiam diceret? Certe paſtores Eccleſiæ cum aliqua ſaltem doctrina & Religione in ſynodo compareant oportet: Si velint, vt Magiſtratus controuerſiarum inter partes iudicem agat, præterquam quod ſic nec legitima eſſet Eccleſiæ ſynodus, nec id Magiſtratus officio condecens; etiam tunc, approbante Magiſtratu vel vnam vel alteram partem, cum alteram ipſe ſequatur, numquid iterum pars aduerſa ſedebit iudex?* Nihil amplius ad quæſtionis ſolutionem dicit: Sed ſubiungit, Remonſtrantes ob pacis ſtudium, quod profitentur, debere ſilentio obtegere, ſi quid diuerſum opinentur, quod ſalutem non attingit, niſi fraterna collatione diſsidiũ poſsit componi. Si autem de neceſsitate vel perfectione ſalutis ſit quæſtio, prouocent ad ſynodum, quæ ſi cũ partialitate contra Dei verbum proceſſerit, tum Magiſtratus de veritate rite inſtruatur, moneaturque, vt procuret bonã fieri in terra ſua reformationẽ: id quod dein Magiſtratus, vbi probe negotiũ intellexerit, & de veritate plene certus effectus fuerit, debito, inquit, modo efficiet. *Sic*, ait, *fecerunt primi Papatus reformatores, qui videntes in Papatu fundamẽtũ ſalutis eſſe euerſum, clare id ex Dei verbo*

bo

bo demonſtrarunt, ad liberũ legitimumq́ꝫ concilium prouocantes, cumqꝫ illud Tridenti tyrannico modo non iuxta Dei verbũ haberetur, Magiſtratũ admonuerũt, (poſtquam Romanus Anti-Chriſtus nil niſi regni ſui idololatrici ſtabilimẽtũ quæreret) ipſi ſuas terras iuxta Dei verbum rite curarent reformari. Et hæc cauſa fuit, cur Eccleſiæ Belgicæ confeßionem ſuã ad Hiſpaniæ Maieſtatẽ tranſmiſerint. Sic etiam Remonſtrantes deberẽt, &c. Sed miror hunc hominem aliàs ſubtilem ſatis, ita nunc miſerè quæſtioni propoſitæ ſatisfacere. Quis Remonſtrantium ita cęcutiat, vt reſpondere (ſi velit) non poſſit, multo ordinatius Arminium ſuam reformationem inſtituiſſe quam Lutherum ipſum; imo omnia ſeruaſſe quæ hic ab authore præſcribuntur: Lutherum enim primo reformationẽ ſuam à concitando populo incepiſſe, pro concione contra indulgentias horrendum detonuiſſe, theſes numero ad nonaginta quinque & in ijs de purgatorio, de vera pœnitentia & charitate, deq; indulgentijs copioſe, contra cõmunẽ totius Chriſtianitatis doctrinam, multa aſſeruiſſe, antequam vel proprium ditionis iſtius, cui ſubiectus erat, Epiſcopum de cõcepta reformatione admoneret; vt teſtatur, præter Florimundum Remundum, etiam ipſe Sleidanus Luthero ſtudioſiſſimus: Arminium vero nunquam populo ſententiam ſuam explicuiſſe; in Academia ſolum ſententiam

ſuã de prædeſtinatione tanquam probabilem docuiſſe: hoc prohibitum numquam fuiſſe, ne quidẽ apud Catholicos: Lutherum Romã citatum ad Pontificẽ, licet adhuc legitimũ ſuũ iudicẽ illũ agnoſceret, eo ſe conferre noluiſſe; Arminium ab Ordinibus citatũ comparuiſſe, doctrinam ſuam eis probatam reddidiſſe, in nullo vnquã Magiſtratui rebellẽ extitiſſe. Lutherum an. 1519. tertia die Martij datis ad Põtificem literis proteſtatum eſſe, *ſe erga Romanã Eccleſiam & ipſum quoque ſic eſſe affectum, vt nihil in eam moliri cogitet, tantam enim eius Eccleſiæ poteſtatem eſſe, vt præter vnum Chriſtum in rebus humanis nihil ea ſit excellentius.* Ab hoc tamen Pontifice, ad quẽ à Cardinale Caietano appellauerat, ſequenti anno hæreſios damnatum: Altero dein anno ab Imperatore ſupremo eius in politicis Domino iterum damnatũ & proſcriptum, cũ tali encomio, vt in proſcriptionis decreto dicat Imperator, *immanitatem Lutheri atq; rabiẽ nullius oratione ſatis explicari poſſe: nõ hominem eſſe qui ſic agat; ſed dæmonem potius humana ſpecie, &c.* Lutherum iterum ad concilium prouocaſſe, ſed in concilio vniuerſali Tridenti congregato iterum damnatum fuiſſe. Quod ſi tyrannice & contra ſacras literas factum fuerit, vt propterea Lutherus iam à Cæſare damnatus, Cæſari ſubordinatum ac ſubiectum quempiam Magiſtratum politicum iure interpellarit;

Hæc de Luthero fatetur Sleidanus, qui tamen ipſe Lutheranus tam turpiter ingratiã Lutheri mentitur, vt à quodã 11000. mẽdaciorum in ipſo deprehenſa eſſe teſtetur Floremundus Remundus.

Armi-

Arminium nihil mitius à zelo Contra-Remonſtrantium expectare potuiſſe, cum illi expreſſe fateantur doctrinam Arminij ſalute ſalua ſubſiſtere non poſſe, ideo eorum iudicio ſe committere nec debere, nec poſſe, hoc ſe prædicere, quod Lutherus poſtea dixit. Miſiſſe etiam quidem Belgicas Eccleſias confeſſionem ſuam, *quam modo neſciunt à quibus facta ſit*, ad Regem Hiſpaniæ; illum tamen confeſſionem iſtam improbaſſe, & iuxta vniuerſale totius orbis concilium Tridentinum aliã confeſſionem aliamque reformationem illis præſcripſiſſe; tũ Eccleſias illas Belgicas ſententię regię acquieſcere noluiſſe. Nunc quoq; ipſos Hollandiæ Ordines ſumma prudentia & æquitate moderationẽ quandã Contra Remonſtrãtib. preſcripſiſſe, quã ipſi recipere nõ minori contumacia denuo negarint: ita nihil ipſis placere, quicquid vel Eccleſia vel Magiſtratus quicumq; ſtatuerit; fruſtra ergo nunc illos de Magiſtratus officio hæc interferere, nihilq; ad quęſtionẽ propoſitam reſpondiſſe. *Leyd. p. 34*

Alteram dein author libelli pag. 44. mouet quæſtionẽ: *Quæretur hic*, inquiens: *Quid ſi ergo ſynodus aut Concilium quippiam concluderet verbo Dei cõtrarium, Anne miniſtri omnes & Eccleſiæ membra ei ſtare concluſioni tenerentur? An Magiſtratus eandem manutenere?* Reſp. *Nondum ita factum eſt, nec decet vt Remonſtrantes de ſuis confratrib. nec Magiſtratus de fidelibus miniſtris, tam ſiniſtre ſuſpicentur: ad rem ipſam veniamus,*

videamuſq́ʒ, quem Deus ſit daturus exitum. Sed heu cœcitas! Licuitne Luthero, Caluino eorũque conſortib. cum benignis, charitate ſecuritateq; inſtructiſsimis literis ad Trident. Cõcil. ſæpius euocarentur, licuitne inquam illis de tanto Concilio ex toto terrarũ orbe tot integris annis celebrato ſuſpicari; quod de his Contra-Remonſtrantibus ſuſpicari non deceat. Mirum quã confidentia tantũ ſibi aſcribere hi homines non vereantur; præſertim cum non ex ſolis diuinis literis, ſed ex Catechiſmo etiam & confeſſione ſua, commentis incertorum hominum, de controuerſijs ſententiam ferre cupiant. Sed pergit ipſe & fatetur, quod ſi contra Scripturam aliquid concluderetur in ſynodo, nec populũ nec Magiſtratum ad approbandum concluſionem iſtam fore obligatũ; debere tamen nihilominus negotium in legitima ſynodo pertractari. Moxque ita ſubdit: *vt igitur hoc diſcrimen & cauſæ huius æquitas recte intelligatur, ſciendum eſt, ſicut triplex eſt quæſtio, ſic etiam eſſe quaſi triplex iudicium. Prima quæſtio eſt: An doctrina quædam, ſalua conſcientia, tanquam vera teneri poſſit: hoc iudicat ſolum verbum Dei. Secunda: An doctrina aliqua in Christi Eccleſia tolerari eiuſq́ʒ propugnatores pro membris miniſtriſq́ʒ Eccleſiæ haberi debeant: hoc iudicant ex verbo Dei Paſtores, & inſpectores Eccleſiæ, iuxta illud Act. 20. 28. Attendite ergo vobis & vniuerſo gregi, &c. &*

ad hoc

adhoc iudicium eſt ſynodus. Tertia: An doctrina aliqua palam in aliquo regno doceri debeat: hoc iudicat Magiſtratus vt caput populi.

Subtilis equidem nec ſatis Theologica diſtinctio,à qua liberari ſe Venator meritò iamdudum petijt.Quid enim? An ergo Scriptura tam imperfecta,vt omnia iudicare circa religionem nequeat? nunquid Scriptura ſacra etiam,*quicquid bonum eſt, tenẽdum eſſe iudicat*,ſi ergo etiam quænam illa ſint quæ tanquam vera æſtimari ſecura conſcientia poſſunt,adeoq́ue quæ bona ſint, ſufficienter diiudicat,quid opus eſt ex Paſtoribus Eccleſiæ quærere,quid pro vero in Eccleſia recipi aut tolerari debeat?Item cum Chriſtus Dominus Apoſt. ad prædicandum per orbem vniuerſum Euangelium, ablegaret, numquid præcepit eis,vt ex regibus & præſidibus ſententiam quærerent, num placeret eiſdem Euangelium palam in regnis eorum doceri? Nec mandatum hoc eis eſt à Domino nec obſeruatum; ſed prædictum potius; *ante reges & præſides ducemini propter me,&c.*Neſcit hic homo Euangelicæ prædicationis dignitatem; neſcit eandem(quem pro ſe citat) Grotius;in cuius verbis(pag. 46. hic citatis) nulla eſt de S.Scripturæ iudicio mentio, magiſq́ue dicit Scripturam iudicandam à quolibet particulari homine quam iudicare quidquam. Sed de hoc infra.Interim inſtat author iſte vſque

1.Theſſ. 5. 20.

ad finem, partim vt Magiſtratus Remonſtrantes reprimat, partim vt Remonſtrantes ſynodo ſe ſubijciant. Fatetur tamen neminem ſynodo teneri, ſi falſum determinet. Non ergo ſubijcere ſe ſynodo Remonſtrantes tenentur, niſi ſub hac conditione; ſi ſynodus verum determinauerit, id eſt, ſi iuxta ſacras literas ſententiam tulerit. Quod ſi Contra-Remonſtrãtibus ſufficiat, non erunt credo Remonſtrantes difficiles: Sed finito concilio damnataque Remonſtrantium ſententia, ſi nihilominus Remonſtrantes negauerint, ſe ex Scriptura conuictos fuiſſe, ſi de iſta ſynodo eadem dixerint, quæ de Tridentina alijſque Catholicorum concilijs dicere reformatores conſueuerunt, quiſnam concilij erit fructus? quis nouam litem dirimet? Certe ſynodus ipſa iudicanda erit, à quonam iudice? An à Sacra Scriptura? Sed hoc iam factum fuiſſe dicent Contra-Remonſtrantes, negabunt Remonſtrantes: quis litem dirimet?

CAPVT VII.

Doctrina VVilhelmi Teelingij de vtilitate Concilij pro tollendis diſſidijs.

HIC author (de quo ſupra parte 1. in an. 1616. quædam diximus) in Eubulo ſuo, de Eccleſiæ Authoritate cap. 28. *ſectione* 3. poſt ſcomma in Eccleſiæ Cathol. infallibilitatem

Digitized by Google

tatẽ contortũ, ſic loquitur: *Nam licet vniuerſalis Dei Eccleſia aliquo ſenſu dici poßit errare non poſſe; nihilominus ab omnib. reformatis Eccleſiis conceditur, neq; cum veritate negari poteſt, hanc vel illam Eccleſiam hic in terris militantẽ, quacumque demum illa ſit, errare poſſe & plurium ſuffragio mendacium concludere, in hoc vel illo puncto.* Et pag. ſequenti. *Teſtimonium Eccleſiæ non eſt adeo firmum, certum, ſolidum, aut infallibile, vt nullo modo per illud poßimus falli, cum fateamur hanc & illam, quacunque ea ſit Eccleſiam, vtpote ex hominib. errori obnoxijs conſiſtentem, etiam errare poſſe; quemadmodum omnium ſæculorum experientia id docuit, quicquid etiam Papiſtæ de abſona ſua Catholica Romana Eccleſia in contrarium aſſerant.* Vnde quid ipſe Teelingius intelligat per vniuerſalẽ Eccleſiam, quã dicit aliquo ſenſu dici poſſe infallibilẽ, non ſatis video, poteſt enim intelligi vel tota Eccleſia hic in terris adhuc militans; ideſt, õnes fideles, in quo ſenſu nos dicimus Catholicam Eccleſiam errare non poſſe, & ipſe nos ridet: vel ita vniuerſalis, vt etiam Angelos & Beatos cõplectatur: & ſic dubium non eſt, quin errare tota nõ poſſit. Quicquid ſit; ratio ipſius, quam adfert, ſcil. quod conſiſtat ex hominibus errori obnoxijs, ſi quid valet, etiam valet de tota Eccleſia militante & de quocumq; concilio, ſiue prouinciale, ſiue nationale, ſiue generale fuerit; nec ipſe Teelingius vſquam ad infalli-

bile Concilium difficultates vel maximas relegat terminandas, ſed ad ſolam Scripturam, ad quam etiam omnium decreta conciliorum à quolibet etiã priuato homine vult examinari, libere etiam reijci, ſi ipſe contrarium ex Scriptura intellexerit, quantumuis concilium vel Eccleſia vere, & in conſcientia certa ſit, concluſiones ſuas iuxta verum Scri-
Pag. 290. pturæ ſenſum factas eſſe. De cõcilijs abſolute *cap. 29. ſect. 5. etiam nouimus, ait, ſynodum non ſemper cõtrouerſias finire poſſe, quinimo etiam ſynodum errare ac falli poſſe. Et quiſnam eſt aut quæ datur in terra congregatio, quæ errori prorſus non ſit obnoxia? aut quidnam filijs hominum à Deo cõceſſum eſt, per quod certo & infallibiliter religionis cõtrouerſias finire poſsint? Nõ eſt (fateor) non eſt ſynodus: nec noſtra hæc eſt corpori moleſta ſcriptitatio pro qua etiam exiguam ſperamus gratitudinem; Similiter nec eſt ordinum reſolutio, nec decreta vlla edicta aut mandata principum regumue. Omnes enim hi errare poſſunt & falli: Nihilominus tamen hæc ſunt media per quæ Deus, licet nõ ſemper (vt & ſuam libertatem & impotentiam noſtram ſentire nos faciat) ordinarie tamen boni aliquid operatur, exortaſq; in Eccleſia difficultates componit. Cæterùm, certum hoc eſt; nullum huiuſcemodi medium à Deo filijs hominum hic in terris conceſſum eſt, per quod certo & infallibiliter, religionis controuerſias in Eccleſia exorituras dirimerent: Nequaquam, nihil tale*. Non maiorem authori-

thoritatem tribuit Sanctis Patribus in ijs etiã punctis doctrinę, in quibus omnes vniformiter conſentiunt. cap. 15. ſect. 2. & 3. Quin imo non reuerenter ſatis aut modeſte de ijſdem paſſim loquitur. Nam pag. 39. & ſeqq. *Si enim quidquam eſt*, inquit, *in toto mundo, quod vacillare hominum fidem faciat, & in incertum fluctuare; Si quidquam eſt, quod vnitatis aggeres perrumpit & iurgiorum aquas irruere facit, pro ijs qui diſsidijs delectantur, vt loquitur Salom. Pro. 17. 14. certe eſt numeroſa illa claßis ſcriptorum Patrum.* & pagi. *42. Inſuper quis negare poteſt, Patres, quia commixti erant inter gentes, multa ordinaſſe ac diſpoſuiſſe ad gentilium morem, vt eo facilius (pro vt ipſi hoc concipiebant) gentes lucrarentur? Eadem quoque de cauſa ſuper grauib. arduiſq; punctis capitalib. nimium ſunt philoſophati, ſacras quoque literas ſæpenumero non parum liberè modo in hunc, modo in illum traxerunt ſenſum: ſimiliter cedentes aliquantulum aui ſui corruptelis & abuſib. reperiuntur paulatim viam ſtrauiſſe (vtpote per imprudentiam manum manui ad hoc iungentes, quanquam nullatenus id intendentes) ad miſerabilẽ, quã nũc videmus, Eccleſiæ Rom. ruinam, &c.* & p. *43. non eſt, apud illos* (Patres) *inſolitum tum diſputãdi vehementia, tum adhortandi monendiq; abundantia, tũ futurorum errorũ ignorantia, tum cõmoditate quadam ex accommodatione ad iſtorum temporũ diſpoſitionem percepta, multa & ſcribere & ordinare, quæ tamen ipſi non ita proprie ſenſerunt aut obſeruarunt* Pag. 39.

uarunt, vt videntur ſonare, &c. Et ſeq. ſect. concludit nihil habiturũ admirationis, *ſi ita contingeret, vt neotericorũ ſcriptorum ſpicilegiũ toti SS. Patrum meſſi præſtare inueniretur.* Et ſect. 7. ac deinceps ait, eos, qui SS. Patrũ lectioni ſtudent, iram Dei in ſe prouocare, *diabolum ſtudioſiſſime ad hoc allaborare, vt præclara Chriſtianorũ ingenia in hoc ſpecie tenus pulchro reuera tamen noxio ſtudio occupentur,* ſic enim S. Scripturam negligi & paulatim prorſus à nobis tolli, ſimulq; hominũ inuenta pernicioſa in Eccleſiam Chriſti introduci, quæ Deus execretur. Et tamen p. 40. ſic loquitur: *libenter fatemur de nobiſmetipſis quod indignos nos arbitremur, qui lauandis Patrũ manib. aquã infundamus aut libros eorũ poſt eos feramus.* Teſtimoniũ hoc vltimum verũ eſt, quãquam non illud veritatis amor ex corde elicuit, ſed ignominiæ partim timor, partim ſimplices pietatis quadam larua decipiendi ſtudiũ profano etiã ac reluctãti calamo extorſit. Sic pius eſt Teeling. vbi quæſtum facere ex pietate nouit, 1. *Tim. 6. verſ.* 5. Nihilominus *ca. 29. ſect. 6. & 7.* pene impatienter cõciliũ vrget. Præuidens autẽ quid in permiſſo cõcilio euenire facile poſſet, *ſect.* 8. mo-
Pag. 313. uet hanc quæſt. *Quid ſi celebrato concilio per omnia legitimo, Magiſtratus poſt ſedulam diligentiam & veritatis ſufficientẽ indagationẽ iuxta S. Scripturæ normã in conſcientia ſua ſententiã cõcilÿ probare nõ poſſit, ſed eam iudicet cõtrariari S. Script.*

non

nõ obſtantib. multis Scripturæ teſtimonijs à ſynodo pro ſua ſentẽtia, allegatis, putetq́ Magiſtratus ſuã ſentẽtiam, ſynodo contrariã, veram eſſe, & ſolidius in Dei verbo fũdatã? Ad hãc difficultatẽ, quã dicit eſſe permagnã, pręmiſſis aliquot cõſiderationib. tãdẽ timide reſpõdet, ſi ſynodus ita legitime ſit habita, vt nulla in eam cadat exceptio, præſertim ſi cõmuni ſuffragio totius ſynodi ſententia lata ſit, & niſi notabiles oriantur difficultates ex ipſa re, de qua lata eſt ſentẽtia, in hoc caſu ſe nõ videre aliud, niſi quod honorabilis Magiſtratus ſynodali concluſioni locũ dare debeat, nec propriam ſuam ſententiam Eccleſię inordinate obtrudere, quod id nulli hominũ liceat. *Præterea*, inquit, *etiamſi honorabilis Magiſtratus veritatem penes ſe eſſe exiſtimet, nihilominus obliuiſci nunquã debet, etiã ſe errare poſſe, eſſeque poßibile, vt non Eccleſia ſed Magiſtratus ipſe à veritate deuiarit, quandoquidẽ Magiſtratus errori magis eſt obnoxius quam Eccleſia.* Quare ſi error, in quem Magiſtratus Eccleſiam incidiſſe exiſtimat, ſit circa ea, quæ ad ſalutem & Eccleſiæ ędificationẽ neceſſaria nõ ſunt, Magiſtratus, ex pietate erga matrem, nõ ſe ei opponet, ſed tolerabit eã: ſi autẽ eiuſmodi ſint, vt vere circa ea Eccleſia errauerit, debet ſe Magiſtratus ei tanquã ſynagogæ Satanę opponere, conatus eius infringere & veritatẽ defendere. In ijs quoq; quę ad fidem pertinẽt, licet tam neceſſaria non ſint, ſi Eccleſia ſub

graui

graui cenſura, determinet, debet Magiſtratus ob Eccleſiæ pacem non turbandam ei cedere, ſi pauci ſint, in quos illa cenſura fertur: ſi autem multi ſint, ita vt per cẽſuram illam ſchiſma cauſetur, tum debere Magiſtratum ſe illi ſententiæ opponere, eiuſque retractationem poſtulare, & damnatos defendere, ſi adhibitis debitis medijs non poſſit Magiſtratus aſſentiri Eccleſiæ; tamen non ſolum Eccleſiam, ſed quemlibet particularem hominem poſſe iterum ſecundum Scripturam examinare iudicium Magiſtratus, eique improbato repugnare, & ab Eccleſia poſſe Magiſtratum excõmunicari, nullum autem eſſe hominibus aliud pacis remedium, ſed omnia ſic committenda eſſe Deo, vt ipſe tunc immediatè Eccleſiæ ſuæ ſuccurrat, & ſuo tempore retribuat peccantibus.

Pag. 331. & 332.

Pag. 335.

Non multum diſſimilem de componendis Eccleſiæ diſſidijs fuiſſe Arminij ſententiam, patet ex oratione eius de qua parte prima Anno 1605.

CAPVT VIII.

Examinatur ſententia Teelingij.

SED iſthæc Teelingij doctrina multos eoſque grauiſſimos patitur defectus, quos vt deuita-

diuitarent alij, priores concordiæ ineundæ modos videntur excogitaſſe. Nec difficilis eſt cenſura. Primò enim vana eſt prorſus, & abſque omni ſoliditate infinitas creat moleſtias. Nam vbi pars vna ita ſe exiſtimat clarè veritatem ex Scriptura deduxiſſe, vt niſi cum pertinacia diſſentire nemo poſſit, qui Scripturæ iſtam teſtificationem inſpexerit (ſi enim hoc non fecerit, nihil certò definire poteſt) ſimulque hanc ſuam deductionem parti aduerſæ propoſuerit; qui fieri poteſt, vt, ſi nihilominus pars iſta ob allegata teſtimonia à contraria ſententia non diſcedat, non ex prauo quodam affectu procedere iudicetur. Sic ſi Magiſtratus cauſam ſuæ ſententiæ ita manifeſtè ſe credat concilio ex Scriptura declaraſſe, & nihilominùs concilium ſententiam contrariam veram eſſe determinauerit, præſumet Magiſtratus meritò defectum aliquem inuidiæ, odij, ſuperbiæ, aut alium quempiam huiuſmodi concilij Iudicium corrupiſſe, adeoque tanquam illegitimum retractari poſtulabit, nec retractationis huius vllus erit finis, quãdiu Magiſtratus ſententiam ſuam clarè eſſe è Scriptura deductam exiſtimauerit. Ex alterâ parte concilium ex ſuæ deductionis claritate idem de magiſtratu cenſebit, atque ideo eundem monebit ſynodus, vt ſanius iudicet, *& benè profunde conſcientiam eius tanget, vt diligenter caueat, ne manus injciat in ſponſam dilectã D.N.* Pag. 331.

D.N. IESV CHRISTI. Certè Conc. Trid. multis integris annis tanta cum ordinatione, tanta cum pietate, tot orationibus & ieiunijs tam diligenti omniũ rerum examine fuit celebratum, vt ſi quod vnquam poſt Apoſtolorum tempora legitimum fuerit in Eccleſia Concilium, id eſſe Trident. negare, aut ambigere iure nemo poſſit. Imò notus mihi eſt, qui cum Caluinianæ Religionis non mediocris doctrinæ eſſet Theologus, oblatumque ſibi alicubi, vt legeret Concil. Triden. cum riſu, etiam vix legere dignatus, acceptaſſet, ſola ilthac lectione ad religionem Catholicam ſit conuerſus. Si tamen aduerſus hoc concilium tã multa omnes deblaterãt ſectarij, an ſperãdum eſt, vt magiſtratus nullum omnino defectum ſubeſſe credat, vbi ſynodum quamlibet contra clara ſcripturæ teſtimonia ſententiam dixiſſe crediderit.

Secundò: Cum effectus ſeu finis concilij ſit doctrinæ in Eccleſia vnitas, ſchiſmatũ, tumultuum bellorumq; remotio: tantum abeſt, vt hæc bona ex hac Teelingij doctrina ſperari poſſint, vt contraria potius infallibiliter ex ea proueniant. Quis enim non videat armari hac viâ magiſtratum iuſto bello (quod intermittere non debeat) aduerſus Eccleſiam, non minus quam hanc contra illũ: imò quemuis priuatum hominẽ aduerſus Magiſtratum & Eccleſiã. Quid enim; ſi, vbi ſynodus omnibus tẽ-

tatis

tatis medijs, adduci nõ poteſt, vt cũ magiſtratu cõſentiat, ſed fidei quandã veritatẽ tanquã Eccleſiæ ædificationi neceſſariam ſub anathemate, aut alia quadã graui cẽſura determinat; ſi inquã magiſtratus omni ſimiliter diligẽtia adhibita, ſynodũ erraſſe ex cõſcientia ſua iuxta ſcripturæ iudicium crediderit: quid cõſilij quo minus arma aduerſus Eccleſiã corripiat. Vrgebit certè magiſtratũ conſcientia, & per eã lex diuina, vt veritatẽ populũq; contra ſynodi cenſuras tueatur, falſamq; doctrinam cũ ſynagoga Satanę exterminet. Synodus contra, Magiſtratui tanquã perſecutori, & tyrãno armis ſuis ſpiritualibus repugnare, à veritatis prædicatione non deſiſtere tenebitur. nec lex erit vlla, aut iudex in terra, qui litem dirimat. Ita ſcriptura S. iudice ineuitabilis belli gerẽdi neceſſitas, eaq; vtrimq; iuſtiſſima & magiſtratui & Eccleſię imponetur: quo quid abſurdius excogitari poteſt? Vidit hanc abſurditatẽ ipſe Teelingius, eamq; inter multas diſtinctiones, & ambages partim diſſimulat, partim ad immediatã Dei prouidentiã cõfugiẽs infallibili quodã (quod hactenùs negauerat) ſed Chimerico cõcilio præcauẽdam firmiter ſe credere ſimulat, cũ pag. 330. vtrãq; partẽ, ait, certò ſibi poſſe perſuadere, ſi ex bona cõſcientia, & intẽtione ſimplici ac recta inſtructionis media & adhibeant & admittant, Deum eorum labori optatũ effectũ largiturum. Quid autẽ per hũc

effe-

Matt. 28. 19. effectum intelligat mox ſubdit; *nam nullatenus cogitandum eſt Dominum Ieſum Chriſtum qui promiſit ſe cum ſua Eccleſia futurum vſq; ad mundi finem, eidem in tam ſingulari ac ardua neceſſitate non adfuturum ad reuelandam omnium conſcientijs veritatem*; ſi modò *debitè & bona fide excitauerint bonum Dei ſpiritum, qui in eis habitat.* Nam 1. Conditio hæc rarò ab vtraque diſſidentium parte impletur. 2. Si nihil certo credendum, niſi quod manifeſtè ex Dei verbo educitur. Cur adeo ſibi certo perſuadet Teelingius omnium diſſidentiũ conſcientijs veritatem immediatè à Deo reuelandam? An quia Eccleſiæ ſuæ Chriſtus ſe ſemper adfuturum promiſit? cur ergo eidem tot ante Lutherum ſæculis non adfuit? Nunquid maius incommodum in Eccleſiam ingrueret, ſi politicus eam Magiſtratus gladio perſequeretur, quam cum mille & amplius annis meretricis Babylonicæ veneficijs ac fornicatione corrupta in Satanæ Synagogam transformaretur? vbi tunc erat Chriſtus? Aut ſi tantoperè à magiſtratu politico Eccleſię ſalus dependeat, vt niſi cũ eo pacem habeat, ſubſiſtere nequeat, quid mirum ſi Remonſtrantes politico magiſtratui ſupremam in Eccleſia poteſtatem attribuant? Curandũ quoq; diligenter erit cuilibet politico principi, ne reformatores iſtos in Rep. permittat irrepere. qui enim religionem ſuã ſaluam eſſe poſſe diffidũt, niſi à poli-

à politico magiſtratu fulciatur, ingens equidē ad affectandam tyrannidē habent incitamētum. Nos certè degenerem huiuſmodi Eccleſiam Dei non agnoſcimus; nobiliorem volumus Chriſti ſpōſam, eam ſcil. quæ fundata ſuper firmam petram hæreſum maledicta nouit contemnere, perſecutionū procellas quātumuis maximas, omneſq; inferorum portas vinci neſcia ſpernere, quæ primis à Chriſto 300. annis, vniuerſo eam terrarum orbe ferro, & igni perſequente, frementibus vbiq; Diocletianis & Neronibus, proprio purpurata ſanguine ad hanc, quam omnes ei modo inuidēt hæretici, gloriā exurrexit. Adſuit ei ſemper Chriſtus ſponſus fidelis, non tamen eo modo, vt diſſentientes ab ea politicos principes ipſe ſine medio veritatem docuerit, ſed vt per eā Euangelio ſuo illis explicato, vel dociles ſubiectoſq; aggregaret Eccleſiæ eidem ſuæ diſcipulos, vel ſuperbos ac tyrannide ſæuientes ſuorum patientia confunderet inimicos. Fruſtrà ergo ex perpetua Chriſti in ſua Eccleſia præſentia certo ſibi perſuadet omnium conſcientijs veritatis futuram à Deo reuelationē.

Tertiò: Poſito etiam ſiue caſu ſiue per miraculum iſto magiſtratus cum ſynodo conſenſu, aliud adhuc abſurdum remanet, idque longè maximum; ſententiæ videlicet ita etiā vnanimiter latæ incertitudo, adeo vt nemo, vel ex infima ac rudiſſima plebe ei ſuam con-

formare opinionem tutò poſſit, niſi (vbi ipſe decretũ deintegro examinauerit) per omnia S. literis inueniat conſentaneũ; quod ſi ita eſſe non comperiat, ſalua conſcientia reijcere ſententiã, & magiſtratus & Eccleſiæ libere poſſit ac debeat, ſuamq́; propriam, quam ipſe ſacris literis conformem exiſtimat, conſtanter tueri. Hæc omnia apertè ipſe Teelingius fatetur, & probare nititur ex profeſſo *ca. 28. ſect. 3.* ſtatuitq́; neminem poſſe aliunde firmum, certum, ſolidum ac infallibile, quale ad fidem requiratur, medium cognoſcendæ veritatis diuinæ habere niſi ex ſola S. Scriptura; adeoq́; nulli vel concilio, vel Eccleſiæ credendũ eſſe, niſi ad ſcripturam à quolibet fuerint examinata. Atq; ita redit nobis eadẽ quæſtio de cõponendo diſſidio inter quemlibet ex populo & concilium, quæ antea de Magiſtratu & concilio mota erat. Si enim Magiſtratus ſalua cõſcientia & potuerit & debuerit à concilio diuerſam ſequi ſententiam, eo quod concilium ex hominibus errori obnoxijs conflatum, falli poſſet, ipſe autem melius ſe ex S. literis edoctum crederet; dubium non eſt, quin mortalium nemo aſſentiri Eccleſiæ determinationi teneatur, ſi diligenti pro conditione ſua examine facto, aliter ſe ex Scripturis intellexiſſe arbitretur. Licebit itaque huiuſmodi homini contrariam toti mundo ſententiam defendere, ſeceſſionem bona conſcientia ab Eccleſia facere,

Pag. 252. & ſeqq.

facere, diſcipulos ſuæ opinionis colligere, Eccleſiam ac Magiſtratum hæreſios & apoſtaſiæ condemnare: vno verbo; Lutherum agere. Nec erit inter homines aliquis, qui vel ex Dei verbo, vel ratione euidenti infallibiliter hũc hominem erroris, ac contumaciæ queat conuincere. Cũ enim omnes homines errori ſint obnoxij; &, quantumuis putent Scripturã verbo ac ſenſu apertiſſimis veritatem contra talẽ hominem expreſſiſſe, in hac ſua opinione poſſint falli, ita vt Scripturæ alius ſit ſenſus, quam ipſi putant, incertum & fallibile manet eorum Iudicium, iuxta illud Teelingio valde familiare, *omnis homo mendax, & magni etiam homines falli poſſunt*. Nec prodeſt reſpondere quædã in Scriptura ita eſſe manifeſtè declarata, vt abſq; contumacia nemo diſſentire, aut aliũ ſenſum ijs affingere valeat; atq; adeo in his errãtem inſtruendũ prius eſſe, ac deinceps in errore perſiſtentẽ tanquã af okat kriton hæreſios cõdemnandum. Nihil inquam hoc iuuat. Nam experientia docet plurima, quæ vni vidẽtur in Scripturis extra omnẽ controuerſiam clariſſima, quibus abſq; contumacia cõtradici nihil poſſit, eadẽ ab alijs ſecura cõſciẽtia poſt multorum etiam annorũ diligentiſſimum ſtudium, poſt lectas relectaſq; integras verbi Diuini literas, non tantum videri obſcura, ſed etiam pro ſua contraria ſententia apertiſſima. Exemplum eſto tot annorum in- *id eſt, proprio iudicio condemnatum.*

ter Remonſtrantes ac Contra-Remonſtrantes tot ſcriptis vtrimque libris, tot citatis Scripturæ teſtimonijs diſputatio; exemplum item plurium annorum vtriuſq; partis aliorumq; ſectariorum cum Catholicæ Eccleſiæ defenſoribus de plurimis Sacræ Scripturæ locis diſſidium. Damnat pars vtraque aduerſariam contumaciæ; manifeſtè (quantum quidem exiſtimat) Scripturæ veritati ſubnixa. Certum interim eſt, alteram contumaciæ reā non eſſe. Quænam verò ſit iſta; quis Iudex terminabit? Si dicas Scripturam ſtare claram pro tua parte; vide ne erres; homo enim es errori obnoxius; & plurimi, qui id ante tecū dixerant, nunc mutata ſententia palinodiam cecinerunt.

Quartum idque præcipuè deplorandum ex ijſdem iam poſitis à Teelingio principijs abſurdum conſequitur: ſcil. Neminem mortalium vllum habere ſuę fidei firmum fundamentum, omnes omninò homines, ipſum etiam VVilhelmum Teelingium de ſua fide meritò debere vacillare, & ſi quis certū ſe dicat de ſuæ fidei veritate, illum eo ipſo manifeſti erroris conuinci poſſe. Hanc extremam ſanè miſeriam dùm Teelingius ſtudet effugere, cum *cap.* 28. *ſect.* 3. inualidata Eccleſię tanquam hominum authoritate fallibili, ſolam S. Scripturam dono S. Spiritus probe intellectā pro firmo ſolidoq; medio indubitatæ (pro qua mori

mori quis debeat) fidei tenendam eſſe ſtatuit, nimis profecto improuidus vltro incurrit. Vidit etiam ſe eam incurriſſe, ſubitoque faſſus mox iterum negauit. Nam pag. 257. cum ſibi obieciſſet quemlibet priuatum hominē, iuxta traditam à ſe doctrinam, facilè propriā è S. literis contra vniuerſam Eccleſiam excogitaturum ſententiam, putaturumq; etiam ſe Spiritum Dei habere, reſpōdet, vnumquemque debere cautè diligenterq; attendere (agi enim de animabus) ne decipiatur, ideoque iuxta S. Pauli doctrinam debere ſe frequenter probare, an ſit in fide: debere etiam Eccleſiam quemlibet ad hoc faciendum admonere; *ſed amplius* (ait) *nihil ex parte hominum medijs ſpiritualibus fieri in hac re poteſt; nullum aliud effugium hominibus hic in terris à Deo in hac re conceſſum eſt: ſupremum, & in quo ſolo particularis quiſque fundare ſe poteſt, eſt teſtimonium Spiritus Sancti ex Sacris literis cuiuſque particularis hominis conſcientiæ factum, hoc tranſcendit omnes hominum determinationes. Si putat homo ſe teſtimonium Spiritus ex ſacris Litteris pro ſua parte habere, & tamen decipitur, non aliud eſt remedium, quàm quòd à nobis ſupra indigitatum eſt, vt talis quiſpiam ſanius ſapiat. Deus in terra vlterius remedium nullum dedit, quo homines de facto orthodoxos eiuſdemque ſententiæ redderet: iſtud incommodum Deus adhuc relinquit filijs homi-* 2. Cor. 13. 5

 num

num propter peccata ad humiliationem eorum; & omnino fruſtra laboratur dum quidam conantur aliud adhuc quippiam exquirere quo inter Chriſtianos omnia accommodari cunctaq́ue diſſenſiones finiri poſſent. Deinde, vt habeat ſocios in miſerijs, conatur probare etiã apud Catholicos huiuſcemodi eſſe fidei incertitudinem, quod eius argumentum nos infra examinabimus. *parte 4 cap 7.* Tandem cõcludit: *In hoc ergo verſatur negotij cardo vt quiſque diligenter attendat ne in iudicio ſuo decipiatur & amplius nihil hac in re miſeri ac defectibiles hominum filij poſſunt efficere.* Profecto ter miſeri hominum filij ſi ita ſe res habet. Heb. 11. 6. Quis enim vbi didicerit *impoſſibile eſſe ſine* (recta) *fide placere Deo* ſimulq́ue crediderit, poſt breuem caducamq́ue hanc vitam ijs qui Deo non placent, æternum cum Diabolo & Angelis eius paratum eſſe gehennæ incendium; ac deinde num in vera fide ſit ſemetipſum examinauerit, ſi nihil hic inueniat, quo certus de ſidei ſuæ veritate poſſit ſubſiſtere; quis inquam non meritò exhorreſcat apertum in quo degit ſalutis periculum? quis tanto in diſcrimine migrare ad tribunal Chriſti non formidet? Teelingius hic nimis ſe multum conceſſiſſe videns iterum *pagina 259.* hanc mouet quæſtionem: *Cum igitur ita ſe res habeat, an nihil ergo certum aut infallibile datum ſit nobis, ad quod Iudicium noſtrum &*

ſpiritum

ſpiritum qui in nobis operatur probare poßimus, num ſit orthodoxus? Reſpondet affirmatiue: *Ad hoc enim*(ait)*conducit Sacra Scriptura; omne iudiciũ omniſq; Spiritus ab ea diſcordãs malũ eſt iudiciũ & falſus Spiritus. Quamobrem ſtudendum eſt vt conuictione & collatione Scripturæ diſsidium ad exitum deducatur ſi vlla vera fidei firmitas haberi debeat, & vlterius miſer homo procedere non valet.* Itane tuas oues teque ipſum vento paſcis Teeling? vnde noſti ſpiritum qui in te operatur bonum eſſe? Quoniam, inquis, cum ſcriptura concordat. Ergone ſine illo Spiritu Scripturam intelligis? Si ſic: ergo abſque bono Spiritu Scripturam intelligis: non ergo bonus eſt ille tuus intellectus. Si autem per eundem Spiritum Scripturam intelligis, quid mirum eſt ſi ſpiritus ille cum Scriptura ſic intellecta conſentiat? Alius interim per alium ſpiritum Scripturam aliter intelligens eundem ſuum ſpiritum etiam cum Scriptura (prout ab eo intellecta eſt) conſentire non dubitat: certus tamen eſt ſe ſuumque ſpiritum à te ac tuo diſſentire: quid ergo prodeſt ſi quis ad Scripturam ſpiritum Iudiciumque ſuum examinet? Sed deſperans effugium iterum relabitur in priorem miſeriam: *Vlterius*, inquiens, *miſer homo procedere non valet*: Manet ergo miſer homo in fide ſua dubius adeoque fidem nullam habet. Dubitare enim in fide infidelitas eſt.

Quis ergò ſaluus eſſe poterit? Deinde etiamſi verum eſſet ex diligenti iſta quam Teelingius à quolibet homine exigit ſcripturarũ collatione fidei certitudinem acquiri poſſe, id tamen maximæ Chriſtianorum parti prodeſſe nihil poſſet: quotus enim quiſque eſt de populo, cui propter domeſticas occupationes vacet ita diligẽter Scripturas voluere, vt omnia quæ aduerſarij pro ſuæ ſententiæ veritate tanquam aperta Scripturæ teſtimonia protuliſſe aut ratiocinando deduxiſſe ſe exiſtimant, ea quoque quæ ab alio quolibet produci poſſent, examinare dijudicareque poſſit: quod tamen niſi quis fecerit, aduerſarij ſententiam à Scriptura diſcordare adeoque ſuam Scripturæ conformem eſſe firmiter ſtatuere non poterit. Certe quid idiotæ, quibus ne vulgaris quidem litteraturæ conceſſa eſt à Deo cognitio? an à Chriſtiana fide adeoque à cælorum regno abſque miſericordia excludendi? fidem verò vnde haurient? è ſacris duntaxat Litteris? Sed legere eas non poſſunt. An concionatoribus ſuis fidem adhib.bunt? Si hoc velit Teelingius, curet ergo primum vbiuis locorum iſtiuſmodi concionatores conſtitui, qui omnia aduerſariorum argumẽta ita diſcuſſerint, vt inualida ea eſſe affirmare ſiue mendacio valeant. Dein meminerit eorũ quæ
Pag. 42. & 43. *capite 14. Sect 3.* docuit de ijs qui vnanimẽ SS. Patrum de re quadam doctrinam non ipſi le-

ctione inſpexerint,ſed,alijs id ita ſe habere aſ firmantibus relatione audierint,tales ſcilicet ſi quod dicitur,crediderint, non Sanctorum Patrum niti auctoritate,ſed nuda tantùm aſſeueratione Ioannis aut Antonij. Si ita eſt, quid de tot plebeiorum millibus ſtatuetur, qui quænam ſacrarum Literarum ſit ſententia,niſi ex alijs audiant,ſcire nullo modo poſſunt?

Quintus ex ijſdem Teelingij fundamentis pullulans defectus eſt authoritatis Eccleſiæ à Chriſto Domino ei conceſſæ deſtructio, vnde & iniuſtæ vſurpationis reatus omnibus omnino ſeculis in Eccleſiã,etiam in eam quam Teelingius appellat reformatam, redundat. Si enim veritatem dubiam aut incertam nemo alteri pro certa ac indubitata licitè poſſit proponere, vt ipſa rei natura docet: multò equidem minus cuiquam licebit aliũ ad huiuſmodi veritatem pro indubitata recipiendam,grauiſſima,& qua in hoc mundo non eſt alia maior,excommunicationis pœna propoſita cogere.Fatetur verò Teelingius & conſtantiſſimè aſſeuerat, nullum eſſe omnino conciliũ,aut ſynodum quæ(vtpote ex hominibus conflata) errori non ſit obnoxia,adeo vt plurium ſuffragijs mendacium poſſet pro veritate concludere.Hoc ſi ita ſit, nullum eſt omnino concilium quod certam, & de qua dubitare nulli liceat,veritatem poſſit decernere,

nere, quantumuis iuramento etiam aſſeueret omnia iuxta verum Scripturæ ſenſum determinata eſſe. Fortaſſis enim, dicet Teelingius, ita concilium putat ſed errat. Vnde manifeſtè deducitur non licere vlli cōcilio determinationes ſuas fidelibus ſub excommunicationis pœna proponere aut anathema dicere, id eſt, pro ethnico & publicano habere omnes qui aſſentiri determinationi ſuæ noluerint, quæ tamen auctoritas & à Chriſto Eccleſiæ conceſſa eſt *Matt.18.verſu.17.& 18.* & omnibus ferè ſæculis ab Eccleſia fuit vſurpata: quin & ipſe Teelingius eandem Eccleſiæ authoritatē etiam ſuper Magiſtratum propugnat: & in concilio Reformatorum Belgij Embdæ habito *Anno 1571. articulo 26.30. & 31.* quomodo huiuſmodi excommunicatio fieri debeat, præſcribitur: quod & confirmatum eſt in Concilio Dorderaceno *anno 1574. articulo 82.* & in alio ibidem habito *1578. articulo 93. & 96.* iterum decretum; in Medioburgenſi quoque ſynodo *anno 1581. articulo 59. & 62.* Et in alijs idem ſtatutum.

Sextū quod ex Teelingij doctrina ſequitur incommodum, eſt, quemcumque licitè poſſe reuocare in dubium omnes antiquas hæreſes vmquam ab Eccleſia condēnatas. Cum enim Eccleſiæ aut cuiuſcumque concilij definitiua ſententia falſitati ſit obnoxia, fieri poteſt vt omnes antiquæ hæreſes iniuſtè ſint condemnatæ,

Digitized by Google

natæ, præſertim cum earundem hæreſion propugnatores non minus fortiter ab Eccleſiæ ad Sanctæ Scripturæ Iudicium appellauerint, nec minus audacter Concilij quiſque eius in quo damnatus erat, ſententiam perfidiæ incuſauerit, quàm modo Lutherani aut Caluiniſtæ in Tridentino Concilio damnati, idipſum faciunt. Adeoq; non erit pro certo habendus, hæreticus, qui Arrij, Manichæi, Eutychetis, Macedonij, Aerij, Vigilantij aliorumq; monſtroſa dogmata ab inferis reuocare inceperit, eaque Sacræ Scripuræ conſentanea eſſe firmiter crediderit. Adeoque quotieſcunque talis aliquis ſiue vera ſiue ficta cõſcientia antiquorum conciliorum decreta reuideri & ad Scripturam examinari poſtulabit, tenebitur Eccleſia ei morem gerere, & ſuper eadem re nouas perpetuò ſynodos cõgregare; & tamen ſemper ita diſcendo ad veram ſcientiam nunquam pertingere poterit, nec ſimplici plebeculæ vllum præſcribere certum remedium, quo lupos illos ſub ouina S. Scripturæ pelle abſque miſſione *venientes* poſſit diſcernere.

Septimum denique eadem via deducitur inconueniens; multos quoque in dubium vocari poſſe Sacræ Scripturæ libros, de quorum authoritate olim à multis dubitatũ eſt, quoſque deinceps Eccleſia in concilijs canonicos, non fecit, ſed eſſe determinauit. Nam præter-

terquam quod Ebionitæ omnia Pauli Apoſtoli ſcripta reiecerint, ipſumque Paulũ græcum & apoſtatam vocauerint (vt teſtantur Irenæus libro 1. capite 26. & Epiphanius hæreſi 30.) quod idem poſtea etiam Helcheſeitis placuiſſe ait Euſebius 6. hiſtoriæ, capite 27. præterquam item quod Marcion epiſtolas ad Timotheum & Titum reiecerit (Epiphanius *hæreſi 42.* & Hieronymus *præfatione commentariorum in epiſtolam ad Titum*) non æquè ſemper ab omnibus recepti fuere in Eccleſia hi libri, Heſter, Baruch, pars Danielis, Tobias, Iudith, Sapientia, Eccleſiaſticus, Machabæorum primus & ſecundus, Marci, Lucæ, Ioannis partes quædam; epiſtolæ item, ad Hebræos, Iacobi, poſterior Petri, primæ Ioannis particula, ſecunda & tertia tota, Iudæ, & Apocalypſis. Nunc autem cur hæc omnia apud Catholicos, quædam etiam apud Lutheranos, & Caluiniſtas pro canonicis diuiniſque ſcriptis de quibus vel minimum dubitare ſacrilegium ſit; cur inquam recepta ſunt? Non niſi ob determinationem Eccleſiæ quam Teelingius decipi poſſe contendit. Vt modò ſileam de nullo omnino Scripturæ libro, aut verbulo, infallibiliter certum eſſe poſſe Teelingiũ ſitne verbum Dei nec ne: nec enim hoc rogatus probare vllo infallibili argumento poſſet, ſi Eccleſiæ aut omnium Conciliorum iudicium falſum eſſe poſſe pergat ſtatuere. Ita

ſcili-

ſcilicet ab humana quæ falli poteſt ad diuinã Sacrarum Litterarum infallibilem authoritatem oues ſuas Teelingius laborat fruſtra deducere. Ex his ergo omnibus ſatis apparere exiſtimo hanc huius viri doctrinam ita ad concordiam ſtabilemque Eccleſiæ pacem aut ineundam aut conſeruandam nihil facere, vt potius animarum ſaluti publiceq; quieti non parum ſit peſtifera adeoque nullatenus admittenda. Cum itaque non ſemel idem Teelingius fateatur aliud nullum ſe noſſe ineundæ concordiæ remedium, quàm quod ipſe in Eubulo ſuo deſcripſit, aliunde cõſolatio quęrenda eſt. Nec verò vllum inter Reformatos iſtos Miniſtros reperio, qui præter ſupra cõmemorata ſaluandæ vnitatis conſilia aliud proferre vel potuerit vel auſus fuerit: neminem inter tot Magiſtros & paſtores qui miſellis ſuis ouibus, tot opinionum diuerſitate diſtractis, tot ſcriptis libris, tot proclamatis è ſuggeſtibus contentioſis concionibus ſuſpenſis, & vel aduerſæ partis odio contra rationem obduratis, vel ex prudenti rationum libramine in conſcientia ſua miſerè fluctuantibus, vllum agnoſcendæ veritatis ſolidum fundamentum, fideique ſuæ probandæ congruam quandam rationem prębere potuerit: Compertum habeo quoſdam in extrema vitæ ſuæ hora moribundos, iamiamque ingruente terribili mortis inſultu, ob fluctuantem

in fide

in fide conſcientiam pauefactos ex adſtantibus fatali lecto prædicantibus, multaque propter plenariam Chriſti pro nobis ſatisfactionem ſpecioſè promittentibus, cum obteſtatione ardua quæſiuiſſe, num ſi in diuino iudicio mox ſibi euenturo de iſthac quam profitebantur fide condemnationis periculum oriretur, ipſi parati eſſent ad idem tribunal citari, ibíque totum quod fuerit doctrinæ ſuæ periculum in ſe recipere: tum verò miniſtros illos, bonos ſcilicet paſtores, timuiſſe animas ſuas pro ouibus tradere, iniquum hoc eſſe fœdus arguentes & diuinæ ſcripturæ diſſentaneum, quæ doceat quemque in Dei iudicio pro ſe reſponſurum, ſuamque ſarcinam laturum eſſe, atq; hoc modo deſperabundos illos homines omniq; ſolatio deſtitutos querulis votis & vocibus ex hac vita demigraſſe. Miſeret profectò me tot millium animarũ quę ſpecioſis, ventoſis inquam & falſiſſimis Reformatorum promiſſis à Catholicæ veritatis, ſoliditate abductæ vel imprudenter firmum ſe fidei fundamentum obtinere arbitrantur, vel eodem fundamenta prudentius examinato, in arena quidem ſe ædificaſſe comperiunt; in tanta tamen opinionum diuerſitate quonam ſe tutò poſſint conuertere dubitant. His opto & oro primum det Deus ardens & prouidum ſalutis deſiderium. Quod ſi habuerint, proſequentis noſtræ diſputationis exordio

Digitized by Google

ordiô conuenienter hic ipſiuſmet Dei conſilium ipſis propoſuero, quod per Iſaiam Prophetam populo ſuo Iſrael in figura quondam propoſuit: *Audite me qui ſequimini quod iuſtum eſt, & quæritis Dominum: Attendite ad petram vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci de qua præciſi eſtis: Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram quæ peperit vos, quia vnum vocaui eum & benedixi ei, & multiplicaui eum.* Iſai. 51.

HENOTICI DISSECTI BELGII

PARS QVARTA.

De vnico & vero controuerſias fidei terminandi, vnitatem in Eccleſia conſeruandi, & fidelium conſcientias circa fidei myſteria quietandi, remedio.

PROOEMIVM.

EXaminatis igitur tot diuerſis reformatę (vt ab vtraq; litigantium parte appellatur) religionis antiſtitum de conſeruanda Eccleſiæ vnitate ſententijs; vereri poſſemus iſtã quæſtionem tantis viris, tanto conatu, tot annis

nis in ea terminanda deſudantibus adeo difficilem viſam aggredi, niſi cauſa probè nobis eſſet perſpecta ob quam in iſtas ipſi difficultates, atque adeo Labyrinthos inextricabiles inciderint. Videlicet quia ſpatioſo mari poſt terga relicto, in arenti litttore ingenij ſui laxarint retia; quem ſi errorem agnoſcere tam humiliter voluiſſent, quam (ſcrutatis abſque præiudicio diuinis ſcripturis, depoſitoq́; quo flagrant in Romanum Pontificem odio) facilè potuerint, nequaquam tantas, imò vero nullas prorſus in hac quæſtione difficultates experti eſſent. Nos ergo eorum præcipuam habentes rationem, quibus conſcientiæ ſalutiſq́; æternæ cura monſtratum faciet errorem potius agnoſcere, quàm inuidiæ atque odij furens affectio ducem veritatis contemnere, verum ipſis atque vnicum diuinis in ſcripturis apertè nobis reuelatum ſeruandæ in vna fide concordię remedium proferemus. Quod vt fiat expeditius multæq́ue quæſtiones compendio reſoluantur, oportet pro fundamentali veritatis ratione capienda nonnulla præmittere, quæ tumultuũ in Eccleſia cauſas primaſq; radices, fel, & amaritudinem ſurſum germinantes aperiant.

C A.

CAPVT I.

De ſchiſmatum in Eccleſia cauſis & generali modo ijs occurrendi.

NOtum eſt concordiam in cordis ſeu conſenſus de re qualibet vnitate conſiſtere. Quoniam verò ob humani intellectus, tum naturæ conditione nobis inditã, tum vel maximè peccati affectionumq; obliquitate roboratam caliginem, de omnibus penè rebus, ijs etiam quas infallibili ſacrarum literarum teſtimonio, vulgari ſtylo, verbis ſimplicib. & apertis noſtris oculis obiectas cernimus, *quot homines tot ſunt ſententiæ*. Cum itẽ, teſte experientia, verũ ſit quod ait Comicus: *Omnes ſibi bene eſſe malunt quam alteri*, & quod Apoſtolus, Philip. 2. *Oẽs quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti*. Cui mirũ videbitur, tot quot noſtris ipſi oculis intuemur, & in Eccleſiaſticis hiſtorijs legimus, in religionis negotio exortas fuiſſe ſectas & ſchiſmata. Certè ſi maturo quis iudicio iſta conſideret dicet, ipſe cum Chriſto Domino: *neceſſe eſt vt veniant ſcandala*: & cum Apoſt. *oportet & hæreſes eſſe*. Vix. n. imo ne vix quidem, attenta corruptionis humanæ conditione, fieri poteſt vt mala iſthæc nõ eueniant. Quem enim facile reperias qui non, cum diuerſa ſentire ab alijs cœperit, illorũ ſententiæ ſuã præferri opinionẽ cupiat? quem non vel paululum delectet: *Digito mõſtrari, & dicier: hic eſt*, primum tenere in ſub-

Mat. 18.
1*Cor.* 11.

Math. 12 ſellijs locum ac *ſalutari ab hominibus ; Rabbi.*
Gal. 2. 19 Paucos opinor ita eſſe cum Apoſtolo, Chriſto
6 17 confixos cruci, vt ſtigmata eius in corpore ſuo
1. Cor. 12. circumferentes, nihil ſe ſcire arbitrentur, niſi Ieſum & hunc crucifixum.

Non abnuo plures reperiri qui prompto frequenter ſpiritu in mortem iſtam ire cum Domino ſuo affectantes, veteris Adami dictas reliquias conentur excutere; qui nihilominus carnis infirmitate prægrauati diligentis ſui cuſtodiæ oculos in negligentiæ ſomnũ declinent, atque adeo ſubtiliſsimo vanæ gloriæ Spiritu non tantum impetitos, ſed ſuperatos etiam victoſque ipſi ſe deprehendant. Porro non exiguum eſſe hominum numerum qui de vitio iſthoc ſuperando nullum pene laborem ſuſcipiunt, illorum demõſtrat multitudo, qui peſsimo φιλαυτίας morbo decũbẽtes, & excogitatæ à ſe opinioni mordicus inhærent, & de aliorum iudicijs ſuo quodam præiudicio triumphum ſibi deberi exiſtimãt. Quibus proinde vt procliue eſt de re qualibet oblata ſententiam comminiſci; ita emiſſam ſemel in vulgus, ſi ab alio fortè ſolidiſsimis etiam argumentis improbetur, retractare, ac imprudentiam lapſumque agnoſcere non tolerando ſibi fore dedecori creditur. Idcirco ne vel ſilentio ſuo veritatem ſe non attigiſſe fateri videantur, *dum gloriam abinuicem acci-*
Ioan. 5. 44 *piunt, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt non quærunt,* partes

partes ſuas acrius conantur defendere. Atque ita à primo, qui *diſſenſionis* eſt, gradu ad alterũ *contentionis* aſcenditur. Hic verborum pugnis & paſsionibus indulgetur, omnis initur ratio, tentatur modus quæſitis contortisque etiam ex Dei verbo teſtimonijs, quo ſuſcepta ſemel ſententia populo commendari, & aduerſaria in odium poſsit induci. Creſcente interim in hoſtem ira, & ex ira progenerato liuore & odio, conſcientia penitus tandem exuitur; mẽdacijs, falſisque criminationibus res agitur, quæ, ne deprehenſa auctori ſuo ſint noxia, manſuetudo nonnunquam humilitaſq; Chriſtiana, zelus verò frequentius Apoſtolicus non moribus exercetur, ſed verbis, & geſtu effingitur, *ſpecies quidem pietatis* foris oſtenditur, *virtus autem eius* interius radicitus *abnegatur*. Dũq; hoc modo in incautos vulgi animos aduerſæ partis odium inſtillatur, latiſsimè ſchiſmati oſtium aperitur, publica tranquillitas perturbatur, ſeditiones, bella, & quæ hinc oriuntur mala concitantur: ſæpè item impatiens honoris deſiderium in concupiſcibili, & vindictæ cupiditas in iraſcibili potentia deſiderium ſalutis extinguunt. Alij denique profligatæ ſunt adeò conſcientiæ, vt neutiquam probent DEVM habere in notitia, ſed dum ventri, duntaxat & ijs quæ ventri cognata ſunt omnem nauantes operam, in DEI Eccleſia ſecurè non permittuntur

 degere,

degere, agnitā etiā veritatē impugnant, hęreſes pro libidine ſua nouas excogitant, nouæ ſe ſectę Patres, authoreſque, quos arguere deinceps ob ſcelera nullus audeat, ipſi pronuntiant. Ex eo nimirum hominum genere quos Apoſtolus ad Rom. cap. 1. ad viuum nobis depinxit. *Repletos omni malitia, iniquitate, & fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, cōtentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere ſine miſericordia.* &c. Item S. Petrus ep. 2. cap. 2. Hæ ergo cauſæ ſunt ob quas iam inde ab Eccleſiæ exordio tot hæreſes diuerſę extiterint, vt ad ſua vſque tēpora S. Auguſtinus intra primos ſcilicet 400. à Chriſti Domini aſcenſione annos, octoginta octo hæreſes fuiſſe exortas teſtetur, eaſque numeratò recenſeat. Quinquageſimam quintam autem his verbis deſcribit: *Aeriani ab Aerio quodam ſunt nominati, qui cum eſſet presbyter doluiſſe fertur, quod Epiſcopus non potuit ordinari: & in Arrianorum hæreſim lapſus, propria quoque dogmata addidiſſe nonnulla; dicens orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere; nec ſtatuta ſolemniter celebranda eſſe ieiunia, ſed cùm quiſque voluerit ieiunandum, ne videatur eſſe ſub lege. Dicebat etiam presbyterum ab Epiſcopo nulla differentia debere diſcer-*

ni

ni &c. Alias præterea S. Auguſtinus ibidem recenſet Manichæi aliorumque ſceleratiſsimorum hominum adeò monſtroſas hæreſes, vt mirum ſit vllos vnquã vel ex ſimpliciſsima plebe in opiniones iſtas abduci potuiſſe diſcipulos. Abducti tamen fuerunt non pauci: quantumuis innumeris miraculis, inuictaque Martyrum conſtantia Catholicæ doctrinæ ſanctitas vbiuis terrarum innoteſceret. Nimirum mutabile ſẽper vulgus & nouitatis auidum, quod vel ob naturales quaſdam vnius paſtoris præ alio dotes ſchiſmatico ſolet affectu eidẽ ita adhæreſcere, vt *Pauli* eſſe, vel *Cephæ*, vel *Apollo* potius quàm Chriſti glorietur & gaudeat, cuius inconſtantiæ popularis perinſigne nobis aduerſus ſemetipſum exhiberi documẽtum permiſit Chriſtus Dominus, is ſcilicet qui *mitis erat & humilis corde*, quem *de peccato nullus potuit arguere*, qui *erat docens, ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ & Phariſæi*, cui *ſimiliter nunquam homo erat locutus*, qui *dæmonibus, vento, mari & quatriduo mortuis imperabat & obediebant ei.* Hic (inquam) ab eiſdem (plurimis ſaltem eorum) poſtulatus ad crucem, à quibus ſexto ante die diuino quodam triumpho Rex & Meſsias fuerat ſalutatus. Quis ergo miretur, vbi falſi 1. Cor. 1. 12
Prophetæ ſurrexerint *libertatem populo pro-* 2. Pet. 2.
mittentes cum ipſi ſint ſerui corruptionis, in- 19.
ueniri ſemper aliquos qui *à veritate quidem* 2. Ti. 4. 3.

 au-

2. Pet. 2. v. 2. *auditum auertunt, ad fabulas autem conuertũtur, qui ſanam doctrinam non ſuſtinent ſed ſequuntur eorum luxurias per quos via veritatis blaſphematur*, qui ſchiſmata, ſeditiones & bella moliuntur.

Ex his infertur *primò*, Hæreſiarchas, ſicut niſi inſigni aliquo vitio imbuti vix vnquam reperti ſunt; ita abſque ſuperbia & proprij ſenſus confidentia reperiri omnino non poſſe. Adeo prorſus vt ſacræ ſcripturę in quibuſdam locis obſcuritatem pro ſui excuſatione allegare nequaquam valeant. Auſim enim dicere ſacram ſcripturam nulli maiorem præbere errandi occaſionem quàm Chriſtus Dominus præbebat Phariſæis Matth. 15. cum diceret: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem.* Cum enim ibi diſcipuli Domino dicerẽt: *Scis quia Phariſæi audito verbo hoc ſcandalizati ſunt*: inſinuans Dominus ſe ipſis ſcandali occaſionem non dediſſe, *ſinite*, inquit, *illos, cæci ſunt & duces cæcorum*, quaſi diceret: Niſi Phariſæi excæcati odio & inuidia proni nimis eſſent vt in verbis meis quid carpere poſsint, quærerent, facile ex circumſtantijs huius locutionis meæ verborum ſenſum intellexiſſent, vel ſi ob ruditatem ſolam tantum ingenio non valuiſſẽt; ſaltem, ſicut vos modo facitis, quid iſta phraſi (an ſcilicet ieiunium & temperantiam damnare

nare, gulæ ac ebrietati laxare frena) voluerim diligentius ex me quæſiuiſſent. Itaque ſicut illic Phariſæi verbis Domini ſiniſtrum aliquẽ (quem iniquus erga illum affectus ſuggerebat) ſenſum tribuerunt, ita hæretici, præiudicata iam de religionis negotijs ac firmata fortiter opinione propria, non quem ipſa Sacra Scriptura offert ſenſum apti ſunt excipere eiue conſentire, ſed ſuum (quem credunt ab õni falſitate prorſus eſſe liberum) ſaluare cupientes, talem ſcripturæ verbis attribuũt ſenſum, quem præconceptæ ſuæ opinioni vident non repugnare; tametſi pro ſenſu oppoſito & verba & circũſtãtiæ omnes ſint apertiſſimę. Experientia enim docet, hæreſes pleraſque & fuiſſe & eſſe circa ea ſcripturæ teſtimonia, quæ verbis clariſsimis ſignificationem habent apertiſsimam. Quid enim clarius, quid ſimplicius, quid apertius dici poteſt, quàm: *Hoc eſt corpus meum*? Et tamen contra apertiſsimum, ſimpliciſsimum, & nulli non obuium verborum horũ ſenſum ſumme Deus! quot hęreſes? quot ſenſus tropici, quot figuratiui, quot obſcuri, exotici, & labore magno ex omnibus & ſingulis iſtis verbis legũtur extorti? Quid cauſæ? An verborum obſcuritas? Nullatenus: clariora enim verba quis excogitet? An ſenſuum diuerſitas? Ea ſi hic ſit, in quanam ſcripturæ propoſitione non erit? ſaltem vnus

in fide conſcientiam pauefactos ex adſtantibus fatali lecto prædicantibus, multaque propter plenariam Chriſti pro nobis ſatisfactionem ſpeciosè promittentibus, cum obteſtatione ardua quæſiuiſſe, num ſi in diuino iudicio mox ſibi euenturo de iſthac quam profitebantur fide condemnationis periculum oriretur, ipſi parati eſſent ad idem tribunal citari, ibique totum quod fuerit doctrinæ ſuæ periculum in ſe recipere: tum verò miniſtros illos, bonos ſcilicet paſtores, timuiſſe animas ſuas pro ouibus tradere, iniquum hoc eſſe fœdus arguentes & diuinæ ſcripturæ diſſentaneum, quæ doceat quemque in Dei iudicio pro ſe reſponſurum, ſuamq; ſarcinam laturum eſſe, atq; hoc modo deſperabundos illos homines omniq; ſolatio deſtitutos querulis votis & vocibus ex hac vita demigraſſe. Miſeret profectò me tot millium animarũ quę ſpecioſis, ventoſis inquam & falſiſſimis Reformatorum promiſſis à Catholicæ veritatis, ſoliditate abductæ vel imprudenter firmum ſe fidei fundamentum obtinere arbitrantur, vel eodem fundamenta prudentius examinato, in arena quidem ſe ædificaſſe comperiunt; in tanta tamen opinionum diuerſitate quonam ſe tutò poſſint conuertere dubitant. His opto & oro primum det Deus ardens & prouidum ſalutis deſiderium. Quod ſi habuerint, proſequentis noſtræ diſputationis exordio

Digitized by Google

ordiò conuenienter hic ipſiuſmet Dei conſilium ipſis propoſuero, quod per Iſaiam Prophetam populo ſuo Iſrael in figura quondam propoſuit: *Audite me qui ſequimini quod iuſtum eſt, & quæritis Dominum: Attendite ad petram vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci de qua præciſi eſtis: Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram quæ peperit vos, quia vnum vocaui eum & benedixi ei, & multiplicaui eum.* Iſai. 51.

HENOTICI DISSECTI BELGII

PARS QVARTA.

De vnico & vero controuerſias fidei terminandi, vnitatem in Eccleſia conſeruandi, & fidelium conſcientias circa fidei myſteria quietandi, remedio.

PROOEMIVM.

EXaminatis igitur tot diuerſis reformatæ (vt ab vtraq; litigantium parte appellatur) religionis antiſtitum de conſeruanda Eccleſiæ vnitate ſententijs; vereri poſſemus iſtã quæſtionem tantis viris, tanto conatu, tot annis

nis in ea terminanda deſudantibus adeo difficilem viſam aggredi, niſi cauſa probè nobis eſſet perſpecta ob quam in iſtas ipſi difficultates, atque adeo Labyrinthos inextricabiles inciderint. Videlicet quia ſpatioſo mari poſt terga relicto, in arenti litttore ingenij ſui laxarint retia; quem ſi errorem agnoſcere tam humiliter voluiſſent, quam (ſcrutatis abſque præiudicio diuinis ſcripturis, depoſitoq; quo flagrant in Romanum Pontificem odio) facilè potuerint, nequaquam tantas, imò vero nullas prorſus in hac quæſtione difficultates experti eſſent. Nos ergo eorum præcipuam habentes rationem, quibus conſcientiæ ſalutiſq; æternæ cura monſtratum faciet errorem potius agnoſcere, quàm inuidiæ atque odij furens affectio ducem veritatis contemnere, verum ipſis atque vnicum diuinis in ſcripturis apertè nobis reuelatum ſeruandæ in vna fide concordię remedium proferemus. Quod vt fiat expeditius multæque quæſtiones compendio reſoluantur, oportet pro fundamentali veritatis ratione capienda nonnulla præmittere, quæ tumultuũ in Eccleſia cauſas primaſq; radices, fel, & amaritudinem ſurſum germinantes aperiant.

Digitized by Google

CAPVT I.

De ſchiſmatum in Eccleſia cauſis & generali modo iis occurrendi.

NOtum eſt concordiam in cordis ſeu conſenſus de re qualibet vnitate conſiſtere. Quoniam verò ob humani intellectus, tum naturæ conditione nobis inditã, tum vel maximè peccati affectionumq; obliquitate roboratam caliginem, de omnibus penè rebus, ijs etiam quas infallibili ſacrarum literarum teſtimonio, vulgari ſtylo, verbis ſimplicib. & apertis noſtris oculis obiectas cernimus, *quot homines tot ſunt ſententiæ.* Cum itẽ, teſte experientia, verũ ſit quod ait Comicus: *Omnes ſibi bene eſſe malunt quam alteri*, & quod Apoſtolus, Philip. 2. *Oẽs quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti.* Cui mirũ videbitur, tot quot noſtris ipſi oculis intuemur, & in Eccleſiaſticis hiſtorijs legimus, in religionis negotio exortas fuiſſe ſectas & ſchiſmata. Certè ſi maturo quis iudicio iſta conſideret dicet, ipſe cum Chriſto Domino: *neceſſe eſt vt veniant ſcandala*: & cum Apoſt. *oportet & hæreſes eſſe.* Vix. n. *Mat. 18.* *1Cor. 11.* imo ne vix quidem, attenta corruptionis humanæ conditione, fieri poteſt vt mala iſthæc nõ eueniant. Quem enim facile reperias qui non, cum diuerſa ſentire ab alijs cœperit, illorũ ſententiæ ſuã præferri opinionẽ cupiat? quem non vel paululum delectet: *Digito mõſtrari, & dicier: hic eſt*, primum tenere in ſub-

Math. 12 ſellijs locum ac *ſalutari ab hominibus*; *Rabbi.*
Gal. 2. 19 Paucos opinor ita eſſe cum Apoſtolo, Chriſto
6 17 confixos cruci, vt ſtigmata eius in corpore ſuo
1. Cor. 11. circumferentes, nihil ſe ſcire arbitrentur, niſi Ieſum & hunc crucifixum.

Non abnuo plures reperiri qui prompto frequenter ſpiritu in mortem iſtam ire cum Domino ſuo affectantes, veteris Adami dictas reliquias conentur excutere: qui nihilominus carnis infirmitate prægrauati diligentis ſui cuſtodiæ oculos in negligentiæ ſomnū declinent, atque adeo ſubtiliſsimo vanæ gloriæ Spiritu non tantum impetitos, ſed ſuperatos etiam victoſque ipſi ſe deprehendant. Porro non exiguum eſſe hominum numerum qui de vitio iſthoc ſuperando nullum pene laborem ſuſcipiunt, illorum demōſtrat multitudo, qui peſsimo φιλαυτίας morbo decūbētes, & excogitatæ à ſe opinioni mordicus inhærent, & de aliorum iudicijs ſuo quodam præiudicio triumphum ſibi deberi exiſtimāt. Quibus proinde vt procliue eſt de re qualibet oblata ſententiam comminiſci; ita emiſſam ſemel in vulgus, ſi ab alio fortè ſolidiſsimis etiam argumentis improbetur, retractare, ac imprudentiam lapſumque agnoſcere non tolerando ſibi fore dedecori creditur. Idcirco ne vel ſilentio ſuo veritatem ſe non attigiſſe fateri videantur, *dum gloriam abinuicem acci-*
Ioan. 5. 44 *piunt, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt non quærunt,*

partes

partes ſuas acrius conantur defendere. Atque ita à primo, qui *diſſenſionis* eſt, gradu ad alterũ *contentionis* aſcenditur. Hic verborum pugnis & paſsionibus indulgetur, omnis initur ratio, tentatur modus quæſitis contortisque etiam ex Dei verbo teſtimonijs, quo ſuſcepta ſemel ſententia populo commendari, & aduerſaria in odium poſsit induci. Creſcente interim in hoſtem ira, & ex ira progenerato liuore & odio, conſcientia penitus tandem exuitur; mẽdacijs, falſisque criminationibus res agitur, quæ, ne deprehenſa auctori ſuo ſint noxia, manſuetudo nonnunquam humilitaſq; Chriſtiana, zelus verò frequentius Apoſtolicus non moribus exercetur, ſed verbis, & geſtu effingitur, *ſpecies quidem pietatis* foris oſtenditur, *virtus autem eius* interius radicitus *abnegatur*. Dũq; hoc modo in incautos vulgi animos aduerſæ partis odium inſtillatur, latiſsimè ſchiſmati oſtium aperitur, publica tranquillitas perturbatur, ſeditiones, bella, & quæ hinc oriuntur mala concitantur: ſæpè item impatiens honoris deſiderium in concupiſcibili, & vindictæ cupiditas in iraſcibili potentia deſiderium ſalutis extinguunt. Alij denique profligatæ ſunt adeò conſcientiæ, vt neutiquam probent DEVM habere in notitia, ſed dum ventri, duntaxat & ijs quæ ventricognata ſunt omnem nauantes operam, in DEI Eccleſia ſecurè non permittuntur

degere, agnitã etiã veritatẽ impugnant, hęreſes pro libidine ſua nouas excogitant, nouæ ſe ſectę Patres, authoreſque, quos arguere deinceps ob ſcelera nullus audeat, ipſi pronuntiant. Ex eo nimirum hominum genere quos Apoſtolus ad Rom. cap. 1. ad viuum nobis depinxit. *Repletos omni malitia, iniquitate, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, cõtentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parẽtibus non obedientes, inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere ſine miſericordia.* &c. Item S. Petrus ep. 2. cap. 2. Hæ ergo cauſæ ſunt ob quas iam inde ab Eccleſiæ exordio tot hæreſes diuerſę extiterint, vt ad ſua vſque tẽpora S. Auguſtinus intra primos ſcilicet 400. à Chriſti Domini aſcenſione annos, octoginta octo hæreſes fuiſſe exortas teſtetur, eaſque numeratò recenſeat. Quinquageſimam quintam autem his verbis deſcribit: *Aeriani ab Aerio quodam ſunt nominati, qui cum eſſet presbyter doluiſſe fertur, quod Epiſcopus non potuit ordinari: & in Arrianorum hæreſim lapſus, propria quoque dogmata addidiſſe nonnulla; dicens orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere; nec ſtatuta ſolemniter celebranda eſſe ieiunia, ſed cùm quiſque voluerit ieiunandum, ne videatur eſſe ſub lege. Dicebat etiam presbyterum ab Epiſcopo nulla differentia debere diſcer-*

ni &c. Alias præterea S. Auguſtinus ibidem recenſet Manichæi aliorumq́ue ſceleratiſsimorum hominum adeò monſtroſas hæreſes, vt mirum ſit vllos vnquã vel ex ſimpliciſsima plebe in opiniones iſtas abduci potuiſſe diſcipulos. Abducti tamen fuerunt non pauci: quantumuis innumeris miraculis, inuictaq́ue Martyrum conſtantia Catholicæ doctrinæ ſanctitas vbiuis terrarum innoteſceret. Nimirum mutabile ſẽper vulgus & nouitatis auidum, quod vel ob naturales quaſdam vnius paſtoris præ alio dotes ſchiſmatico ſolet affectu eidẽ ita adhæreſcere, vt *Pauli* eſſe, vel *Cephæ*, vel *Apollo* potius quàm Chriſti glorietur & gaudeat, cuius inconſtantiæ popularis perinſigne nobis aduerſus ſemetipſum exhiberi documẽtum permiſit Chriſtus Dominus, is ſcilicet qui *mitis erat & humilis corde*, quem *de peccato nullus potuit arguere*, qui *erat docens, ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ & Phariſæi*, cui *ſimiliter nunquam homo erat locutus*, qui *dæmonibus, vento, mari & quatriduo mortuis imperabat & obediebant ei.* Hic (inquam) ab eiſdem (plurimis ſaltem eorum) poſtulatus ad crucem, à quibus ſexto ante die diuino quodam triumpho Rex & Meſsias fuerat ſalutatus. Quis ergo miretur, vbi falſi Prophetæ ſurrexerint *libertatem populo promittentes cum ipſi ſint ſerui corruptionis*, inueniri ſemper aliquos qui *à veritate quidem* 1.Cor.1.12 2.Pet.2.19. 2.Ti.4.8.

2.Pet.2. v.2. *auditum auertunt, ad fabulas autem conuertũtur, qui ſanam doctrinam non ſuſtinent ſed ſequuntur eorum luxurias per quos via veritatis blaſphematur*, qui ſchiſmata, ſeditiones & bella moliuntur.

Ex his infertur *primò*, Hæreſiarchas, ſicut niſi inſigni aliquo vitio imbuti vix vnquam reperti ſunt; ita abſque ſuperbia & proprij ſenſus confidentia reperiri omnino non poſſe. Adeo prorſus vt ſacræ ſcripturę in quibuſdam locis obſcuritatem pro ſui excuſatione allegare nequaquam valeant. Auſim enim dicere ſacram ſcripturam nulli maiorem præbere errandi occaſionem quàm Chriſtus Dominus præbebat Phariſæis Matth. 15. cum diceret: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem.* Cum enim ibi diſcipuli Domino dicerẽt: *Scis quia Phariſæi audito verbo hoc ſcandalizati ſunt*: inſinuans Dominus ſe ipſis ſcandali occaſionem non dediſſe, *ſinite*, inquit, *illos, cæci ſunt & duces cæcorum*, quaſi diceret: Niſi Phariſæi excæcati odio & inuidia proni nimis eſſent vt in verbis meis quid carpere poſsint, quærerent, facile ex circumſtantijs huius locutionis meæ verborum ſenſum intellexiſſent, vel ſi ob ruditatem ſolam tantum ingenio non valuiſſẽt; ſaltem, ſicut vos modo facitis, quid iſta phraſi (an ſcilicet ieiunium & temperantiam damnare

nare, gulæ ac ebrietati laxare frena) voluerim diligentius ex me quæſiuiſſent. Itaque ſicut illic Phariſæi verbis Domini ſiniſtrum aliquē (quem iniquus erga illum affectus ſuggerebat) ſenſum tribuerunt, ita hæretici, præiudicata iam de religionis negotijs ac firmata fortiter opinione propria, non quem ipſa Sacra Scriptura offert ſenſum apti ſunt excipere eique conſentire, ſed ſuum (quem credunt ab ōni falſitate prorſus eſſe liberum) ſaluare cupientes, talem ſcripturæ verbis attribuūt ſenſum, quem præconceptæ ſuæ opinioni vident non repugnare; tametſi pro ſenſu oppoſito & verba & circūſtātiæ omnes ſint apertiſſimę. Experientia enim docet, hæreſes pleraſque & fuiſſe & eſſe circa ea ſcripturæ teſtimonia, quæ verbis clariſsimis ſignificationem habent apertiſsimam. Quid enim clarius, quid ſimplicius, quid apertius dici poteſt, quàm: *Hoc eſt corpus meum*? Et tamen contra apertiſsimum, ſimpliciſsimum, & nulli non obuium verborum horū ſenſum ſumme Deus! quot hęreſes? quot ſenſus tropici, quot figuratiui, quot obſcuri, exotici, & labore magno ex omnibus & ſingulis iſtis verbis legūtur extorti? Quid cauſæ? An verborum obſcuritas? Nullatenus: clariora enim verba quis excogitet? An ſenſuum diuerſitas? Ea ſi hic ſit, in quanam ſcripturæ propoſitione non erit? ſaltem vnus

eſt obuius , quem verba ſubminiſtrant, Cur à multis iſte reijcitur ? Cur; niſi quia verus non eſſe, non ex verbis ipſis, ſed humano cerebro iudicatur? Sic de SS. Trinitate, de Incarnatione Verbi, de valore Sacramentorum quidquid in ſcriptura verbis ſimplicibus exprimitur, ſi carni & ſanguini diſpliceat mox verbis ſenſus ingeritur, non autem quē verba offerunt, acceptatur. Si eo omnes animo ad ſcripturas accederent, vt tanquam paruuli & omni diuinæ vertiatis cognitione deſtituti, Spiritum Sanctū mirabilia & inſcrutabilia diuinæ ſapientiæ cōſilia loquētē attēderēt, parati captiuo intellectu omnia quæ dicerētur credere, nihil diſcutere; parati Dei volūtatē diſcere, nihil prorſus de ſua reſeruare: dubiū nō eſt quin verū eſſe ſentirent quod dixit Dominus Ioan. 7. 17. *Si quis voluerit volūtatē eius* (patris) *facere, cognoſcet de doctrina vtrum ex Deo ſit.* Facilè, inquam, intelligerent, quis in multis locis, quæ nunc à varijs ita torquentur, genuinus ſit verborum ſenſus; an proprius, an verò Metaphoricus; vel certe ſicubi non ſatis, quid diuina illa maieſtas verbis quibuſdam Sponſæ ſuæ Eccleſiæ reuelare voluerit, quiſpiam per ſeſe diſpiceret; ſaltē quos eidem ſuæ Sponſæ poſuit Deus *Paſtores & Doctores* (Eph. 4. 11.) *ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij in ædificationem corporis Chriſti*, ex eadem ſcriptura ſufficienter intelligeret: atque ita quemmodo

modo ab omni errore liber eſſe poſſet, remedium ſufficiens(niſi Deus tali homini defuturus timeatur)haberet.

Secundò facilè etiã ex dictis colligitur diſſenſionum quædam diuerſitas:ſunt enim quidam in plebe,qui ex ſola veritatis ignorantia vni litigantium doctorum parti, veritatis quadam ſpecie ſeducti, aſſenſum ſimplicem præbuerunt? nullam interim habentes in animo aduerſus veritatem voluntatis aut affectuum auerſionem;adeoque vbi quid ſanior pars ſentiat intellexerint, facile ſententiam mutaturi. Alij sũt verò qui proprij ſenſus ſuperbo quodam amore excæcati,etiam manifeſta veritate conuicti, fraudem ſibi factam exiſtimãt; adeo quod ex ſtultiſsimo cerebro hauſerunt à Spiritu ſancto reuelatum eſſe pertinaciſſimè opinantes:vt licet totus omnino mundus,docti pariter & indocti contrarium pro vero teneant,ipſi tamen(etiam non habẽtes quod obiectis argumentis reſpondeant) omnes alios in errore verſari firmiſsimè penes ſe ſtatuant. Hoc ſolũ ex Euangelio occinentes: *confiteor tibi Pater Domine Cœli & terra,quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis*. Equidem inueniri poſſe huiuſmodi homines non crediſſem, niſi ipſe per experientiam tales eoſque politice bonos ciues non paucos eſſe didiciſſem. De his propriè intelligendum exiſtimo quod *Matth. 11. 25.*

 dixit

dixit Apoſtolus ad Titum 3. 10. *Hæreticum hominem poſt vnam aut ſecundam correptionem deuita; ſciens quia ſubuerſus eſt.* Denique ſunt alii qui grauiſsimo peccato in Spiritum ſanctũ peccantes agnitam veritatem impugnant; eo ſolum fine, vt ſecurè libidini ſuæ aut ambitioni ſtudere valeant, prudentes ac data opera animarum cum diabolo latrocinia perpetrãtes. Nos vt, quomodo his omnibus occurri poſſit, innoteſcat; hanc ſtatuamus poſitionem primam:

Mala eſt omnis ſenſuum aut iudiciorum inter Chriſtianos de fide aut moribus diſcrepantia; adeoque quantum poſsibile eſt, vitanda atque vbi orta fuerit tollenda. Patet hoc præſertim ex diligẽti Apoſtoli Pauli ſtudio, quo fideles toties admonuit: vt *vnum dicerent omnes, idipſum ſaperent, in vno ſenſu & in eadem ſententia vt vnanimes vno ore honorificarent Deum. 1. Cor. 1. 10. Rom. 15. 6. Philip. 2. & 4. 2. &c.* Ex quibus locis etiam duplex huius malitiæ cauſa intelligitur: prima ſcilicet, quia per diſſenſionem veritas, quæ vna eſt, violatur: cum enim duarum pugnantium ſententiarum vtraque vera eſſe non poſsit, oportet vt altera ita diſsidentium à veritate deuiet. Secunda cauſa eſt: quia ex diſsentionibus oriuntur ſchiſmata, id eſt, animorum antea in mutua communione (inſtar membrorum in vno corpore) vnitorum ſeparationes; ita vt ſe

mutuo

Digitized by Google

mutuo pro fratribus & commembris in *corpore Chriſti quod eſt Eccleſia,* non agnoſcant. Quicunque verò ita ſe ſeparant ab ijs penes quos eſt veritas, illi de facto recedũt ab Eccleſia Chriſti extra quam nõ eſt exſpectãda ſalus vlli omnino hominum. Chriſtus enim caput Eccleſiæ, gratiam extra corpus ſuum non influit. Hinc altera ſequitur talis concluſio: *Coloſ. 1.*

Nulla in Ecceleſia toleranda eſt doctrina, quæ vel notabiliter veritatem lædit, vel (quantumuis exiguum errorem contineat) ſchiſmatis inter fideles occaſionem præbet.

Patet ex magnitudine mali, quod inde Eccleſiæ oritur; quæ per manifeſtè falſam doctrinam à ſalutis via abducitur, & infidelium blaſphemijs obnoxia redditur:, per ſchiſma verò, ex vna ſaltem ſui parte prorſus à capite ſuo Chriſto diuellitur. Adeoque ſicut huiuſmodi doctrinæ diſcrepantia Chriſti Eccleſiæ eſt exitialis; ita ei oppoſita doctrinæ vnitas & concordia vel ad Eccleſiæ naturam & eſſentiam pertinet; vel ſaltem inter conditiones ſine quibus Eccleſia nõ poteſt conſiſtere eſt adnumeranda.

Hinc euidenter deducitur ea ineundæ pacis remedia, quæ ad doctrinæ vnitatem progenerandam non faciunt, fucata eſſe & falſa, eoſque qui generales *idem* diuerſo ſenſu *dicendi* formulas comminiſcuntur (quales ſupra Adolphum Venatorem & P. Molineum

neum vidimus) vnitatis falſo nomine phaleratam diſcordiã, hæreſes & ſchiſmata incautæ plebeculæ diuendere. Videlicet, degeneres animos timor arguit: qui exterioris quietis (qua fruũtur potius quam vtantur) capti dulcedine, veritatis ſalutiſq; perpetuæ pati malunt diſpendium, quam damnatis reiectiſque blaſphemis erroribus, momentaneæ breuiſq; perſecutionis ſuſtinere tribulationem. Miſeri profecto politici, qui dum cœlum cum terra commutare decernunt, nunquam quam tanti faciunt, pacem conſequuntur. Quantumuis enim pacis concordiæque vocabulo velata tectaque fuerit ſenſuum diſcrepãtia, ſuis tamen ipſa patronis & fautoribus in neruũ non aliquando erumpere non poteſt.

Hoc ergo nobis inquirendum eſt, quanam ratione exortæ in Eccleſia Dei de religione controuerſiæ (præſertim ſi eiuſmodi ſint quæ prædicta ſecum incommoda conferant) ita poſſint terminari, vt omnes idem loquantur *in vno ſenſu & in eadem ſententia* hoc eſt, vt ad vnam veritatem omnes fideles conſenſum præbeant. Ac primò quidem nulli dubium eſt, quin Deus omnipotẽs ita in Eccleſia ſua omnes Sancti Spiritus vnctione abſque omni alio medio erudire ac mouere potuerit, vt ſingulis reuelata veritate, nemo ab altero eſſet diſſenſurus. Quoniam verò hoc Dei conſilium non fuiſſe luce clarius experientia euincit;

cit; Doctoribus enim & paſtoribus iiſque *hominibus* in Eccleſia locum eſſe voluit: tale nobis quærendum eſt vnitatis doctrinæ remediũ, quod & diuina nobis diſpenſatione ſit concesſum, & ex natura ſua ad ὁμολογίαν generandam ſit comparatum. Nec enim per ignem Deus (quanquam poſsit) frigus producturus eſſe ſperandus eſt, nec calorem per aquam, niſi fortè id ſe eſſe facturum contra cõmunẽ rerum naturam ipſe promiſerit.

Porro quidem verè docuit VVilhelmus Teelingius, pro generali pacis concordiæque remedio virtutis ſtudium ac pietatis exercitia omnibus modis in Eccleſia Dei vrgenda eſſe, vt videlicet hoc modo Deus placatus grauiſsimam ſuam hæreſeos pœnã à populo ſuo longè remoueat, vt item vitioſi affectus (qui perniculoſa ſecum ſolent trahere de credendis præiudicia) per ſtudioſæ vitæ aſſuetudinem ex hominum (Theologorum præſertim) pectoribus eradicentur. Cum enim *qualis quiſq; eſt, talis ipſi plerumq; res videatur*, fieri vix poteſt vt non facile quis falſum id eſſe exiſtimet, à quo ipſe affectu ſiniſtro auerſus iam fuerat. Verùm cum prudens nemo ſperauerit, ita poſſe totam Eccleſiam aut quamlibet in ea Rempublicã à vitiorum ſcabie repurgari, vt nulli omnino mali bonis vmquam permiſti maneant: cum item ad Eccleſiæ ſuæ vigiles à ſocordiæ ſomno retrahendos, omnibus penè ſæcu-

ſæculis veritatis hoſtibus Deus, vt eos exercerent, permiſerit; particulare aliud quęrendū eſt medium, quo & errantibus certa veritas demonſtretur & improbis, quo minus turbare Eccleſiam valeant obex prævalidus obijciatur.

CAPVT II.

Opus eſſe controuerſiarum Iudice.

DIco breuiter: Ad finiendas religionis cōtrouerſias opus eſt ſententia definitiua, qua vna repugnantiū ſententiarum tanquam falſa reijciatur, altera verò pro vera approbetur, ita vt hæc ſententia vtrique contendentiū parti ſit regula cui conformare intellectum ſuum debeant. Hęc propoſitio, præterquam quod, ipſa teſte experientiâ, etiam inter maxima doctiſsimorum Theologorum ingenia locum habeat (horum enim quiſque dū proprium ingenij lumen aut priuatum ſpiritum ſententiæ ſuæ normam ſtatuit, in quam diſſectas pugnanteſque opiniones alter ab altero non recedit?) abſque omni controuerſia neceſſaria eſſe conuincitur pro ijs, quibus ad diiudicandam per ſemetipſos veritatem dona non ſuppetunt. *Nunquid enim omnes Doctores? nunquid omnes interpretantur?* Certe longè maxi-

Vid. part. 1 pag. 28

1. Corint. 12, 19.

maxima Chriſtianorum pars aut ne legere quidem ſcripturas valet aut cótrouerſias quæ inter doctos abſque modo & fine cumulantur diſpiciendi nec otium habet nec facultatem. Niſi ergo hi habeant alium cuius ſequi ſentẽtiam tuto poſſint & debeant, de veritate nihil omnino ſtatuere, adeoque alteri controuerſiarum parti adhęrere non poterunt, quod tamen ni fecerint, fidei ſæpè fundamenta deſerent, & in ſchiſmate, cui ſe parti coniungere debeant ignorabunt. Quæ certè res lacrymis potius quàm verbis multis proſequenda eſt; Siquidem totius Chriſtiani orbis obiectum mentis oculis theatrum quot immortalium animarũ habet myriades, quæ (ſchiſmate diuiſis hæreſeoſque ſe mutuò damnantibus ijs à quibus inſtitui debebant, paſtoribus,) per imprudentiam ſchiſmatis, malarumque opinionum factæ participes, æternum faciunt ſalutis naufragium? Contendunt ſectarij omnes, in Eccleſia Romana ſalutis fundamentum prorſus eſſe euerſum. Negant id quotquot in Europa, in India, Iaponia, China, America infinito pene numero de eiuſdem Eccleſiæ ſibi communione gratulantur. Diſputatur vtrimque acriter, ſcribendorũ librorum nullus eſt finis. Idem fit inter ipſos veritatis Catholicæ aduerſarios. Miſellus interim populus quid faciet? quo iudice lupum ſub ouina verbi diuini

Digitized by Google

uini pelle latentem internoſcet? Si extraordinariam Dei potentiam nuſquam promiſſam, nuſquam apparentem in remedium non traxeris, vtique iudicio tali inter contendentes opus eſt, quo falſitate dānata, veritas authoritate legitima comprobetur.

CAPVT III.

Conditiones quæ huic Iudici ſunt neceſſariæ.

CVm igitur eum in finem Iudice opus ſit in Eccleſia, vt lites circa Religionis negotia ortas definitiuâ valeat ſententia terminare: quo facilius, quis hic ſit Iudex, innoteſcat, conditiones quaſdam eius ad ferendū hoc iudicium requiſitas oportet inſpicere. Harum igitur hæc ſtatuatur prima.

Conditio Prima. I. Iudex controuerſiarum fidei & morum habere debet authoritatem Doctoris ſuper fideles tanquam ſuos diſcipulos. Comprehendit Dominus noſter hanc auctoritatem ſub ſuauiori vocabulo *paſtoris*, quo ſemetipſum non ſemel appellauit, *Ioan.* 10. licet à diſcipulis communiter *Rabbi.* id eſt, *Magiſter* ſeu *Doctor* vocaretur. Quod autem hæc *docendi* ſeu *ſana Doctrinâ* fideles *paſcendi* authoritas controuerſiarum Iudici ſit neceſſaria, ex eo probatur, quod munus illius ſit determinare verum, (ſicut pro aliis communiter tribunalibus determinatur ius ſeu iuſtum) idq; fidelibus tenendū cum authori-

tate

proponere. In hiſce autem Doctoris ſeu Magiſtri erga diſcipulos officium conſiſtit.

II. Iudex controuerſiarum fidei debet certò cognoſcere veritatem, quæ ad eius iudicium à dubio vindicanda defertur: vel certè diuinæ virtutis tali opus eſt concurſu, vt licet aliud ipſe iudex intendat, pro veritate tamen (quod Caiphę de Christo Domino ſententiā dicenti contigit) litem determinet. Patet huius conditionis neceſsitas: nam alioqui ipſe qui fidelibus datus eſſet conciliator pacis & vnitatis, per errorem pro ſalutari pabulo venenum ipſis nonnunquam porrigeret, atque ita totum ouile Chriſti ipſe vt Lupus diſperderet, dum ſanas inde oues conaretur eiicere, morbo verò infectas inibi fouere.

Conditio. ſecunda

Io. 11. 50

III. Debet quoque Iudex controuerſiarum habere authoritatem partes contendentes obligandi vt ſententiam ſuam recipiant ac ſequātur; idq; abſolutè, nō autē ſub hac conditione: *ſi partibus contendentibus lata ſententia iuſta videatur aut veritati conformis.* Intelligitur hæc conditio præcipuè de ſententia extrema, à qua hic inter homines non datur ad aliud tribunal appellatio. Patet huius conditionis neceſsitas: nam ſine hac auctoritate nullum omnino iudicium lites poteſt terminare; & ſi partibus liceret iudicis ſententiam examinare; atque, ſi eam probare non poſſent contemnere; iam ſuum iudicem iudicio ſuo

Conditio tertia.

 ſubij-

ſubijcerent, quod eſt rerum naturas ſubuertere & lites ac bella in infinitum protrahere: imo iudicum omnium, id eſt, regum, Principum & Magiſtratuum authoritatem deſtruere, *dominationem quidem ſpernere, maieſtatem autem blaſphemare*. Ex hac conditione ſequitur quarta.

Iud.

IV. Debet quoque hic iudex habere poteſtatem partes citandi, continendi, atq; adeò contumaces & latæ ſententiæ acquieſcere nolentes, propoſita vel inflicta pœna, ad obſequium compellendi. Patet tùm quia hoc ad terminandas lites eſt neceſſarium: tùm quia hæc poteſtas omni iudicio deciſiuo, quod ſẽtentiæ ſuæ executionem curare debet, eſt annexa.

Conditio quarta.

V. Iudex controuerſiarum fidei debet in iudicando eſſe infallibilis, ita vt partibus litigantibus non ſit opus de veritate latæ ſententiæ dubitare. Hæc conditio vel maximè ei eſt neceſſaria. Nam ſi errare ipſe aut ex malitia falſum poſſet determinare, iam ſecure partes litigantes ſententiæ eius acquieſcere non poſſent, ſed ſemper ſuo eam iudicio aut alterius cogerentur examinare, ne fortè aliquis lateret error aut falſitas: cũ enim rarò is qui in iudicio causâ cadit, iuſtam eſſe ſententiam fateatur, lites per huiuſmodi fallibilem iudicem vix vmquam poſſent terminari. Nam licet in iudicijs facti & politicis tribunalibus, latâ extrema

tremâ ſententia etiam falſâ, partes teneantur etiam in conſcientia ſententiæ ſe conformare & à lite deſiſtere; hoc ideo eſt, quia pars condemnata, iſthac patiēter toleratâ iniuriâ, nullum inde ſpiritualis boni patitur diſpendium: In hoc autem controuerſiarum fidei iudicio falſitati cogeretur aſſenſum præſtare, atq; adeo à doctrina & mādatis Dei recedere, quod ne in minimo quidem puncto vllus ſalua cōſcientia poteſt. Sicut enim in *patientia poßidemus animas noſtras*, ita *ſine* recta *fide impoßibile eſt placere Deo.* *Luca* 21. 19. *Hebr.* 11.6

Sexta poſſet addi conditio de *viſibilitate* Iudicis; contra illos qui ſpiritum quendam priuatum inuiſibilem ſeu vnctionem internā pro hoc iudicio putant ſufficere. Sed quia hæc conditio ſatis conſequitur euidenter ex præcedentibus; & infra. *cap. quinto* priuatus ille Spiritus à nobis ſit refutandus, nunc de viſibilitate nihil vrgemus amplius.

CAPVT IV.

Tali iudicio in Eccleſia poſito, ſufficienter poſſe vnitatem ac veritatem doctrinæ conſeruari.

DE veritate doctrinæ dubium eſſe non poteſt: ſi enim iudex in controuerſiis dirimendis nunquam errauerit, veritati ſemper, vbi orta fuerit contentio, in ſubſidium veniet. Nec poterit ab Eccleſia perire doctrinæ veritas, niſi forte, nemine veritatem propugnante, Eccleſia tota in errorem inciderit. Hoc autem nunquam futurum eſſe, quæ falli nequit, Chriſti promiſſio certum facit. De vnitate quoque, quòd per hunc iudicem in Eccleſia facile ſeruari poſsit, non eſt obſcurum. Illi enim quorum cauteriata nondum eſt cõſcientia, quique ſalutis ſuæ curam gerunt, intellecta per iudicem opinionis ſuæ falſitate, deſiſtent contendere. Qui autem contumaces ſe prębuerint, à cœtu Eccleſiæ poterũt efficaciter remoueri. Ouib. quoq; quos ſequi, quos fugere debeãt innoteſcet facilè, ita vt ex illis ſeduci nullæ poſsint, niſi ſcabie malè ſanæ, hoc eſt, prurientes auribus, vel ſaltem de iudicis controuerſiarũ fidei authoritate nõ ſatis inſtructæ. Ideo oportet vt argumentis certiſſimis & de quibus prudenter ambigere nemo poſsit, huiuſmodi iudicis authoritas poſsit comprobari; vt certa ratione aberrantes ab ouili oues poſſint reuocari.

CA-

CAPVT V.

Quis & à quo talis iudex conſtitui poſſit aut debeat.

DIco breuiter *primò:* Talis controuerſiarum iudex ab hominibus ex iure gentium cõſtitui nullus poteſt. Patet, quia dignitas huius iudicis tranſcendit totius naturæ terminos. Cum igitur natura humana ex ſe ſit defectibilis & errori obnoxia, imo in fidei negotio prorſus cæca, nemo ab hominibus ex iure gentium, quod corruptam naturam ſequitur, poterit aptus fieri vt talem iudicem agat.

Secundò: Neque (ſi alicui hæc poteſtas à Deo eſſet data) poſſet ipſe alium ad eandem dignitatem euehere. Patet, quia homo non poteſt homini conferre infallibilitatem in iudicando. Vnde ſequitur, neque totam Eccleſiam, id eſt, omnes paſtores ſimul, etiãſi ipſi eſſent infallibiles, poſſe vices ſuas in hoc iudicio delegare, ſeu vnum conſtituere infallibilem controuerſiarum iudicem Eccleſiæ Vicarium.

Tertiò. Deus poteſt huiuſmodi iudicem cõſtituere. Patet. Poteſt enim Deus hominem quemcunq; vnum vel plures, fidei & ſapiẽtiæ lumine illuſtrare, ſicut illuſtrauit Apoſtolos, & quæ poteſt dare, põt & cõſeruare ne vnquã deficiant. Poteſt item huiuſmodi homine tã-

2. Cor. 10. 4. 1. Cor. 4. 21.

quam miniſtro ſuo vti ad explicandam fidelibus omnibus omnẽ doctrinã fidei, omneſq; religionis controuerſias terminandas, conferendo ei authoritatem puniendi inobedientes, qualem habuerunt Apoſtoli inſtructi *armis potentibus Deo ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes. & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei; & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti, & in promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam, parati quoque in virga venire* ad diſcolos.

Nec certe huiuſmodi poteſtas à Deo in homines deriuata vllo modo honori diuino derogat; ſed & ſapientiam & potentiam Dei maximè manifeſtat, vt qui per infirmum & miſerabile huiuſmodi inſtrumentum (qualis eſt homo) tam diuina poſsit obire munia; vt meritò hic locum haberet illud Matt. 9. 8. *videntes autem turba timuerunt & glorificarunt Deum qui dedit talem poteſtatem hominibus*: præſertim cum talis poteſtas pro triſtiſsimis in religione diſsidijs componendis, admodum ſit neceſſaria.

Quartò: Sacra Scriptura nec conuenienter dicitur, nec reuera de facto eſt controuerſiarum fidei iudex. Prior pars eſt manifeſta ex eo quod Sacra Scriptura (vt fatentur etiam omnes hæretici) ſit & dicatur lex diuina.

In

In omni autem iudicio(excepto diuino)iudex diſtinguitur à lege,præſertim ſcripta:nec poſſunt hæc duo eſſe indiſtincta,niſi vbi dicēs ſententiam eſſentialiter, eſt recta ratio, quod ſoli Deo competit. Cùm ergo ſacra *Scriptura* non ſit *Deus*, non erit etiam iudex,ſi ſit regula.

Altera pars quæ rem ipſam,etiam ſecundū ſenſum aduerſariorum,tangit,odioſa eſt omnibus hæreticis: eamque clamitant Scripturæ ſacræ eiuſq; authori eſſe iniurioſam.Sed certe neſciunt ipſi quidnam ſit ipſa,quam identidē inclamitant,Sacra Scriptura . Probatur ergo quod diximus primò:

Quia ſacra Scriptura non ita clarè ſententiam dicit, vt pars litigantium vtraque quid iudicatū ab ea ſit intelligat; vt docet vel vnū inter Remōſtrantes & Contra-Remonſtrātes decem & amplius annorum diſſidium, atque vtriuſque partis plurimæ pro ſe allegatæ ex ſcriptura ſacra ſentētiæ:adeo vt palpabili hac experientia conuicti ipſimet paſſim fateantur S.ſcripturæ in multis locis obſcuritatē.Quinimo huius obſcuritatis ſaltem pro tenebroſo noſtro intellectu , varias enumerat cauſas VVilhelmus Teelingius in ſuo Eubulo *cap.* 19 *.ſect.3.* Tenet nihilominus idem Teelingiusomnia dubia circa religionem nullo niſi ſcripturæ iudicio eſſe terminanda.

V 4 Verè

Verè tamẽ magno conatu nihil efficit aliud, niſi quod ſcripturam ſtatuat controuerſiarũ dirimendarum legem & normam, quemcunque verò, etiam ſtupidiſsimum idiotam, lixas & calones earundem faciat controuerſiarũ iudices; quemque tamen pro ſeſe tantum, neminem verò vtrique litigantium parti communem, vt nec infallibilitatis priuilegio inſtructum.

Quod verò nos ſupra capite primo ſacræ Scripturæ in pleriſq; locis controuerſis claritatem adſtruere viſi ſumus. Dictum fuit ſub conditione humilitatis & timoratæ conſciẽtiæ: & ne tunc quidem abſolutè de omnibus. Adiecimus enim in dubijs ſcripturæ locis paſtores Eccleſiæ etiam bonis & humilibus cõſulendos eſſe. Recta enim ratio docet Legem Dei non mihi & tibi aut cuilibet priuato homini immediatè datam eſſe, ſed toti Eccleſiæ; adeoque in dubijs legis ad Ecceſiam nobis recurrendum.

Quare quod ad argumentum hoc noſtrum reſpondere ſoleant aduerſarij S. ſcripturæ obſcuritatem aut potius difficultatem ex intellectus humani cæcitate & vitio cauſari, vt, ſicut noctua aut veſpertilio ob imbecillem oculorum aciem non ferunt clariſſimos ſolis radios, ita mens humana natura ſua & peccati vulnere cæcitati obnoxia ad contemplandos ſacræ ſcripturæ radios non ſit ſufficiens:

nihil

Digitized by Google

nihil ad rem dicunt. Cùm enim iudicē quæramus qui latâ ſententiâ partium litem finiat, terminari autem illa non poſsit, niſi pars vtraque quid à iudice deciſum ſit, ſufficienter intelligat; vndecunque tandem hæc partium cæcitas oriatur, lis dirempta eſſe nō cēſebitur niſi iudicis ſententia vtrimque intellectâ. Et certè quantò maior eſt inter contendētes cæcitas, tantò minus altiſsima legum aut iudicis ſapientia ad pacem conciliandam proficit. Ad conciliandos enim rixantes inter ſe *equum & mulum quibus non eſt intellectus*, non politica Ariſtotelis ſed *camo & freno* aut fuſte agaſonis opus eſt. Sed dicent; S. ſcriptura lux eſt cæcorum illuminans oculos, iuxta illud pſ. 118. *lucerna pedib. meis verbum tuū.* Rectè: ſed cur ergo Remonſtrātes & Contra-Remōſtrātes hac luce nō vtūtur, vt veritatē de qua altercātur, ſimul videāt? Certè altera eorū pars, cū ambulet in tenebris, caret lucerna : Ergo caret verbo Dei, atq; ita ſi *ſcriptura* idē ſit quod *verbum Dei* illi qui à veritate aberrant, S. ſcriptura erunt deſtituti. Quinam autem ſunt iſti? Huius quæſtionis quærimus infallibilem iudicem. Nam eſt quidem verbum Dei lucerna & lux, ſed nō niſi cum ritè ab intellectus oculo perceptum eſt, prout eodem pſalmo 118. ſeipſum idem propheta Dauid explicat dicens; *Declaratio* (1. explicatio ſeu recta intelligentia) *ſermonum tuorum illuminat; & intellectum dat paruulis*. i.

 humili-

humilibus. Quocirca Scriptura ſacra niſi intelligatur eò ſenſu quo à Deo data eſt, reuera non eſt nobis verbum Dei. Literas enim in quocunque (quem nos habemus) bibliorum codice ex atramento per prelum expreſſit typographus, vel vili calamo figurauit ſcriba; vetuſtate quoque, igne & aqua corrũpuntur:
1. Pet. 1. 25 *verbum autem Domini manet in æternum*; nec profectò illud typographus, nec ſcriba, nec præter Deum facere quiſquam poteſt. Tolle ergo quod fecit typographus, & dic mihi vbinam ſit verbum Dei: Nuſquam niſi in mente
Ioa. 6. 45 eius: *qui audiuit à patre & didicit, & venit ad Chriſtum*. Fruſtra ergo Euangelici noſtri & Reformati gloriantur in ſuo verbo Dei. vel in ſacris literis; cum probare nullo modo poſſint vnquam ſe Deum loquentem vel vnum verbum audiuiſſe. Verum eſt: placuit diuinæ ſapientiæ (ſic omnia ſtatuit agere per media rerũ naturis optimè conueniẽtia) tradere Eccleſiæ ſuæ per Prophetarum Apoſtolorumq́; manus exaratas quaſdam ſcripturas, ex quarum figuris ſeu characteribus tanquam ſignis iam ante hominum generi notis, ipſa Chriſti ſpõſa Spiritus ſancti vnctione adiuta ſponſi ſui doctrinam diſceret. Atque ita ſcripturas illas *ſacras* appellare ſolet; eo quod ſacratiſsimę diuinæ veritatis ſigna (licet ex nigro & fætenti humore confecta) contineant; eodem prorſus loquen-

loquendi modo quo ſtatuas & imagines ſui ſponſi eiuſque amicorum (licet è ligno, lapide aut colore artificis manu elaboratas) *ſacras* ſolet nominare. Nec alio modo iſta ſcriptura ſacra *verbum Dei* poteſt appellari, quàm imago Chriſti dici poteſt Chriſtus; adeoq́ue nec alio modo reuerentia, cultu aut honore affici quam à Catholicis imago Chriſti honore afficitur: ſcilicet vt non ſignum quatenus per ſe res quædam naturalis eſt, nomine aut geſtu honorifico dignum cenſeatur, ſed tantũ quatenus alterius rei aut perſonæ quæ honore digna eſt, eſt repræſentiua.

Itaque de *verbo* loquentis in corde noſtro, *Dei* & de fide noſtri interioris *auditus* ita ſtatuendum, vt verè nos ita illuminet, vt firmiter aſſentiamus ijs omnibus, quæ audimus; non ob quamcunque rationem, ſed ſolum ob hãc: *quia Deus dixit*. Non autem, quia Petrus aut Paulus dixit aut ſcripſit. Sic enim fundamentum noſtræ fidei fieret alius præter Deum, nec in nobis audiremus loquẽtem Patrẽ ſed hominẽ. Ad quid (inquies) ergo ſcriptura? Ad hoc ipſum (inquam) ad quod Chriſti Apoſtolorumq; prædicatio exterior. Nimirum, propoſitio eſt eorum quæ vult Deus in cordibus noſtris loqui. Nam licet potuiſſet Deus immediatè ſingulorũ hominum intellectui perſemetipſũ myſteria fidei reuelare nõ tamen

tamen hoc eius ſapientiæ(quæ naturam ſibi ſumit miniſtram quamdiu ea apta eſt miniſtrare) placuit. vt patet ex illo *Rom.* 10. *quomodo credent ei*(Deo) *quem non audierunt? quomodo autem audient*(vtique Deum)*ſine prædicante*, & paulo poſt: *ergo fides ex auditu.* vbi patet *primò*, eos qui fidẽ accipiunt ex eo quod audiant hominem concionantem, non credere homini, ſed Deo, adeoque roganti cur credant, non pro ratione ſui aſſenſus daturos authoritatem prædicantis, ſed Dei. Quod commendat in Theſſalonicenſibus Apoſtolus dicens: *cum accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis illud non vt verbum hominum ſed* (*ſicut vere eſt*) *verbum Dei, qui operatur in vobis. qui credidiſtis.* Patet *ſecundo* Deum (ſaltẽ ordinariè) non loqui hominibus intus ea quæ ad fidem ſpectant, *ſine prædicante*; ſub quo etiam comprehenditur is qui per ſcripturam fungitur officio prædicantis. Nec tamẽ etiam propterea hominis prædicantis authoritas eſt ratio credendi immediata, quæ in Dei authoritatem tanquam in vltimam rationem debeat reſolui. Immediatè enim ideo homo verè fidelis quippiam credit, quia Deus ſolus hoc dixit.

1. Thes. 2; 12.

Pro quo notandum, in Verbo Dei ſeu fide eſſe duo; locutionẽ ſcilicet & veritatem propoſitionum, quas Deus loquitur. Locutio Dei eſt illuminatio noſtri intellectus. Hanc præſtare

Digitized by Google

ſtare homo homini non poteſt. Poteſt tamen externa locutione eandem quam Deus dixit veritatem dicere & ſcibere: imo quaſdam huiuſmodi veritates naturali lumine, adeoque Deo ſibi per fidem non loquente, acquirere. vt patet in doctrinis Philoſophorum. Quantũ ergo ad hoc attinet, *quod* Deus vult nobis reuelare. Hoc in ſacris literis tanquam in ſignis proponitur & à bonis paſtorib. populo prædicatur. Patet *tertiò* idiotas qui legendi artem non didicerunt, nullum habere medium quo verbum Dei diſcant niſi prædicationem, adeo vt, ſi à prædicãte falſo ipſis verbum Dei prælectum aut prædicatum fuerit; non habeãt quo doctrinam eius ipſi examinare poſſint: atq; ita ſcriptura ſacra ipſis iudex nullo modo eſſe poteſt. Patet *quartò* illos qui ſcripturas ſacras legunt & malum ex ijs ſenſum capiunt, *verbum Dei* non habere, ſed verbum propriũ verbi diuini ſignis ſupponere. Cum autem conſtet inter illa ſigna multa eſſe ἀνάλογα multa συνώνυμα, multa item πλύσημα; quis ſibi confidet: rectum ſe in omnibus ſenſum attingere: & vbi duo pluresve (vt fit) in colligendo ſenſu diſſentiunt, quis erit controuerſiæ idoneus iudex? Hoc eſt ergo quod quæritur. Præterea cum etiam noſtri aduerſarij fateantur, ſacram ſcripturam ſine Sancti Spiritus illuſtratione non poſſe rectè intelligi, quis & vnde certus eſſe poterit, hanc ſibi potius

us quàm alteri obtigiſſe illuſtrationem?

Demum multa ſunt verbi diuini dogmata quæ ſcripturis ſacris non ſunt tradita, quod licet aduerſarij noſtri omnes (vt ſuæ reformationis habeant fundamentum) audacter ſoleant pernegare, nequaquam tamen vllo vel probabili argumento ex iiſdem ſacris ſcripturis poſſunt oſtendere omnia à Deo per ſcripturā nobis eſſe tradita, vt facilè patet cū hæc quęſtio inter nos & illos diſputatur. Cùm igitur hoc credant, ipſi aliquid credunt, quod in ſcriptura nuſquam eſt reuelatum, idque totius ſuæ reformationis ponunt fundamentum. Imo verò plerique ipſorum relicto ſabbatho, quod in antiquo teſtamento Deus Sanctificandum præceperat, nunc diem ſequentem feſtum habent & celebrem, quod tamen nuſquam in ſacra ſcriptura præceptum eſt. Dein, in ſacramenti baptiſmalis adminiſtratione voce pronunciant hæc verba: *Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti*, cum tamen hoc faciendum eſſe in Euangelio non ſit ſcriptum. Mandat quidē Chriſtus Apoſtolis vt baptizent omnes gentes in nomine Patris &c. Sed Apoſtolus Paulus etiā docuit fideles

Col. 3.17. *omnia quæcunque facitis, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite*. Cur ergo reformatores noſtri in omnibus actionibus ſuis non dicunt: *hoc ego facio in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti?* Si dicānt, Apoſtolum non dicere verba illa

ore

ore eſſe proferenda: demonſtrent vbinam Chriſtus dixerit verba illa in baptiſmo addēda eſſe. Dico *Quintò.* priuatus cuiuſque ſpiritus nō poteſt eſſe controuerſiarū iudex. Patet: Quia ille ſpiritus vni tantum litigantium parti ſententiam ſuam aperit: quare licet ſit verax & bonus, non tollit controuerſiam niſi parti aduerſæ etiam eandem veritatem reuelauerit; quod quam rarò fiat, docet experientia. 2. Nō eſt credendum omni ſpiritui ſcripturas hoc vel illo modo explicanti, *ſed probandi ſunt ſpiritus nū ex Deo ſunt.* Quommodo verò probari poterunt? Ad ſcripturam ait Teelingius. Sed quid ſi ſcripturam malè intelligam & ſic ſpiritum meum ſcripturę conformem eſſe comperiam; quid conſilij? *Non datur vlterius in terra remedium* ait Teelingius ſupra. Flagellandæ ergo eſt ſtultitiæ, duos vel plures de ſcripturæ ſenſu litigantes ad ſpiritū propriū mittere iudicaturum, & deinde, ſpiritibus contraria iudicantibus, contendentes ad ſcripturam remittere. Sic enim in circuitu impij ambulant; nec ſolidum vſpiam fundamē reperiunt. *1. Ioan. 4.*

Dico 6. Hic iudex non debet eſſe aliquis extra Eccleſiam. Probatur primò quia qui in fide nō habet errorē, quæ eſt conditio iudicis, eo ipſo eſt in Eccleſia. Secundò quia Eccleſia eſt regnū & ciuitas Dei, quæ non debet regi & doceri à Magiſtratu qui ad regnum Dei non

non pertinent, hoc eſt ab iis, qui *foris ſunt canes & venefici* Apoc. 22. 15.

Dico ſeptimo: *H*uius iudicis poteſtas eſt ex natura rei diſtincta à poteſtate politici principatus. Probatur primo: Quia politicus principatus eſt iuris gentium nec excedit terminos naturæ, neq; quoad finem, ad quem ſubditos dirigit, neque quoad media quæ in regimine applicat. Finis enim eius eſt beatitudo naturalis in ciuiũ pace & honeſta ſecundũ naturã conuerſatione conſiſtens: media autem ſunt iura & leges naturali rationi conformes, & ab ea deriuatę; vt ſileam modo de ipſa principum ciuilium authoritate ſeu poteſtate, an ea ipſis immediatè à Deo cõferatur, an ab hominibus. Certum autem eſt iudicem controuerſiarum fidei immediatè à Deo authoritatem ſuam debere accipere, eiuſque finem eſſe beatitudinem ſupernaturalem, media quoque eſſe doctrinam ſupernaturalem naturali ratione ignotam. Secundò patet in Chriſto Domino; qui cum vtique ſummam haberet circa ſupernaturalia poteſtatẽ, circa naturalia & ciuilia nullã habuit (ſaltẽ quoad vſum) vnde
Ioa. 18. 36. corã Pilato ait *Regnũ meum non eſt de hoc mũdo.* Faſſus quoque eſt, Pilato in ſe *poteſtatem* ci-
Ioa. 19. 11. uilẽ *eſſe datam deſuper*, ſiue occidendi ſiue dimittẽdi. Vnde infertur euidenter etiãſi à Deo duæ iſtæ poteſtates poſsint eidem homini cõferri, non tamen, ex eo quia vna alicui collata

eſt,

eſt, etiam ſimul alteram ei collatam eſſe.

Dico 8. Iudex controuerſiarum fidei quoad iudicandi poteſtatem non poteſt eſſe ſubordinatus vlli politico iudici. Patet ex dictis; dirigit enim ſubditos ſuos ad ſuperiorem finem per ſuperiora media: Authoritatẽ quoque habet talem quam nullus politicus princeps ei dare poteſt vel auferre. Iudicia autem ſæcularia quam longè ſint infra hoc Eccleſiaſticum, videatur 1. Corinth. 6. verſu 4. Nimitum debent polititi iudices omnes (ſi ſalutem velint cõſequi) à Magiſtratu Eccleſiaſtico medijs ſpiritualibus ad finem ſupernaturalem dirigi. Ita rerum natura exigit: ita Deũ ordinaſſe videbimus ſequenti capite.

Dico 9. Hæc iudicandi poteſtas (ſaltem abſque magna morali inconuenientia) non poteſt competere toti populo Chriſtiano.

Probatur: Cuicunque hæc poteſtas à Deo daretur, per hoc fieret paſtor & gubernator ouium Chriſti: Sed omnis populus ſimul collectus non poteſt paſcere & regere oues Chriſti: ergo &c. Minor patet; quia per hoc fierent paſtores: adeoque eſſent doctores: & quos haberent diſcipulos? quas oues paſcerent?

Non alias à ſe diuerſas. Nullæ enim ſunt Chriſti oues quæ ab hoc iudicio ferẽdo poſſẽt excludi. Nec ſemetipſos etiã ſingilatim ſumptos. Nam ſic tot perſonis conſtaret paſtor quot totum ouile: imo iiſdem omnino: adeo-

X que

q́ue nihil doceri poſſet populus quod ſuo calculo non prius ex multitudine ſuffragiorum approbaſſet. Cum tamen rerum ordo ita habeat vt ſapientes inueniantur pauci, ſtultorũ verò ſit infinitus numerus: ideoq́ue pauci debeant eſſe magiſtri, diſcipuli verò multi.

Secundo, quia nunquam poſſet haberi huius iudicis ſententia; non enim poteſt totus populus congregari. Hinc

Dico 10. Hic iudex non poteſt eſſe aliquis totius populi vicem gerens tanquam vicaria poteſtate nomine totius populi Chriſtiani cõtrouerſias fidei determinans. Probatur: Si hoc eſſet; iam poteſtas iſta per prius & principalius eſſet in populo haberetq́ue populus authoritatem in iſtum iudicem, atque ita eſſet populus non tam ouile iſtius iudicis, quam eiuſdem paſtor, quæ omnia rerum naturis repugnant.

Dico 11. Poteſt hæc iudicandi poteſtas dari omnibus Eccleſiæ paſtoribus ſeparatim ſumptis; ita vt ſinguli eſſent ſuarum ouiũ infallibiles paſtores. Patet: quia hic nihil eſt repugnantiæ ex parte rei ab omnipotente Deo faciendæ.

Quanquam hoc modo in tota Eccleſia non eſſet vnitas ex virtute iudicum per ſe, ſed ex vnitate veritatis, quam omnes attingerent.

Dico 12. Poteſt hæc poteſtas dari omnibus Eccleſiæ paſtoribus cum æquali poteſtate in

vnum

vnum cõgregatis, eo ſcilicet modo vt vel õnium conſcientijs, tunc eadem veritas à Deo reuelaretur, vel collectis omnium ſuffragijs, plura paucioribus præiudicarẽt, atque authore Deo veritatem certo attingerent. Poteſtas tamen congregandi ipſos paſtores deberet reſidere penes vnum. patet eadem ratione qua prius dictum.

Dico 13. poteſt quoque hæc poteſtas à Deo dari vni ex omnibus paſtoribus: & hoc quidẽ dupliciter: Primo vt iſte iudex poteſtatem ſuam à Deo acciperet in perſona omnium aliorum paſtorum, ita vt illorum ipſe eſſet quaſi inſtrumentum ſeu vicarius, ideo conſtitutus quia omnes paſtores difficulter poſſunt congregari: Si tamen congregarentur, tunc ipſis iudicandi poteſtas prius & potius competeret, atque adeo non eſſet Eccleſię abſolutè neceſſarium vt iſte inſtrumentarius iudex eſſet prorſus infallibilis, poſſet enim ab vniuerſali ſynodo corrigi & iudicari. Secundò; ita, vt iudex iſte immediatè gerat vicẽ Chriſti, adeoq; ipſe non dependeat à generali paſtorum Synodo, ſed Synodus ab ipſo, ipſe autem à Chriſto. Patet eadem ratione, qua priora.

CAPVT VI.

An & quem Deus iudicem controuerſ. conſtituerit.

CVm itaque ex dictis ſuperiori capite ſatis appareat Chriſtum Dominum, cui (cum ſit Deus omnipotens) nihil eſt difficile, facile dilectę ſponſę ſuæ Eccleſiæ potuiſſe de tali iudice prouidere qui eidem tam eſt neceſſarius, quàm diſsidia, ſchiſmata & fidei incerta fluctuatio fidelibus ſunt pernitioſa. Quis ſanæ mentis & cui æterna ſalus curæ ſit, perſuadere ſibi facile poterit, Chriſtum hanc tam neceſſariam gratiam Eccleſię ſuę (pro qua ſemetipſum in mortem obtulit) præſtare noluiſſe? Verũ ne noſtra nos fallat ratiocinatio; ex ipſo Chriſti Domini verbo quem ad hanc dignitatem euexerit, oportet demonſtremus. Pro hoc ergo inueſtigando ſit.

Propoſitio. I.

Chriſtus Dominus non conſtituit omnes & ſingulos Eccleſiæ prælatos ſeu paſtores infallibiles cõtrouerſiarum iudices. Patet tum experiẽtia: quia multi frequenter in fide ipſi errantes ex nobis abierunt. tum quia nuſquam extat in verbo Dei huius rei teſtimonium.

Propoſitio. II.

ChriſtusDominus hanc iudicandi authoritatem non contulit omnibus paſtoribus cum æquali

æquali poteſtate in concilio congregatis; ita vt vel omnibus ſic collectis veritatem infallibiliter reuelaret; vel ſingulis diſſentientium ſuffragijs cōputatis, plura paucioribus in determinatione veritatis præponderare neceſſariò deberent & ab errore eſſe libera. Prob. 1. quia nuſquam extat in verbo Dei tale teſtimonium. Dedit enim quidem Chriſtus Apoſtolis, & in eis eorum ſucceſſoribus poteſtatem docendi, ligandi & ſoluendi peccata, baptizandi &c. ſed hæc poteſtas non eis data vt ſimul collecti eam exercerent; ſed vt ſinguli ſeparatim vbi opus eſſet, & vbi curam paſtoralem ſinguli habituri erant. Sicut ergo vi huius poteſtatis ſinguli Apoſtolorum fidei infallibilitatem nec acceperunt nec ad ſucceſſores tranſmiſerunt, ita nec collecti eandem infallibilitatem ex iſta Chriſti collatione obtinere potuerunt. Secundo; voluit quidem Chriſtus *Matth.* 18. Eccleſiæ iudicium abſque contradictione aut appellatione à quolibet fidelium ſub excommunicationis pœna recipi: ibi tamen non dicitur quinam de Eccleſia iudicium illud vltimũ ferre debeant: an ſcilicet tota omnium fidelium collectio, etiam laicorum infinito penè numero per vniuerſũ mundũ diſperſorũ: an verò illi quibus in Eccleſia conſtat iudicandi poteſtatem eſſe conceſſam. Ita enim ſolemus dicere vniuerſitatẽ Pariſienſem aut Louanienſem de aliqua quæ-

ſtione iudicium tuliſſe; non quod omnes in eadem vniuerſitate inſcripti ſtudioſi, ſed ſoli doctores & totius vniuerſitatis capita ad iudicandum conuenerint. Cùm autem horum prius ſit & contra rationem & impoſsibile, reſtat inquirendum quinam iſti ſint dati à Chriſto controuerſiarum iudices. Denique quod Chriſtus ibidem dicit, *vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorũ*, etiãſi intelligatur de vniuerſali cõcilio (quod tamen non eſſe neceſſarium fatetur Caluinus *li.4 inſtit. cap.9. §.2.*) nihil tamen dicitur de æquali congregatorum authoritate, nec de valore plurimorum ſuffragiorũ in diſsidio. De reuelanda autem veritate conſcientiis omniũ in concilio legitimè congregatorum nihil Chriſtum promiſiſſe manifeſta docet experientia. Sæpe enim in concilijs aliqui paſtores aliter ſentiunt quam cæteri, ita vt vel aliorum authoritate moti in determinationem eorum conſentiant, vel in ſua perſiſtentes ſententia hæreſios condemnentur.

2 Prob. experientia. fuerunt enim concilia in quibus (cum æquali authoritate colligerentur ſingulorum ſententiæ) pluriũ ſuffragio falſitas fuit approbata: vt patet ex concilio Epheſino 2. & alijs. Dices: ſi omnes paſtores collecti poſſint errare. Ergo tota Eccleſia poteſt errare, quod eſt contra promiſsionem Chriſti Matt. 16 *& portæ inferi non præualebunt aduerſus*

eam

eam. itē ca. vltimo: *Ego vobiſcum ſum vſq; ad mūdi conſummationem:* imo fruſtra & falſo vocata eſſet Eccleſia ab Apoſtolo *colūna & firmamētum veritatis* 1. ad Timotheum 3.15. Conſequētia probatur: cum enim fidelium omnium *fides* ſit *ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti* quod prædicant paſtores; nemo poterit bene credere qui male à paſtoribus audiuerit. Atq; hæc ratio eſt, quare vniuerſale concilium naturâ ſuâ repræſentet totam Eccleſiam. Singuli enim paſtores ouium ſuarum fidem virtute continent atque adeo repręſentant. Reſpondeo negando primā conſequētiā. Licet enim maior paſtorum pars in errorem conſenſiſſet; ſi tamen aliqui eorum falſæ determinationi contradicerent, non erraret (vt patet) tota Eccleſia. Verum ſi omnes ad vnum, nemine contradicente, errarent; iam proculdubio tota erraſſet Eccleſia, vt probat argumentum, & falſa inueniretur Chriſti promiſsio. Quare & certo credendum eſt omnes paſtores in errorem ſimul incidere non poſſe: Ex eo tamen non infertur, penes paſtores omnes eſſe poteſtatem controuerſias dijudicandi. Quid enim fiet ſi omnes non conſentiant? Si quidam illorum in errorem labantur, quis inter diſſentientes iudicis perſonam ſuſtinebit? quo iudice conſtabit ouibus quænam paſtorū portio à Deo derelicta in errorem inciderit? Hoc dicimus ex ſuffragiorum

us quàm alteri obtigiſſe illuſtrationem?

Demum multa ſunt verbi diuini dogmata quæ ſcripturis ſacris non ſunt tradita, quod licet aduerſarij noſtri omnes (vt ſuæ reformationis habeant fundamentum) audacter ſoleant pernegare, nequaquam tamen vllo vel probabili argumento ex ijſdem ſacris ſcripturis poſſunt oſtendere omnia à Deo per ſcripturā nobis eſſe tradita, vt facilè patet cū hæc quęſtio inter nos & illos diſputatur. Cùm igitur hoc credant, ipſi aliquid credunt, quod in ſcriptura nuſquam eſt reuelatum, idque totius ſuæ reformationis ponunt fundamentum. Imo verò plerique ipſorum relicto ſabbatho, quod in antiquo teſtamento Deus Sanctificandum præceperat, nunc diem ſequentem feſtum habent & celebrem, quod tamen nuſquam in ſacra ſcriptura præceptum eſt. Dein, in ſacramenti baptiſmalis adminiſtratione voce pronunciant hæc verba: *Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti*, cum tamen hoc faciendum eſſe in Euangelio non ſit ſcriptum. Mandat quidē Chriſtus Apoſtolis vt baptizent omnes gentes in nomine Patris &c. Sed Apoſtolus Paulus etiā docuit fideles

Col. 3.17. *omnia quæcunque facitis, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite*. Cur ergo reformatores noſtri in omnibus actionibus ſuis non dicunt: *hoc ego facio in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti?* Si dicānt, Apoſtolum non dicere verba illa

ore

ore eſſe proferenda: demonſtrent vbinam Chriſtus dixerit verba illa in baptiſmo addẽda eſſe. Dico *Quintò.* priuatus cuiuſque ſpiritus nõ poteſt eſſe controuerſiarũ iudex. Patet: Quia ille ſpiritus vni tantum litigantium parti ſententiam ſuam aperit· quare licet ſit verax & bonus, non tollit controuerſiam niſi parti aduerſæ etiam eandem veritatem reuelauerit; quod quam rarò fiat, docet experientia. 2. Nõ eſt credendum omni ſpiritui ſcripturas hoc vel illo modo explicanti, *ſed probandi ſunt ſpiritus nũ ex Deo ſunt.* 1. Ioan. 4. Quommodo verò probari poterunt? Ad ſcripturam ait Teelingius. Sed quid ſi ſcripturam malè intelligam & ſic ſpiritum meum ſcripturę conformem eſſe comperiam; quid conſilij? *Non datur vlterius in terra remedium* ait Teelingius ſupra. Flagellandæ ergo eſt ſtultitiæ, duos vel plures de ſcripturæ ſenſu litigantes ad ſpiritũ propriũ mittere iudicaturum, & deinde, ſpiritibus contraria iudicantibus, contendentes ad ſcripturam remittere. Sic enim in circuitu impij ambulant; nec ſolidum vſpiam fundamẽ reperiunt.

Dico 6. Hic iudex non debet eſſe aliquis extra Eccleſiam. Probatur primò quia qui in fide nõ habet errorẽ, quæ eſt conditio iudicis, eo ipſo eſt in Eccleſia. Secundò quia Eccleſia eſt regnũ & ciuitas Dei, quæ non debet regi & doceri à Magiſtratu qui ad regnum Dei non

non pertinent, hoc eſt ab iis, qui *foris ſunt canes & venefici* Apoc. 22. 15.

Dico ſeptimo: *H*uius iudicis poteſtas eſt ex natura rei diſtincta à poteſtate politici principatus. Probatur primo: Quia politicus principatus eſt iuris gentium nec excedit terminos naturæ, neq; quoad finem, ad quem ſubditos dirigit, neque quoad media quæ in regimine applicat. Finis enim eius eſt beatitudo naturalis in ciuiũ pace & honeſta ſecundũ naturã conuerſatione conſiſtens: media autem ſunt iura & leges naturali rationi conformes, & ab ea deriuatę; vt ſileam modo de ipſa principum ciuilium authoritate ſeu poteſtate, an ea ipſis immediatè à Deo cõferatur, an ab hominibus. Certum autem eſt iudicem controuerſiarum fidei immediatè à Deo authoritatem ſuam debere accipere, eiuſque finem eſſe beatitudinem ſupernaturalem, media quoque eſſe doctrinam ſupernaturalem naturali ratione ignotam. Secundò patet in Chriſto Domino; qui cum vtique ſummam haberet circa ſupernaturalia poteſtatẽ, circa naturalia & ciuilia nullã habuit (ſaltẽ quoad vſum) vnde corã Pilato ait *Regnũ meum non eſt de hoc mũdo.* Faſſus quoque eſt, Pilato in ſe *poteſtatem* ciuilẽ *eſſe datam deſuper*, ſiue occidendi ſiue dimittẽdi. Vnde infertur euidenter etiãſi à Deo duæ iſtæ poteſtates poſsint eidem homini cõferri, non tamen, ex eo quia vna alicui collata eſt,

Ioa. 18. 36.
Ioa. 19. 11.

eſt, etiam ſimul alteram ei collatam eſſe.

Dico 8. Iudex controuerſiarum fidei quoad iudicandi poteſtatem non poteſt eſſe ſubordinatus vlli politico iudici. Patet ex dictis; dirigit enim ſubditos ſuos ad ſuperiorem finem per ſuperiora media: Authoritatẽ quoque habet talem quam nullus politicus princeps ei dare poteſt vel auferre. Iudicia autem ſæcularia quam longè ſint infra hoc Eccleſiaſticum, videatur 1. Corinth. 6. verſu 4. Nimitum debent polititi iudices omnes (ſi ſalutem velint cõſequi) à Magiſtratu Eccleſiaſtico medijs ſpiritualibus ad finem ſupernaturalem dirigi. Ita rerum natura exigit: ita Deũ ordinaſſe videbimus ſequenti capite.

Dico 9. Hæc iudicandi poteſtas (ſaltem abſque magna morali inconuenientia) non poteſt competere toti populo Chriſtiano.

Probatur: Cuicunque hæc poteſtas à Deo daretur, per hoc fieret paſtor & gubernator ouium Chriſti: Sed omnis populus ſimul collectus non poteſt paſcere & regere oues Chriſti: ergo &c. Minor patet; quia per hoc fierent paſtores: adeoque eſſent doctores: & quos haberent diſcipulos? quas oues paſcerent?

Non alias à ſe diuerſas. Nullæ enim ſunt Chriſti oues quæ ab hoc iudicio ferẽdo poſſẽt excludi. Nec ſemetipſos etiã ſingilatim ſumptos. Nam ſic tot perſonis conſtaret paſtor quot totum ouile: imo iiſdem omnino: adeo-

q́ue nihil doceri poſſet populus quod ſuo calculo non prius ex multitudine ſuffragiorum approbaſſet. Cum tamen rerum ordo ita habeat vt ſapientes inueniantur pauci, ſtultorũ verò ſit infinitus numerus: ideoq́ue pauci debeant eſſe magiſtri, diſcipuli verò multi.

Secundo, quia nunquam poſſet haberi huius iudicis ſententia; non enim poteſt totus populus congregari. Hinc

Dico 10. Hic iudex non poteſt eſſe aliquis totius populi vicem gerens tanquam vicaria poteſtate nomine totius populi Chriſtiani cõtrouerſias fidei determinans. Probatur: Si hoc eſſet; iam poteſtas iſta per prius & principalius eſſet in populo haberetq́ue populus authoritatem in iſtum iudicem, atque ita eſſet populus non tam ouile iſtius iudicis, quam eiuſdem paſtor. quæ omnia rerum naturis repugnant.

Dico 11. Poteſt hæc iudicandi poteſtas dari omnibus Eccleſiæ paſtoribus ſeparatim ſumptis; ita vt ſinguli eſſent ſuarum ouiũ infallibiles paſtores. Patet: quia hic nihil eſt repugnantiæ ex parte rei ab omnipotente Deo faciendæ.

Quanquam hoc modo in tota Eccleſia non eſſet vnitas ex virtute iudicum per ſe, ſed ex vnitate veritatis, quam omnes attingerent.

Dico 12. Poteſt hæc poteſtas dari omnibus Eccleſiæ paſtoribus cum æquali poteſtate in

vnum

vnum cōgregatis, eo ſcilicet modo vt vel ō-
nium conſcientijs, tunc eadem veritas à Deo
reuelaretur, vel collectis omnium ſuffragijs,
plura paucioribus præiudicarēt, atque autho-
re Deo veritatem certo attingerent. Poteſtas
tamen congregandi ipſos paſtores deberet re-
ſidere penes vnum. patet eadem ratione qua
prius dictum.

Dico 13. poteſt quoque hæc poteſtas à Deo
dari vni ex omnibus paſtoribus: & hoc quidē
dupliciter: Primo vt iſte iudex poteſtatem ſu-
am à Deo acciperet in perſona omnium alio-
rum paſtorum, ita vt illorum ipſe eſſet quaſi
inſtrumentum ſeu vicarius, ideo conſtitutus
quia omnes paſtores difficulter poſſunt con-
gregari: Si tamen congregarentur, tunc ipſis
iudicandi poteſtas prius & potius compete-
ret, atque adeo non eſſet Eccleſię abſolutè ne-
ceſſarium vt iſte inſtrumentarius iudex eſſet
prorſus infallibilis, poſſet enim ab vniuerſali
ſynodo corrigi & iudicari. Secundò; ita, vt iu
dex iſte immediatè gerat vicē Chriſti, adeoq;
ipſe non dependeat à generali paſtorum Sy-
nodo, ſed Synodus ab ipſo, ipſe au-
tem à Chriſto. Patet eadem
ratione, qua
priora.

CAPVT VI.

An & quem Deus iudicem controuerſ. conſtituerit.

CVm itaque ex dictis ſuperiori capite ſatis appareat Chriſtum Dominum, cui (cum ſit Deus omnipotens) nihil eſt difficile, facile dilectę ſponſę ſuæ Eccleſiæ potuiſſe de tali iudice prouidere qui eidem tam eſt neceſſarius, quàm diſsidia, ſchiſmata & fidei incerta fluctuatio fidelibus ſunt pernitioſa. Quis ſanæ mentis & cui æterna ſalus curæ ſit, perſuadere ſibi facile poterit, Chriſtum hanc tam neceſſariam gratiam Eccleſię ſuę (pro qua ſemetipſum in mortem obtulit) præſtare noluiſſe? Verũ ne noſtra nos fallat ratiocinatio; ex ipſo Chriſti Domini verbo quem ad hanc dignitatem euexerit, oportet demonſtremus. Pro hoc ergo inueſtigando ſit.

Propoſitio. I.

Chriſtus Dominus non conſtituit omnes & ſingulos Eccleſiæ prælatos ſeu paſtores infallibiles cõtrouerſiarum iudices. Patet tum experiẽtia: quia multi frequenter in fide ipſi errantes ex nobis abierunt. tum quia nuſquam extat in verbo Dei huius rei teſtimonium.

Propoſitio. II.

ChriſtusDominus hanc iudicandi authoritatem non contulit omnibus paſtoribus cum

æquali

æquali poteſtate in concilio congregatis; ita vt vel omnibus ſic collectis veritatem infallibiliter reuelaret; vel ſingulis diſſentientium ſuffragijs cõputatis, plura paucioribus in determinatione veritatis præponderare neceſſariò deberent & ab errore eſſe libera. Prob. 1. quia nuſquam extat in verbo Dei tale teſtimonium. Dedit enim quidem Chriſtus Apoſtolis, & in eis eorum ſucceſſoribus poteſtatem docendi, ligandi & ſoluendi peccata, baptizandi &c. ſed hæc poteſtas non eis data vt ſimul collecti eam exercerent; ſed vt ſinguli ſeparatim vbi opus eſſet, & vbi curam paſtoralem ſinguli habituri erant. Sicut ergo vi huius poteſtatis ſinguli Apoſtolorum fidei infallibilitatem nec acceperunt nec ad ſucceſſores tranſmiſerunt, ita nec collecti eandem infallibilitatem ex iſta Chriſti collatione obtinere potuerunt. Secundo; voluit quidem Chriſtus *Matth.* 18. Eccleſiæ iudicium abſque contradictione aut appellatione à quolibet fidelium ſub excommunicationis pœna recipi: ibi tamen non dicitur quinam de Eccleſia iudicium illud vltimũ ferre debeant: an ſcilicet tota omnium fidelium collectio, etiam laicorum infinito penè numero per vniuerſũ mundũ diſperſorũ: an verò illi quibus in Eccleſia conſtat iudicandi poteſtatem eſſe conceſſam. Ita enim ſolemus dicere vniuerſitatẽ Pariſienſem aut Louanienſem de aliqua quæ-

eam. itē ca. vltimo: *Ego vobiſcum ſum vſq; ad mūdi conſummationem:* imo fruſtra & falſo vocata eſſet Eccleſia ab Apoſtolo *colūna & firmamētum veritatis* 1. ad Timotheum 3.15. Conſequētia probatur: cum enim fidelium omnium *fides* ſit *ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti* quod prædicant paſtores; nemo poterit bene credere qui male à paſtoribus audiuerit. Atq; hæc ratio eſt, quare vniuerſale concilium naturâ ſuâ repræſentet totam Eccleſiam. Singuli enim paſtores ouium ſuarum fidem virtute continent atque adeo repręſentant. Reſpondeo negando primā conſequētiā. Licet enim maior paſtorum pars in errorem conſenſiſſet; ſi tamen aliqui eorum falſæ determinationi contradicerent, non erraret (vt patet) tota Eccleſia. Verum ſi omnes ad vnum, nemine contradicente, errarent; iam proculdubio tota erraſſet Eccleſia, vt probat argumentum, & falſa inueniretur Chriſti promiſſio. Quare & certo credendum eſt omnes paſtores in errorem ſimul incidere non poſſe: Ex eo tamen non infertur, penes paſtores omnes eſſe poteſtatem controuerſias dijudicandi. Quid enim fiet ſi omnes non conſentiant? Si quidam illorum in errorem labantur, quis inter diſſentientes iudicis perſonam ſuſtinebit? quo iudice conſtabit ouibus quænam paſtorū portio à Deo derelicta in errorem inciderit? Hoc dicimus ex ſuffragiorum

multitudine non infallibiliter colligi, & propterea partem aduerſam erroris certò condemnari non poſſe. vnde ſequitur vel nullum eſſe in Eccleſia iudicium certum & infallibile de controuerſijs, vel omnes non pares ſuffragijs ſed vnum debere eſſe cæteris prælatum, cuius ſententię ſinguli ſe conformare teneantur.

Propoſitio III.

Chriſtus Dominus B. Petro Apoſtolo poteſtatem contulit viſibiliter vice ſua, authoritate doctorali totam Eccleſiam, tota vita ſua inſtruendi in recta fide & moribus, idque cum infallibilitate circa doctrinam fidei, & morũ: item cum poteſtate excludendi eos ab Eccleſia qui doctrinæ ſuæ aſſenſum præbere nollēt. Quia verò hæc propoſitio tam euidenter in Euãgelijs aſſeritur vt probatione non egeat; Vnum tamen habent hæretici quo ſolent hãc authoritatem modo ab Eccleſia remouere; ſcilicet hanc Petrò fuiſſe datam poteſtatem extraordinariam ſicut cæteris Apoſtolis, ita vt nemo illi in hanc poteſtatis plenitudinem ſucceſſerit: ideò ſit,

Propoſitio. IV.

Hæc poteſtas collata eſt B, Petro vt paſtori Eccleſiæ viſibili ordinario; adeoque ea lege vt eadem etiam omnes legitimi eius ſucceſſores gauderēt. Probatur primò ex neceſſitate

tate

tate. Non enim tali paſtore Eccleſia poteſt carere, vt euidẽter patet ex ijs quæ tum capite vltimo Tertiæ partis, tum hac parte hactenus diximus. Et ſi Chriſtus Dominus Apoſtolis ſuis omnibus hanc poteſtatẽ dedit, quia in diuerſas mundi plagas ad prædicandum euangelium ſeparandi carere eâ non poterant, quis non videat poſt Apoſtolorum tempora infinitis penè hæreſibus Eccleſiam vndequaq; infeſtãtibus, ſaltem vnum huiuſmodi paſtorem non minus eſſe fidelibus neceſſarium? Nam rixantibus inter ſe tot prædicantibus, ſimplices & miſeræ quid facient ouiculę? Niſi verò S. Petri ſucceſſores hac poteſtate gaudeant. Conſentiente toto mundo, nullus erit in Eccleſia paſtor huiuſmodi.

Deinde probatur apertiſsimis ſacrę ſcripturę teſtimonijs, ſolum B. Petrum conſtitutũ eſſe ordinarium totius Eccleſię paſtorem, ita vt ex ratione ordinarij ſui officij fuerit doctor diuinæ veritatis, cui omnes omnino fideles, tanquam diſcipuli ſeu oues poſſent & deberent confidere tanquam Chriſti ſummi paſtoris Vicario; *Primò* ex Iohannis vltimo: vbi Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam breui viſibili præſentia Eccleſiam ſuã relicturus, Petrum actu ſolenni & quo nunquam alias magis ſerium aut maioris momenti legitur exercuiſſe, tertio num ſe diligeret, & quidem num plus alijs Apoſtolis ſe diligeret, interrogauit: ſi

mulque tertio eidem, tali erga ſe amore, agnos & oues ſuas paſcendas tradidit. Ex quo loco (niſi quis immortali odio in Romanum pontificem prorſus ſit excæcatus & quæ verbis clariſſimis ab Euangeliſta deſcripta ſunt, violẽter detorquere cupiat) nemo non videat Petrũ ibi à Chriſto Domino cõſtitutũ eſſe omnium fideliũ ποιμένα id eſt, paſtorem & rectorem, adeoque cæteris etiam Apoſtolis (vtpote Chriſti etiam ouibus) ordinarium magiſtrum & doctorem datũ. Nuſquam verò legitur Chriſtum vlli alteri Apoſtolorum hanc ſuas oues paſcendi curam demandaſſe, ſed ſolũ irent per totũ mundũ & docerẽt omnes gentes, vt portarent nomen ſuum & fidei doctrinam coram regibus & principibus, id eſt, vt oues Chriſto acquirerẽt: hoc. n. propriè eſt Apoſtolatus ſeu legationis munus. Adeoq; illorũ munus nõ erat ordinariũ: legatis enim nulli ſuccedũt per electionẽ eorũ ad quos legati mittũtur, atq; adeo nec lege aliqua aut iure ſucceſsionis; ſed ſolum ſi de nouo aliquis à principe mittatur. Imo ſi qui ex Apoſtolis Epiſcopatũ ordinariũ habuerint, illum non niſi in certã diœceſin nec ſine ordinatione Petri acceperunt. Nam Clemẽs Alexandrinus *apud Euſebium libro 2. hiſtor. cap.* 1. ait Iacobum minorem à Petro, Iacobo & Ioanne ordinatum eſſe Epiſcopum Hieroſolymorum. Vide & Hieron. *de viris Illuſt. in Iacobo.* Et Anacletus,

quar-

Digitized by Google

quartus poſt Petrum Romanus Pontifex ep. 2. ait: Eiſcopum debere ordinari à tribus Epiſcopis ſicut Iacobum minorem ordinauerunt Epiſcopum, Petrus, Iacobus & Ioannes. Sic Paulus qui Apoſtolatus munus accepit *non ab hominibus neque per hominem ſed per Ieſum Chriſtum.* Gal. 1. nihilominus. *Act.* 13. 3. per manuum impoſitionem videtur Epiſcopus ordinatus eſſe à fratribus. Atque hinc eſt quod ſiuguli Apoſtoli (excepto Petro) in Epiſcopatu ſuo ſucceſſores habuerint Epiſcopos ſeu paſtores non omnium Chriſti ouium abſolutè, ſed tantum in certa diœceſi aut prouincia: ſicut etiam ipſi ſuo tempore varios ordinauerunt Epiſcopos ſolum cum limitata iuriſdictione ad certam ouium portionē. Sic B. Paulus Act. 20. 28. monet paſtores Epheſinos: *Attendite vobis & vniuerſo gregi:* Non ſimpliciter, ſed *in quo vos Spiritus S. poſuit Epiſcopos.* Sic & B. Petrus *epiſt.* 1. *cap.* 5. 2. monet diuerſarum Eccleſiarum presbyteros: *paſcite* QVI IN VOBIS EST *gregem* CHRISTI. Chriſtus verò Dominus vtique paſtor primarius omnium fidelium id eſt, totius Eccleſiæ, non dixit Petro paſce iſtas aut illas oues, quibus te præfeci: ſed abſolutè; paſce *agnos* & *oues* MEAS: id eſt, tu gere in abſentia mea curam *mearum ouium* & *agnorum*, id eſt & eorum qui mihi prædicatione ſua filios generabunt eoſque lacte doctrinæ paſcent; & eorum qui ab his fuerint generati.

Quare

Quare cum omnes qui ſunt in Eccleſia ſint vel oues, vel agni Chriſti, nullus erit in Eccleſia qui Petrum vel in ſe vel in ſucceſſoribus eius pro paſtore recipere noluerint. Secundo confirmatur hæc doctrina ex Matthæi. 16. 18. vbi cum Petrus præclaram illam fidei ſuæ de Chriſti diuinitate profeſsionem edidiſſet, Dominus ipſi pro honoraria mercede hanc paſtoralem dignitatem promiſit verbis & ſenſu item apertiſſimis, ſcilicet in notiſsima metaphora fundamenti in ædificio & clauium ad aperiendam domum. Ait enim Euangeliſta: *Reſpondens autem Ieſus dixit ei: Beatus es Simon Bar-iona quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi; quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcunqne ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.*

Plerique hæretici miniſtri ſuperioris paſtoris impatientes ideoque ſucceſſores Pétri extremo odio proſequentes, ſuauiſsima huius loci violentia ad humilitatem tracti, ex renitendi pertinacia, tanquam in furiam acti, non tantum Romanos pontifices ſed & ipſum B. Petrum blaſphemijs aggrediuntur; illos Antichriſtos nominant, huius vero varia & enormia ſcelera & peccata impiè comminiſcun-

miniſcuntur. Sic Magdeburgenſes centuriatores *Conturia* 1. *lib.* 2. *cap.* 10. quindecim B. Apoſtoli peccata tradunt. Quod autem hoc ex mero odio in Petri vniuerſalem paſtoratum fecerint, ex eo patet, quod non niſi duos eoſque vltimos enumerent eius lapſus quos poſt paſtoralem curam à Domino acceptam admiſerit. Quid enim? licet ante fuiſſet Simon Ioannis omnium hominum flagitioſiſsimus, numquid Deo difficile eſt, eum facile mutare in virum alium, vocare & facere Cepham, id eſt, Petrum & Petram ſeu firmiſsimam rupem quę hæreticorum blaſphemias facilè contemnat? Quis dubitat? Ita enim & Chriſtus ei promiſit, & experientia docet. Itaque prius ex duobus vltimis Petri peccatis dicunt fuiſſe curioſitatem ex qua de Ioanne Apoſtolo rogauerit Dominum: *Hic autem quid?* Nam & ideo à Domino (aiunt) reprehēſus fuit, dicente: *Quid ad te? tu me ſequere.* Eſto, fuerit curioſitas, fuit tamē ex amore erga fratrē profecta, ſicut hæc obiectio ex Magdeburgenſium erga ſuum paſtorem odio. *Ioan. vult.*

Nec ideo Petra hæc vacillauit in fide. Fatemur enim in moribus & vita aut etiam opinione quæ propriam Petri & ſucceſſorum eius perſonam concernunt, non eſſe his Chriſti verbis promiſſam rupis ſoliditatem, ſed ſolum in docendi officio paſtorali. Nam & Nathan propheta priuata opinione deceptus

Digitized by Google

id liberum eſt facere reuerenter. Manet interim Petrus in doctrina paſtorali infallibilis petra, quod hic ipſi promiſſum eſt ab eo, qui *potens eſt facere quod promiſit.* Nam quod aduerſarij hic nodum in ſcirpo quærant, ob diſtinctioné generis fœminini à maſculino, nihil officit: tam enim πέτρος quam πέτρα Grecè ſignificat ſaxum ſeu rupem; Conſtat. n. Petrũ ab initio hoc nomen non habuiſſe ſed à Chriſto illud accepiſſe *Ioan.* 1. vbi cum primo Petrus à fratre ſuo Andrea adductus eſſet ad Dominum; ait Euangeliſta: *Intuitus autem eum Ieſus, dixit: Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur, Petrus.* Itaq; Dominus non vſus voce græca, *Petrus*, ſed Hebræa ſeu Syriaca כֵּפָא *cepha* quam certum eſt ſaxum ſeu rupé ſignificare, & patet *Ierem.* 4. 29. וּבַכֵּפִים עָלוּ *&c. in rupes aſcenderunt* & paſsim in textu Syriaco. Dixit ergo loco citato Dominus: *Tu es Cepha & ſuper hoc cepha ædificabo Eccleſiam meam.* Quod græcè congrue vertitur vocibus petrus vel petra idẽ ſignificantibus, & commodius nomen maſculinũ tribuitur perſonæ; ad explicandã auté metaphorã ex ædificij fundamento deſumptã, clarius vſurpamus nomen πέτρα, quod pro nomine proprio nõ poteſt tã facile ſumi quã maſculinũ πέτρος Si autẽ hæc nomina latinè vertantur, dixit Chriſtus: *Et ego dico tibi; quia tu es rupes, & ſuper hanc rupem ædificabo Eccleſi-*

Rom. 4. 21.

Eccleſiam meam vbi cauſa datur quare Dominus nomen *Simonis* mutauerit in nomen *Cephæ*, ſicut angelus Domini Matth. 1. 21. dicit de Domino naſcituro: *vocabis nomen eius Ieſum ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*. Numquam enim Deus alicui nomen dedit, multò minus mutauit, cui datum nomen ex ſignificatione non competeret, quod patet in *Abraham*, *Sara*, *Iſrael* &c. Itaque intolerandæ eſt inſaniæ quod quidam audeant comminiſci Chriſtum cum diceret: *& ſuper hanc Petram ædificabo &c.* demonſtraſſe ſemetipſum atq; ita hoc non dixiſſe de Simone Petro. Nec refutatione opus eſſet niſi ſimplices quidam præcõcepto per impiorum iſtorum blaſphemias in Romanum Pontificem graui odio, quiduis potius credendũ ſibi eſſe exiſtimarent, quam quod Romani pontificis oues eſſe debeant. Docet Teelingius in *Eubulo ſuo* c. 19. *ſect* 4. *&* 5. quædã S. Scripturæ teſtimonia tam eſſe clara vel ex ijs tam euidenter veritatem colligi; vt licet quis contradixerit, tamen reuera pro contumaci & αυτοκατάκριτος ſit iudicandus Exemplum ponit illud Matth. 26. verſ. 27. *bibite ex eo omnes*. Ex hoc dicit omnes qui ſpiritu contradictionis aut præiudicio excæcati non fuerint, facile colligere Chriſtum mandaſſe, *vt omnes*, qui ad mẽſam Dominicam acceſſerint, non ſolum ſub panis; ſed etiam ſub vini ſpecie Euchariſtiam percipiant. Sed ſi quis legens

gens quod addit S. Marcus 14. 23: *& biberunt ex eo omnes*, ſciensque quod recubuerit Dominus cum ſolis duodecim *Marci* 14.17 *Luc.* 22.14 quos ibidem fecit Sacerdotes: ſi, inquam, prius *omnes* per poſterius *omnes* putauerit explicãdum, numquid magis cenſebitur αὐτοκατάκριτος ſeu proprio judicio comdemnatus, quam is qui dicente Chriſto *tu es* כפא (cepha) *& ſuper hoc* כפא *ædificabo Eccleſiam meã*, poſterius vocabulum non ad eundem ad quem prius referendum eſſe dixerit? Quis mortalium, etiam Iudæus vel Turca, hos commentatores non cæcitatis & contumaciæ argueret? præſertim cum nihil habeant in aperto noſtro ſenſu quod inconuenientiæ aut impoſſibilitatis arguant, ſed beneficium hic detur Eccleſiæ vel maximè neceſſarium, vt patet ex ijs, quæ hactenus diximus. Nam quod dicant hoc Catholico intellectu Petrum ſtatui Eccleſiæ fũdamentum, idque pugnare cum verbis Apoſtoli 1. Cor. 3. 11. *fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus*: contumaciam ſuam & cæcitatem futili & ſtulto argumento magis produnt. Nos enim nequaquam negamus Chriſtum Dominum eſſe verum ſummum & primum fundamentum, nec dicimus pro eo Petrum hic poſitum eſſe Eccleſiæ fundamentum, ſed dicimus cepham eſſe rupem ſeu *lapidem in fundamento*

mento imo, id eſt, in Chriſto, *fundatum* tam fir-
Iſ. 28. 16. miter, vt totam Eccleſiæ fabricam influxu Chriſti ſuſtineat. Et quid mirum ſic cepham poſſe vocari fundamentum Eccleſiæ, cum etiam Prophetæ & cæteri Apoſtoli expreſſe vocentur fundamenta fidelium & Eccleſiæ *Epeſ. ſecundo verſ.* 20. & *Apocal.* 21. 14. Similiter nihil officit quod quidam per *petram* intelligãt fidẽ ſeu confeſsionem Petri. Nam & nos ſic intelligimus, vt Petrus quatenus homo priuatus, nõ ſit vocatus *petra*, ſed quatenus accepturus in paſtoratu ſuo inuiolabilẽ fidem. Si autẽ aduerſarij velint fidẽ ſeu profeſsionẽ Chriſtianã nõ quatenus Petri eſt, ſed quatenus abſolutè ſumitur, dictã eſſe petrã; iterũ, vt ante diximus, violẽter poſterius כֵּפָא à priori ſeparãt & alio torquẽt. Et certè, iã erat omnino & fuerat fides de diuinitate Chriſti in B. Virgine, Ioſepho, Ioanne Baptiſta, Petro, alijſque diſcipulis, in Prophetis quoque fuerat, in Elizabeth, Zacharia, Simeone &c. ergo ſi fides dici poſſet fundamentum vel petra Eccleſiæ, debuiſſet Chriſtus dixiſſe & ſuper hanc petrã *ædificaui* Eccleſiam meam: nunc autem dixit: *ædificabo*. Denique quomodo aduerſarij audent dicere ſuper fidem veram ita fundatam eſſe Eccleſiam, vt portæ inferi contra eam non poſsint præualere, cum paſsim fateantur vel fingant potius, totam militantem aduer-

Digitized by Google

aduerſus inferi portas Eccleſiam à fide poſſe excidere? certe ſic ædificium & fundamentum ſimul rueret; & portæ inferi triumphum canerent: vt ſæpe ante victoriam aduerſarij noſtri faciunt, vel facere ſaltem videri volunt, vt ſimplices decipiant. Non minus clara ſunt verba alterius metaphoræ de *clauib. regni cælorum* id eſt, Eccleſiæ: per eas enim ſignificatur, quod communiter ſignificari ſolet cum cuiuſpiam ciuitatis claues principi alicui traduntur, ſcilicet regimen ciuitatis ipſi tradi, vt poſſit abſque vllius contradictione præfecturam ſuam ibi exercere. Sic principaliter Chriſtus habet claues Eccleſiæ Apocal. 3. *Hæc dicit ſanctus & verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit.*

Has ergo claues Petro Apoſtolo ſe cõmunicaturum promiſit, ita vt quidquid ipſe in Eccleſia clauderet, nemo aperiret, ſed in cęlo clauſum eſſet; quidquid aperiret, nemo clauderet, ſed in cœlo apertũ eſſet. Sic ſonant verba. Quid volunt hoſtes clarius? deponant odium; & videbunt.

Porrò omnia hæc procedere de officio quodam ordinario, adeoque in quo ſucceſsio haberi debeat, quis ex dictis non colligat? Nã 1. Officiũ paſcendi oues eſt officium ordinariũ cũ neceſſariò tam diu maneat quãdiu ma-

nent oues. 2. Cum Chriſtus Petro abſolutè ſuarum ouium curam ſeu paſturam commiſerit, oues autem Chriſti non illæ ſolæ fuerint quæ vixerunt tempore Petri, ſed fideles omnes vſque in finem victuri, debet Petri paſtoralis cura ad finem in Eccleſia permanere: Quod cum factum non ſit in ipſa Petri perſona, oportet fiat per alios qui in iſtam curam ſuccedũt. 3. Cùm Chriſtus Eccleſiam ſuam ſuper Petrum fundauerit, id eſt, Petro poteſtatem contulerit Eccleſiam ne corrueret continendi, eamque aduerſus inferorum portas defendendi: inferorum autem portæ Eccleſiam oppugnare nunquam ceſſent, oportet vt dicta poteſtas per mortem Petri Eccleſiæ non ſit ſubtracta.

Tertiò ſingulariter infallibilitas S. Petri vt Paſtoris ordinarij totius Eccleſiæ, æquè manifeſtè probatur ex Lucę *capite vigeſimo ſecundo.* Vbi cum occaſione prædictionis Chriſti de ſui proditione per vnum ex Apoſtolis mox futura, teſtificationis quoque de miſerrimo proditoris ſtatu, ipſi conturbati inciperent cogitare quis ex omnibus eſſet à Domino dilectiſſimus, & cæteris prælatus, adeoque ab hac miſeria alieniſſimus; primum Dominus appetitum Dominãdi compeſcit dicens: *principes gentium dominantur eorum, vos autem non ſic.* ſicut alias dixerat: *non vocemini magiſtri. Matth.* 23: Deinde docet quam humiliter & abſque

abſque dominandi aut ambitionis affectu ille (Petrus) ſe debeat gerere, qui cæteris fuerit conſtitutus ἡγεμὼν id eſt, pręſes ſeu præceſſor, vt ſcilicet à ſe ſumpto exemplo, non minus humiliter ſe gerat, quam ſi cæterorum Apoſtolorum miniſter eſſet. *Nam & ego* (inquit) *in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat*. [Vnde ſicut Chriſtus Dominus, miniſtrando Apoſtolis, non deſiit eſſe eorum paſtor & *Magiſter & Dominus* ſed humilitatis virtute ipſis etiam præeſſe voluit; ſicut item Apoſtolis non ita magiſterium abrogauit, quin Paulus potuerit eſſe & dici Apoſtolus & *Magiſter gentium*. 1. Tim. 1. 11. ſic nec Petro humilitatem iniungendo, paſtoratum & præfecturam eidem abrogauit.] Mox cæteros Apoſtolos cõſolatur, vt licet non ſint in præfectura maiores, ideo tamẽ non timeant infelicitatẽ quam de Iuda prædixerat: dicens ſe omnib. qui ſibi in tentationibus fideliter adhæſerãt, *diſponere regnũ vt edãt, & bibãt in Regno ſuo, & ſedeãt ſuper thronos iudicãtes duodecim tribus Iſrael.* Tũ ſtatim ſubiũgit: *Simõ, Simon, ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticũ: ego autẽ rogaui pro te vt nõ deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus cõfirma fratres tuos*. Hic manifeſte apparet *primo* Chriſtum Dominum maiorem Petri quam reliquorum habuiſſe curam. Quare hoc; niſi quia maius Petri quam reliquorum officium ordinariũ erat futurum; de quo ſc. officio ante

Dominus ipſum inſtuxerat, vt humiliter ſe in eo gereret. 2. hic quid ex officio iſto ipſi incũ-bat adiungit, ſc. vt ipſe fratres ſuos, id eſt, cæteros Apoſtolos eorumque ſucceſſores Epiſcopos, vel generatim oẽs fideles, ſi quãdo vacillauerint, ex ſuæ fidei ſoliditate cõfirmet. 3. vt haberet Petrus vnde hoc poſſet facere, & Diabolo oẽs cribrare cupienti, hoc eſt portis inferni, tanquam firmiſsima petra reſiſtere, ait Dominus, ſe pro ipſo Petro rogaſſe; vt eius fides non deficeret.

Vnde patet (niſi quis audeat dicere, Christum Dominũ à patre ſuo, atq; adeo à ſemetipſo vt Deo exauditum non fuiſſe, contra illud expreſſum ipſiuſmet teſtimonium Ioã. 11. 42. *ego autem ſciebam quia ſemper me audis &c.*) Petrum infallibilitate fidei donatum eſſe. Iã verò hæc quæ retulimus Petro dicta eſſe non quatenus priuata erat perſona à cæteris Apoſtolis æquali poteſtate diſtincta, facile apparet ex litera. Data enim ei dicitur infallibilitas fidei in eum finem, ne Diabolus omnibus Apoſtolis, id eſt, toti Eccleſiæ præualeret, ſed vt eſſet vnus omnino inſuperabilis, qui cæteros poſſet cõfirmare. Itaq; præcipua cauſa cur hæc oratio à Chriſto Patri oblata fuit, erat, non perſonale periculum Petri, ſed commune periculum totius Eccleſiæ. Cũ igitur in Petro fundetur fidei infallibilitas, qua tota ſolidari poſsit Eccleſia, patet hæc Petro eſſe dicta

dicta quatenus erat vel aliquando futurus erat paſtor agnorum & ouium CHRISTI Præterea Ioan. 17. patet CHRISTVM. DOMINVM, paulò pôſt hæc verba, oraſſe pro omnibus Apoſt. *vt ſint ſanctificati in veritate, & vt ſint cōſummati in vnū.* ad quod ſaltē (ſecundum Contra-Remonſt.& antiquiores Germaniæ & Belgij reformatores) indefectibilis requiritur fidei perſeuerantia. Cùm ergo Dominus ibi perſonalem fidei ſoliditatem omnibus, etiam B. Petro impetrauerit, quid eſt, quod apud S. Lucam ſolū pro Petro ſe oraſſe dicat ne fides eius deficeret, niſi quod Paſtoralem Petri dignitatem de neceſſarijs prouidere chariſmatibus voluerit? Ex his itaque omnibus hæc fit certiſsima concluſio: *Petrus vt ordinarius vice Chriſti Eccleſiæ viſibilis Paſtor, fidei infallibilitate à Deo donatus fuit, habens, ex poteſtate clauium regni cælorū, authoritatem puniendi armis potentibus Deo, omnes qui in Eccleſiam admiſſi, doctrinā ſuam, hoc eſt, verbi Diuini explicationem & propoſitionē, recipere noluerint.* Hinc breuiter ad Romanos Pontifices (fruſtra ad exemplum & prędictionem ſummi Patris familias Chriſti Domini, toties à reformatoribus & Euangelicis noſtris miniſtris, legis peritis ſcilicet & ſcribis, Beel-ſebub & Antichriſtinominibus inſignitos) hoc modo fit tranſitus:

Propoſitio V.

ROMANVS PONTIFEX ſuccedit B. Apoſtolo Petro in prædictam iudicandi poteſtatem

Hæc propoſitio omnib. hæreticis vt mortifera ita odioſiſsima, euidenter probatur primo ex dictis in propoſitione quarta. Nã probatum ibi eſt ex iure diuino, neceſſariò aliquẽ Petro ſuccedere, qui oues Chriſti, id eſt, fideles omnes eadem, qua ille, poteſtate paſcat, id eſt, regat, gubernet, doceat, à portis inferi, infidelium ſcilicet & hæreticorum inſultibus & vafricie defendat; ac in dubijs omnibus fratres corroboret & confirmet. Certum autem eſt hæc fieri non poſſe in angulo aliquo obſcuro, quem nulli fratrum aut ouium notum habeant. Sed quicunque hoc officio fungitur receptus debet eſſe ab ouibus ijſque notus. Vnde ſequitur clarè neminem ſuccedere B. Petro in prædicta paſtorali cura, quem nulli fidelium pro tali ſucceſſore Petri agnoſcũt aut recipiunt, quique ſeipſum pro tali paſtore ouibus non offert. Hæc omnia ſicut neceſſaria conſequentia deducuntur ex principijs fidei, in ſuperiori propoſitione adductis, ita fide tenenda ſunt omnino. Nunc autem certũ eſt per experientiam & continuam Eccleſiæ traditionem, neminem eſſe aut fuiſſe vnquam qui vel Eccleſiæ ſe pro tali ſucceſſore B. Petri obtulerit, vel ab Eccleſia pro tali agnitus aut receptus ſit, præter Romanum Pontificem legitimè

gitimè electum [Excludo nunc Pontifices ſchiſmaticos qui dixerunt ſe legitimè electos, cum reuera non eſſent] Cum autem & concors totius Eccleſiæ traditio ita propoſitionem quamlibet de fide tenendam eſſe probet, vt hæretici alia ratione nulla probare poſſint S. Matthæi euangelium cæteroſque S. Scripturæ libros verè eſſe à Spiritu S. inſpiratos, & non vel à ſycophanta confictos, vel ab hæreticis deprauatos: Et totius mundi experientia lõgè maiorẽ arguat rei cuiuſuis certitudinem, quam particularis cuiuſdam Lutherani aut Caluiniſtæ experientia ſolum ipſum certum poteſt reddere, quod fidem ipſe iuſtificantem de facto poſsideat; mirari non poſſunt noſtri aduerſarij, ſi propoſitionem hanc noſtram tã eſſe dicamus de fide, quàm quod aliquod in Eccleſia extet Verbum Dei ſcriptum; & longè maioris eſſe certitudinis, quam quod ipſarum aliquis credat ſibi per Chriſtum remiſſa eſſe peccata: Præſertim cum fide conſtet, portas inferi aduerſus Eccleſiam nunquam præualituras, id eſt, falſa à diabolo per hæreticos inſpirata dogmata nunquam ab ea acceptanda aut ad poſteros tranſmittenda eſſe: in experientia autem iſta ſingulis hæreticorum propria multos falli indies ac decipi, ipſimet clamitent. Verbo dico:

Romanum potificem & alium neminem ſuccedere B. Petro in vniuerſali Eccleſiæ cura

vidit & agnouit eadem quæ Petrum ſibi per mortem eripi conſpexit Eccleſia: Idem hoc credidit, ſenſit & docuit illa Eccleſia quã aduerſarij veram fuiſſe Chriſti ſponſam negare, quantumuis ſint impudentes, non audent. Credidit, inquam, ſenſit & docuit hoc Eccleſia illa tota, cuius mẽbra ſe eſſe profeſsi & gauiſi ſunt Sancti *Auguſtinus*, *Hieronymus*, *Chryſoſtomus*, *Ambroſius*, *Athanaſius*, *Baſilius*, *Gregorius*, *Proſper* & cæteri quorum ſanctitatem ita eorũ ſcripta ſpirant, ita miracula, quæ de ſe mutuo ipſi conſcripſere, teſtantur; vt peſsimi eorum hoſtes, id eſt, noſtri temporis hæretici vbi vel à primo limine eorum libros inſpexerint, velint nolint ad venerationem compellantur. Tota dico iſta Eccleſia, nemine vel dubitante vel contradicente, hanc noſtram propoſitionem tenuit. Imo ante horum temporum audaciſsimos Romanæ Eccleſiæ quoſdam perduelles, nulli vnquam hæretici prioribus ſæculis ſucceſſionem Romani pontificis in ſedẽ B. Petri negaſſe reperiuntur Quin & ipſe Lutherus implacabilis & impotentiſsimus hoſtis Romani pontificis in diſputatione ſua Lypſiæ cum Eckio habita faſſus eſt Petrum Romæ Eccleſiã cõſtituiſſe; vt refert cauſidicus ipſius Lutheri Ioannes Sleidanus *ſub finem libri primi*. Et alibi ſæpius in ſcriptis ſuis id Lutherus profitetur. Sic in reſolutionibus quarundam propoſitionum hoc modo diſcurrit. *Primum quod*

me

me mouet Romanum pontificem eſſe alijs omnibus (quos ſaltem nouimus ſe pontifices gerere) ſuperiorem; eſt ipſa voluntas Dei quam in ipſo facto videmus. Neq; enim abſq; voluntate Dei in hanc Monarchiam venire vnquam potuiſſet Romanus pontifex, &c.

Item in declaratione quorundam articulorum:

Quod Romana (inquit) *Eccleſia à Deo ſit præ alijs omnibus honorata, non eſt dubium. Ibi enim SS. Petrus & Paulus, quadraginta ſex Romani Pontifices & tot centena millia Martyrum ſanguinem ſuum fuderunt &c.* Hunc magiſtrum vt in alijs mendacijs ita & in hac veritatis confeſſione imitatus Martinus Bucerus, in Præparatorijs ad Concilium. *Ingenuè*, inquit, *confitemur, apud veteris Eccleſiæ Patres Romanam Eccleſiam præ cæteris primatum obtinuiſſe, vt quæ Cathedram D. Petri habeat &c.*

Caluinus quamuis ſæpe rem ſtudeat dubiā & incertam reddere; tamen lib. 4 inſtit. cap. 6. §. 15. *Propter ſcriptorum conſenſum*, inquit, *non impugno quin illic* (Romæ) *mortuus ſit* (Petrus) *ſed epiſcopum fuiſſe, præſertim longo tempore, perſuaderi nequeo.* Nimirum argutior Luthero Caluinus à ſucceſſore B. Petri damnatus videri nolebat. Tamen, velit nolit, hanc notam oportet ferat: Nec rem certiſsimam ipſe dubiā vnquam reddet. Adeo enim & annus & dies ipſe erectæ Romanæ per Petrum cathedræ in primi-

primitiua Eccleſia celebratus eſt, dies inquam decimus octauus Ianuarij, Claudij Imperatoris anni tertij; vt & orientales & occidentales Eccleſiæ anniuerſaria memoria diem iſtum feſtiuum habuerint, vt antiquiſsimarum Eccleſiarum ritualia, ſermones Patrum eo die habiti & vetuſsima Martyrologia teſtatum faciunt.

Vnus prodeat, qui apud Aduerſarios noſtros inſtar erit fortaſſis omnium, Auguſtinus Epiſtola centeſima ſexageſima quinta ſic ad Generoſum ſcribens: *Si tibi Angelus è cœlo diceret, dimitte chriſtianitatem orbis terræ & tene partes Donati* [nunc diceret Lutheri, Caluini, Arminij] *cuius ordo tibi exponitur in epiſtola Epiſcopi tuæ ciuitatis, anathema eſſe deberet: quia te à toto præcidere & in partē contrudere conaretur, & alienare à promiſsis Dei. Si enim ordo Epiſcoporum ſibi ſuccedentium conſiderandus eſt, quantò certius & vere ſalubriter ab ipſo Petro numeramus, cui totius Eccleſiæ figuram gerenti Dominus ait: ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non vincent eam. Petro enim ſucceſsit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Euariſtus, Euariſto Alexander, Alexandro Sixtus, Sixto Theleſphorus, Theleſphoro Iginus, Igino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri Eleutherius, Eleutherio Victor, Victori Zepherinus, Zepherino Calixtus, Calixto Vrbanus, Vrbano Pontianus, Pontiano Antherus, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius,*

Corne-

Digitized by Google

Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Xiſtus Xiſto Dionyſius, Dionyſio Felix, Felici Eutychianus, Eutychiano Gaius, Gaio Marcellinus, Marcellino Marcellus, Marcello Euſebius, Euſebio Miltiades, Miltiadi Syluester, Syluestro Marcus, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damaſus, Damaſo Siricius, Siricio Anaſtaſius. In hoc ordine ſucceſsionis nullus Donaſtita[nec Caluiniſta]*epiſcopus reperitur.* & paulò poſt: *In illum autem ordinem Epiſcoporum qui ducitur ab ipſo Petro vſque ad Anaſtaſium, qui nunc eandem cathedram ſedet, etiam ſi quiſquam traditor per illa tempora ſubrepſiſſet, nihil praeiudicaret Eccleſia & innocentibus Chriſtianis, quibus Dominus prouidens ait de propoſitis malis: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite, dicũt enim & non faciunt.* Hactenus Auguſtinus, cuius poſt eum libros ferre ſe dignum non eſſe fateri videtur VVilhelmus Teelingius. De cæterorum pontificum in eadem Romana ſede ſucceſsione vſque ad hunc modò Eccleſiæ vigilantiſsima paſtorali cura præſidentem Paulum V. res notior eſt quàm vt opus ſit hic recenſere etiã vulgo. Anaſtaſio enim ſucceſſit Innocentius, Innocentio Sozimus, Sozimo Bonifacius &c. De quorum authoritate quomodo S. Auguſtinus ſcripturas ſacras intellexerit, legere non faſtidiet[quicquid obganniat Teelingius]quicumque ſemetipſum non minus hominem & errori obnoxium, quam viros illos quorum ſanctitatem Deus etiam hoſtibus

Matt. 23. 3.

ſtibus teſtatam fecit, meminerit. Sic ergo qui ſeipſum agnouerit, legat eiuſdem Auguſtini epiſtolam nonageſimam cum tribus ſequentibus & centeſimam ſextam. Vbi Auguſtinus & cæteri Aphricani Epiſcopi & conciliũ Carthaginenſe Innocentio Romano pontifici cõfirmandum offerunt, nihil minus honoris ei tribuentes quam ab vllis Catholicis modò Paulo V. tribuitur, & ex Mileuitano concilio eundem ei honorem deferunt. Attendatq; lector quid ibidem Innocentius reſponderit, & quid de eius reſponſo ſenſerit Auguſtinus dũ epiſtola centeſima ſexta ad Paulinum ſic ſcribis: *Miſſa ſunt itaq; de hac re ex duobus Concilijs Carthaginenſi & Mileuitano relationes ad Apoſtolicam ſedem &c.* & paulo poſt: *Scripſimus etiam ad beatæ memoriæ Papam Innocentium, præter cõciliorum relationes, literas familiares, vbi de ipſa cauſa aliquantò diutius egimus. Ad omnia nobis ille reſcripſit eodem modo quo fas erat atque oportebat Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem.*

Hæc de Innoc. Nunc de Sozimo. Epiſt. centeſima quinquageſiam ſeptima ad Optatum ſic incipit: *Quamuis &c. tamen illæ* (literæ tuæ) *me apud Cæſaream præſente venerunt, quo nos iniuncta nobis à venerabili Papa Sozimo Apoſtolicæ ſedis Epiſcopo eccleſiaſtica neceßitas traxerat &c.* vbi apparet quantò reformatoribus noſtris humilior Auguſtinus, agnoſcat & executus ſit iniunctum ſibi à Papa Romano negotiũ. Demũ de Bonifa-

Bonifacio quid ſenſerit, videantur libri eius contra duas epiſtolas Pelagianorum ad eundem Bonifacium ſcripti, vbi in ipſo ferè principio ſic ait: *Cum vero non deſinant* [hæretici] *fremere ad Dominici gregis caulas, atque ad diripiendas tanto pretio redemptas oues aditus vndiq; rimari, communiſq; ſit omnibus nobis, qui fungimur episcopatus officio (quamuis ipſe in eo præemineas celſiore faſtigio) ſpecula paſtoralis: facio quod poſſũ &c.* Generaliter quoque de ipſa Romanæ ſedis præeminentia perpetua, epiſtola centeſima ſexageſima ſecunda ſic loquitur: *Vnde non mediocris vtiq; authoritatis habebat* [Carthago metropolis Aphricæ] *Epiſcopum, qui poſſet nõ curare conſpirantem multitudinem inimicorum, cum ſe videret & Romanæ Eccleſiæ in qua ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguit principatus, & cæteris terris vnde Euangelium in ipſam Aphricam venit, per communicatorias literas eſſe coniunctum.* Huiuſmodi itaque ſunt errores in quos antiqui ſanctiſsimiq; Patres noſtri inciderunt. Hæc ſunt ob quæ Teelingius fatetur lectionem S S. Patrum reformatę ſuę religioni exitio futuram. Hic ille eſt Auguſtinns, quem vnum ex omnibus Patribus ſuum, aliqui ſortis reformatæ homines mendaciſsimi audent vocitare.

Ideo ego hunc vnum ratus ſufficere, à plurium citandis teſtimonijs abſtinere hic decreueram. Verùm quoniam inter aduerſarios

adeo

adeo nonnulli impudenter ſunt impudentes, vt ipſi iam ſub mundi finem prodeuntes totam antiquitatem audeant mendacij vel craſſiſsimæ ignorantiæ in re facti quæ ad experiẽtiam ſpectat arguere, ac confictis quibuſdam ex ſtultiſsimo cerebro ratiunculis, incautæ plebi & imperito vulgo perſuadere conentur, acceſſum Petri ad Romanam vrbem in primitiua Eccleſia incertum & dubium fuiſſe habitum, nunc vero falſum & impoſsibilem à ſe fuiſſe demonſtratum :de conſilio quorũdã amicorum latius paulo tractanda hæc ſuſcepi; idque eò libentius quia non inter vulgares tãtum Reformatorum prophetas, ſed & inter ipſos Doctores, ſi Dijs placet, & Theologiæ profeſſores inueniuntur, qui manifeſtis rationibus probare ſe gloriantur S. Petrum Romæ nunquam fuiſſe. Venit enim nuper ad manus meas *Hermãni Rauenspergeri Doctoris & Profeſſoris* in Groeningenſi Academia Theologi HORTVS THEOLOGICVS *pro deponendo S. Tirocinio publici vſus & commodi factus ingenio duce: ſtudio comite.* Quem ſane librum quis, cui tempus ſuper eſt, non minori Ratione in pluribus nigro Iudicij theta notare poſſet, quam ab hoc authore Hugonis Grotij ſcriptum de ſatisfactione Chriſti notatum ac iudicatũ eſt. Vt hortus hic. ſi non fructu, ſaltem nominibus ſuarum partium ſtudioſis placeat, Primam ex tribus eius partibus *Vinetum*; alteram

alteram Roſetum, tertiam Lilietum inſcripſit Author. Nomina certè Monachorum & Monialium noſtrorum exercitijs magis vt accommodata ita & vſitata, quam grauium Doctorum tractatibus Theologicis. Quinimo *vltimum & optimum* Vineti ſui *ſyntagma* Gemmam appellat Theologicã. Sterilis profectò vinea, cuius vltimum & optimum, gemmæ. Botros ſolent promittere vineta dum gẽmaſcunt. Quando ergo Rauenspergeri hoc Vinetum quos promittit botros dabit? Nunquam. præter gemmas enim nihil poteſt melius, nihil dat vlterius. Ad Roſetum ſi accedas, vnam inter cęteras inuenies roſam inaudito prorſus & horrendo *Samſonis Rediuiui* nomine inſignitam. Equidem longè melius ex noſtris quidam monachus in *Roſeto* ſuo *ſpiritualium exercitiorum* proprietates roſarum ex ijſque deſumptas metaphoras ſuo quod tractat obiecto applicauit. Quid robuſto militi cũ roſis? Niſi forſan Rauenspergerus Samſonem nobis hic repræſentare velit in ſinu Dalilæ voluptati molliter operam nauantem, atque ab irruentibus ſuper ſe philiſtæis oculorum lumine ſpoliatum. Certe cæcum hic agit Rauenſpergerus dexterè; an ob amorem Dalilæ cuiuſdam orta ſit hæc cæcitas, ipſe nouerit. Conatur hic homo hac ſua roſa tamquam *euidenti & ſufficienti demonſtratione conuellere pronunciatam illud Papiſticum, quod Petrus poſt*

Chriſti aſcenſionem Romam venerit ibidemque docuerit. vt hoc Eccleſiæ Romanæ fulcro collapſo, totum pariter ruat ædificiū. Sed vt antea vinetum botros, ita hic Roſetum pugnas promittit fruſtra. Primus Roſę huius ictus hoc conficitur argumento:

Quicquid ex S. Scriptura nec directe perſpicuis verbis, nec indirecte vi legitima certaque conſequentia poteſt probari; id pro articulo fidei nec habendum, nec cuipiam obtrudendum. Atqui Petrum Romæ fuiſſe, ibidemque docuiſſe non poteſt &c. *ergo*.&c.

Reſpondeo, hic Rauenſpergerum oculis eſſe priuatum. Non enim videt neque Maiorem (prout ipſe eam intelligit) neque Minorē quicquam habere veritatis. Si enim Maior, vt ab ipſo capitur, vera ſit; quis noſtrûm tenebitur credere, Sanctum Matthæi Euangelium verè eſſe ab ipſo Apoſtolo & non à falſario quodam nebulone conſcriptum, ſicut falſa circumferuntur Sancti Thomæ & aliorum Apoſtolorum nominibus inſcripta euangelia. Nunquā certè pro vllo ſcripturæ libro ex ipſa Scriptura teſtimonium, vel directum vel indirectum habere Rauenspergerus poterit. Niſi forte inter indirecta ſcripturæ teſtimonia etiam ponat infallibile Eccleſiæ iudicium. Cum enim S. Scriptura docet *portas inferi aduerſus Eccleſiam non præualituras*, infallibili nos conſequentia inde deducimus, Eccleſiam

erra-

errare in fide non poſſe, adeoque traditiones eius falſum nunquam continere. Atque ita in ſenſu noſtro, Maiorem Rauenſpergeri admittimus; in ſenſu vero ipſius qui Eccleſiæ infallibilitatem & traditionum reuelatam veritatem ex ſcriptura probari non admittit, falſam eam eſſe demonſtrauimus. Minorem verò ſimpliciter etiam in ſenſu Rauenſpergeri falſam eſſe; Patet ex fine prioris Epiſtolæ ipſius Sancti Petri; vbi ſcribit: *Salutat vos Eccleſia quæ eſt in Babylone collecta.* Hinc enim infertur S. Petrum ſcripſiſſe Epiſtolam iſtam in Babylone. Per Babylonem verò intelligitur ibi vrbs Roma, ſicut in Apocalyſi ſæpius, eo quod ſicut olim Chaldæorum Babylon, ita tunc Italorum Roma eſſet & vrbs monarchica & confuſione idololatriæ ac peccatorum plena. Et præſertim ſeruiebat tunc Petro nomen illud, ne ex epiſtola iſta perſecutores eius eum Romæ degere intelligerent. Reſpondet Rauenſpergerus, per Babylonem intelligi ibi vrbem quandam AEgypti, quæ nunc Cayrum dicitur.

Sed hic iterum exoculatus noſter Samſon non videt ſe à fratribus ſuis ſex prædicantibus Dorderacenſibus hæreſios damnari. Docent enim illi S. Scripturam intelligendã eſſe ſecundum traditionem ſeu explicationẽ Maiorum, & hæreticos eſſe qui proprij ſui cerebri

Digitized by Google

rebri explicationem contra communem Eccleſiæ ſententiam defendunt. vt videmus prima parte, Anno 1612. & 1613. Omnes verò antiquæ Eccleſię Patres qui locum illum Sancti Petri explicant, per Babylonem Romã intelligunt, nemo autem aliam quamcunque ciuitatem. ergo &c.

Secundus ictus Roſeus verborum folijs & inuſitatis ampullis breuitatis ſtudioſo moleſtus, hoc habet ſucci: *In ſcriptura continetur accurata topologia, id eſt, ſeries omnium locorum ad qua Petrus eſt profectus. In hac autem accurata topologia nihil habetur de profectione Romana, ergo hæc non eſt ponenda.*

Sed hic Samſon noſter ita ridicule cęcũ agit vt in ſe ipſum fortiter impingat. Subdit enim ipſe paulò inferius: *Quorſum vero* (Petrus ope Angeli ex Herodiano carcere liberatus) *cõmigrauerit, non ita liquidè manifeſtum eſt.* Quid mi Rauẽſpergere? Quid tã hoſtiliter percutis illũ qui modo dixerat *topologiam* B. Petri, & quidẽ *accuratam* in ſacris literis eſſe deſcriptam? Cur tu Doctor ſacras literas non inſpicis, vt locum hunc, ad quem Petrus ex carcere ſe contulit, *accurate* deſcriptum legas? Cur ſaltem non obſcure & probabiliter vllum locum nobis ex S. Scriptura promis? Nihil enim locorum nominas. Solum dicis: *Certe Roma non fuit, quia latere voluit.* Sed an hic ictus Samſonis? Vbi latere quis melius poteſt, quam in vrbe maxima

ima & ſimul populoſiſsima? Pergens vero Roſeus noſter Samſon in ſua *topologia*, ait Petrum poſtquam ex Concilio Hieroſolymitano Antiochiam venit, *longũ confeciſſe iter verſus Babyloniam Ægypti, vbi primam ſuam conſcripſit epiſtolã*. Et mox ſubdit: *Quis eſt qui non videt accuratã eſſe topologiam ſacrã?* Reſpódeo. Quis eſt qui non videat impudentiam huius excæcati Hortulani? qui in S. Scriptura ſe videre dicit, quod in eá deſcriptum non eſt? Nuſquã enim ſcriptura ait Petrum in Babylonia Aegypti fuiſſe, aut eò profectum eſſe. Quin potius cum Antiochia ſita ſit in itinere quo Hieroſolymis Romã ſeu in Italiã itur; Aegyptus verò ab oppoſita parte verſus meridiem ſituata, Petrus Hieroſolymis Antiochiam veniens non Babyloniam AEgyti, ſed Italię cogitaſſe credendus eſt. præſertim cum in *Ponto, Galatia, Cappadocia & Bithynia*, quæ regiones ſunt minoris Aſiæ (per quam Antiochiâ Romam verſus iter eſt) prædicaſſe Petrum ex eo colligi poſſit, quod ad regionum iſtarum fideles poſtea ex Babylone ſua epiſtolam ſcripſit. Certum autem eſt, Antiochiâ per Minorẽ Aſiam non eſſe inter in AEgyptum. Iacet enim Antiochia inter AEgyptum & Minorem Aſiam quaſi intermedia. Apage ergo Samſon cum tua topologia S. Petri.

Digitized by Google

Tertius & vltimus Roſei Samſonis ictus hic eſt: *Quicunque articulus theologico-chronologicus cum chronologia ſacra nequaquam congruit, ille humanum eſt inuentum & falſum articulorum fidei additamentum. Atqui hic articulus theologico-chronologicus. S. Petrum poſt Chriſti in cælum aſcenſionem fuiſſe & docuiſſe Romæ, cum chronologia Sacra nequaquam congruit. Ergo* &c.

Inde vt Minorem probet, ſeriem quandã annorum texit à Conuerſione Sancti Pauli vſque ad annum Chriſti ſeptuageſimum; in qua tamen ſerie integris viginti ſeptem annis, à liberatione Petri ex carcere ne verbum quidem vnum ex ſua aut S S. literarum ſententia de Petro ponit, niſi quod Paulus ipſi in faciem reſtiterit; & tamen abſolutâ hac geſtorum S. Pauli ſerie, homo hic ita loquitur:

Etſi nunc cordatus lector vanitati pronunciati papiſtici ex hac chronologica computatione facile deprehendet. &c.

Hic te Rauenſpergere compello ſeriò. Annon te Theologiæ doctorem & profeſſorem tantæ pudere debet impudentiæ? Si fungos tu & aſinos habes diſcipulos quibus ita tuto poſsis imponere; num cogitare debebas libros typo, & latino quidẽ idiomate, expreſſos ad omniũ & in eis ad veritatis ſtudioſorũ manus deuenire? Non mihi perſuadeo ipſum temet exiſtimare quod hoc tuũ argumẽtũ vllã vel minimam habeat bonæ illationis ſpeciem.

em. Quid enim? Nunquid probandum tibi erat pronunciatum hoc, quod dicit *Petrum poſt Chriſti Domini aſcenſionem Romæ fuiſſe ibidemque docuiſſe*, cum chronologia ſacra nequaquã congruere? An hoc te iam præſtitiſſe exiſtimas? Non credo adeo nihil tibi eſſe iudicij vt hoc tibi perſuadeas. Quid enim eſt *pronunciatum aliquod cum chronologia ſacra nequaquam congruere*; niſi temporum ſeriem ex S. Scriptura depromptam veram eſſe non poſſe, ſi pronunciatum iſtud verum ſit: & contra, pronunciatum verum eſſe non poſſe, ſi ſeries temporum ritè & ex veritate aſsignata ſit? Quid autem? An poſitâ etiam illa quam tu colligis, chronologiâ ſacrâ, an tu, inquam, dicere imo cogitare audes, Petro tempus non fuiſſe Romam adeundi? An vſpiam ponis Petrum toto iſto tempore fuiſſe ab itinere Romano impeditum? Præter reprehenſionem eius, quæ Antiochiæ contigit, totis 27. annis, nihil ab eo vel paſſum vel factum, nuſquam eum fuiſſe detẽtum promis. Nunquid vidiſti ergo, & ante & poſt reprehenſionem iſtam (quæ ita te delectat vt ex ea ſola Petri memoriam ſeruare videaris) vel centies potuiſſe Petrum Romam adire? Si vidiſti, vt quid ergo contrarium perſuadere alijs voluiſti? Si non vidiſti, quid ergo docere præſumis alios, qui ea quæ pueri videant, neſcis

Nôrunt in ſcholis pueri ridiculum eſſe & vix ſtulto indulgendum argumentum, Si quis Deum dicat eſſe in cælo, & inde inferat: *Ergo baculus ſtat in angulo.* Simile quid prorſus in hoc tertio tuo argumẽto tu, Domine Doctor admiſiſti: Dum enim in expãſa tua tabula deſcribis itinera B. Pauli; concludis Petrum non fuiſſe Romæ. Nunquid bona tibi hæc videtur eſſe conſequentia; *Paulus iſto anno fuit Corinthi vel Epheſi: Ergo Petrus non fuit Romæ?*

Porro; quænam tua eſt Præſumptio quod huiuſmodi tribus ſyllogiſmis ex Bellarmini, ni fallor, collectis obiectionibus inſtructus *Samſonem* te *rediuiuum* vocitare audeas? Tandẽ *ne quicquã*, inquis, *deſideretur, ſic porro Aſſũtionem tertij ſyllogiſmi principalis confirmamus. Si neq; anni profectionis neq; manſionis, neque etiam finis vitæ Petrinæ apud Romanos cum calculo recto conſiſtunt: ſequitur pronunciatũ papiſticum; Petrũ poſt Chriſti in cœlum aſcenſionem fuiſſe & docuiſſe Romæ, cum Chronologia ſacra non congruere. At verum eſt primum. Ergo & ſecuudũ.* Aſſumptionem quoad *profectionem* probas I. *Ex opinionũ diuerſitate, quæ tanta eſt* (inquis) *vt quam ſequaris & tuearis neſcias, Alij enim profectionem Petri ad Romanos collocant in annum Chriſti* 43. *alij in* 44. *alij in* 47. *alij in* 55. *Ad cudendum vero articulum fidei nonne exacti requirerentur ſynchroniſmi & harmonia temporum?*

Reſpondeo Argumentationem iſtam ple-

nam

nam eſſe confuſione, craſſitie & falſitate. Nam *primò* non liquet quid intelligas per *calculum rectum*. An ſcilicet hic *calculus* idem ſit quod *Chronologia ſacra*, vel quid diuerſum. Si enim idem eſt, totum argumẽtum fit ridiculum, cũ idem probet per idem. Si diuerſum, quæro quis ſit ille calculus rectus, & quis eius inuẽtor tantæ authoritatis vt ex illius conuenientia aut diſcrepantia de congruentia cum chronologia ſacra probatio valida poſſit inſtitui. *Secundo* cum non ſit inter nos præſens quæſtio inſtituta de determinato quodam anno quo Petrus Romã venerit; ſed an toto illo tẽpore quo vixit poſt Chriſti Domini Aſcenſionem, eò venerit: fruſtra de *annis profectionis* quaſi determinatis ſermonẽ inſtituis. Idẽ eſt de determinatis annis manſionis & mortis Petri. Licet enim Petrus iſtis quos tu ponis profectionis eius annis Romam non veniſſet; Alijs tamen adhuc venire potuiſſet. *Tertio*: cum dicis ad cudendum articulum fidei exactos requiri ſynchroniſmos & harmoniam temporũ neſcis quid dicas, niſi diſſimules. Quid enim? Numquid *Chriſtum Dominum mortuum eſſe* tibi eſt articulus fidei? Tu tamen ipſe in hac tua Chronologia ſacra exactos ſynchroniſmos & harmoniam in tempore mortis Chriſti fateris te non habere. Dicis enim Chriſtum mortuũ eſſe à natiuitate anno 33. vel 34. Imo ſunt inter ſcriptores antiquos qui ponunt annum 30. itẽ

Digitized by Google

qui quinquageſimum ferè Chriſtum attigiſſe putant?

Quid ergo tu in articulis fidei harmoniam temporum requiris? Itaque Doctor Theologus ſcire & alios docere debebas, in rebus credendis non requiri certitudinem dierum aut annorum certorum, niſi ipſa temporis determinatio in obiecto fidei includatur: ſicut cōtingit in articulo reſurrectionis Chriſti; quo *tertio* poſt mortem *die à mortuis reſurrexiſſe* dicitur. In noſtro autē *pronunciato papiſtico* nullius determinati temporis fit mentio. *Quarto:* Hinc, ſi oculi tibi ſint, videre potes, probationem tuam *ex opinionum diuerſitate* deſumptam nullius eſſe valoris. *Quinto:* Quod diuerſas eſſe dicis de tempore profectionis Petri ſententias, falſum eſt. Nullus enim eſt inter antiquos hiſtoricos aut patres qui alio anno Petrū Romam veniſſe dicat quam Claudij Imperatoris ſecundo, qui eſt Chriſti Domini quadrageſimus quartus. Tu vero ſi quem habes qui diuerſum teſtetur, cur non allegaſti? An tibi vis credamus quod libet aſſerenti? Sed, credo, Vdalricus Velenus Lutheranus animum tibi ita audacter diuerſas ſententias comminiſcendi addidit. Citat enim ille primo Oroſium, qui profectionem Petri ad Romanos in exordio regni Claudij contigiſſe ſcribit. Vnde Velenus vnum Oroſium, tu in plurali *quoſdam*

primum

primum Claudij annum determinaſſe clamitatis. Sed fruſtra. Cum enim Claudius annis regnauerit tredecim, mẽſibus nouem, diebus viginti: rectè ſecundus annus ad exordium regni pertinere dicitur.

Deinde Velenus cũ inter Antiquos neminem inueniret qui ab hoc tempore diſsẽtiret; ex recentioribus, nullius authoritatis produxit Faſciculum temporum; vbi aduẽtus Petri in 4. Claudij annum refertur. Sed faſciculus hic minus felici iudicio in hoc puncto collectus eſt ex Mariano Scoto, qui ſcripſit anno Domini 1083. & in aſſignandis annis vitæ B. Petri in pontificatu Romano apertè ſecum ipſe & cum veritate pugnat: dum ait ſediſſe Petrum in Epiſcopatu Romano annis viginti quinque & mẽſibus duobus; obijſſe autem poſtremo Neronis anno: veniſſe tamen Romam Claudij anno quarto & quidem menſe iſtius anni quinto. Quod poſtremum cum duobus prioribus non poſſe ſimul eſſe verum patet ex computatione annorum Neronis & Claudij. Nero enim, etiam ipſo Mariano Scoto atteſtante, regnauit tantum annis tredecim, menſibus ſeptem & diebus viginti octo. De annis Claudij paulò ante poſuimus. Vnde patet, in his authoribus diſſenſum à communi ſententia ortum eſſe ex mala annorum computatione. Idem poteſt contigiſſe in Paſſionali de vitis Sanctorum. vbi ponitur Petrus Romam

veniſſe

adeo nonnulli impudenter ſunt impudentes, vt ipſi iam ſub mundi finem prodeuntes totam antiquitatem audeant mendacij vel craſſiſsimæ ignorantiæ in re facti quæ ad experiẽtiam ſpectat arguere, ac confictis quibuſdam ex ſtultiſsimo cerebro ratiunculis, incautæ plebi & imperito vulgo perſuadere conentur, acceſſum Petri ad Romanam vrbem in primitiua Eccleſia incertum & dubium fuiſſe habitum, nunc vero falſum & impoſsibilem à ſe fuiſſe demonſtratum: de conſilio quorũdã amicorum latius paulo tractanda hæc ſuſcepi; idque eò libentius quia non inter vulgares tãtum Reformatorum prophetas, ſed & inter ipſos Doctores, ſi Dijs placet, & Theologiæ profeſſores inueniuntur, qui manifeſtis rationibus probare ſe gloriantur S. Petrum Romæ nunquam fuiſſe. Venit enim nuper ad manus meas *Hermãni Rauenspergeri Doctoris & Profeſſoris* in Groeningenſi Academia Theologi HORTVS THEOLOGICVS *pro deponendo S. Tirocinio publici vſus & commodi factus ingenio duce: ſtudio comite.* Quem ſane librum quis, cui tempus ſuper eſt, non minori Ratione in pluribus nigro Iudicij theta notare poſſet, quam ab hoc authore Hugonis Grotij ſcriptum de ſatisfactione Chriſti notatum ac iudicatũ eſt. Vt hortus hic. ſi non fructu, ſaltem nominibus ſuarum partium ſtudioſis placeat, Primam ex tribus eius partibus *Vinetum*; alteram

alteram Roſetum, tertiam Lilietum inſcripſit Author. Nomina certè Monachorum & Monialium noſtrorum exercitijs magis vt accommodata ita & vſitata, quam grauium Doctorum tractatibus Theologicis. Quinimo *vltimum & optimum* Vineti ſui *ſyntagma* Gemmam appellat Theologicã. Sterilis profectò vinea, cuius vltimum & optimum, gemmæ. Botros ſolent promittere vineta dum gẽmaſcunt. Quando ergo Rauenſpergeri hoc Vinetum quos promittit botros dabit? Nunquam. præter gemmas enim nihil poteſt melius, nihil dat vlterius. Ad Roſetum ſi accedas, vnam inter cęteras inuenies roſam inaudito prorſus & horrendo *Samſonis Rediuiui* nomine inſignitam. Equidem longè melius ex noſtris quidam monachus in *Roſeto* ſuo *ſpiritualium exercitiorum* proprietates roſarum ex ijſque deſumptas metaphoras ſuo quod tractat obiecto applicauit. Quid robuſto militi cũ roſis? Niſi forſan Rauenſpergerus Samſonem nobis hic repræſentare velit in ſinu Dalilæ voluptati molliter operam nauantem, atque ab irruentibus ſuper ſe philiſtæis oculorum lumine ſpoliatum. Certe cæcum hic agit Rauenſpergerus dexterè; an ob amorem Dalilæ cuiuſdam orta ſit hæc cæcitas, ipſe nouerit. Conatur hic homo hac ſua roſa tamquam *euidenti & ſufficienti demonſtratione conuellere pronunciatum illud Papiſticum, quod Petrus poſt*

Z *Chri-*

Chriſti aſcenſionem Romam venerit ibidemque docuerit. vt hoc Eccleſiæ Romanæ fulcro collapſo,totum pariter ruat ædificiũ. Sed vt antea vinetum botros, ita hic Roſetum pugnas promittit fruſtra. Primus Roſę huius ictus hoc conficitur argumento:

Quicquid ex S. Scriptura nec directe perſpicuis verbis,nec indirecte vi legitima certaque conſequentia poteſt probari; id pro articulo fidei nec habendum,nec cuipiam obtrudendum. Atqui Petrum Romæ fuiſſe,ibidemque docuiſſe non poteſt &c. *ergo*.&c.

Reſpondeo, hic Rauenſpergerum oculis eſſe priuatum. Non enim videt neque Maiorem(prout ipſe eam intelligit) neque Minorẽ quicquam habere veritatis. Si enim Maior, vt ab ipſo capitur, vera ſit; quis noſtrûm tenebitur credere, Sanctum Matthæi Euangelium verè eſſe ab ipſo Apoſtolo & non à falſario quodam nebulone conſcriptum, ſicut falſa circumferuntur Sancti Thomæ & aliorum Apoſtolorum nominibus inſcripta euangelia. Nunquã certè pro vllo ſcripturæ libro ex ipſa Scriptura teſtimonium, vel directum vel indirectum habere Rauenspergerus poterit. Niſi forte inter indirecta ſcripturæ teſtimonia etiam ponat infallibile Eccleſiæ iudicium. Cum enim S. Scriptura docet *portas inferi aduerſus Eccleſiam non præualituras*, infallibili nos conſequentia inde deducimus, Eccleſiam erra-

errare in fide non poſſe, adeoque traditiones eius falſum nunquam continere. Atque ita in ſenſu noſtro, Maiorem Rauenſpergeri admittimus; in ſenſu vero ipſius qui Eccleſiæ infallibilitatem & traditionum reuelatam veritatem ex ſcriptura probari non admittit, falſam eam eſſe demonſtrauimus. Minorem verò ſimpliciter etiam in ſenſu Rauenſpergeri falſam eſſe; Patet ex fine prioris Epiſtolæ ipſius Sancti Petri; vbi ſcribit: *Salutat vos Eccleſia quæ eſt in Babylone collecta.* Hinc enim infertur S. Petrum ſcripſiſſe Epiſtolam iſtam in Babylone. Per Babylonem verò intelligitur ibi vrbs Roma, ſicut in Apocalyſi ſæpius, eo quod ſicut olim Chaldæorum Babylon, ita tunc Italorum Roma eſſet & vrbs monarchica & confuſione idololatriæ ac peccatorum plena. Et præſertim ſeruiebat tunc Petro nomen illud, ne ex epiſtola iſta perſecutores eius eum Romæ degere intelligerent. Reſpondet Rauenſpergerus, per Babylonem intelligi ibi vrbem quandam AEgypti, quæ nunc Cayrum dicitur.

Sed hic iterum exoculatus noſter Samſon non videt ſe à fratribus ſuis ſex prædicantibus Dorderacenſibus hæreſios damnari. Docent enim illi S. Scripturam intelligendā eſſe ſecundum traditionem ſeu explicationē Maiorum, & hæreticos eſſe qui proprij ſui ce-

Digitized by Google

rebri explicationem contra communem Ec-
cleſiæ ſententiam defendunt. vt videmus pri-
ma parte, Anno 1612. & 1613. Omnes verò
antiquæ Eccleſię Patres qui locum illum San-
cti Petri explicant, per Babylonem Romã in-
telligunt, nemo autem aliam quamcunque ci-
uitatem. ergo &c.

Secundus ictus Roſeus verborum folijs &
inuſitatis ampullis breuitatis ſtudioſo mole-
ſtus, hoc habet ſucci: *In ſcriptura continetur ac-
curata topologia, id eſt, ſeries omnium locorum ad
quæ Petrus eſt profectus. In hac autem accurata
topologia nihil habetur de profectione Romana,
ergo hæc non eſt ponenda.*

Sed hic Samſon noſter ita ridicule cęcũ agit
vt in ſe ipſum fortiter impingat. Subdit enim
ipſe paulò inferius: *Quorſum vero* (Petrus ope
Angeli ex Herodiano carcere liberatus) *cõmi-
grauerit, non ita liquidè manifeſtum eſt.* Quid mi
Rauẽſpergere? Quid tã hoſtiliter percutis illũ
qui modo dixerat *topologiam* B. Petri, & quidẽ
accuratam in ſacris literis eſſe deſcriptam? Cur
tu Doctor ſacras literas non inſpicis, vt locum
hunc, ad quem Petrus ex carcere ſe contulit,
accurate deſcriptum legas? Cur ſaltem non
obſcure & probabiliter vllum locum nobis
ex S. Scriptura promis? Nihil enim locorum
nominas. Solum dicis: *Certe Roma non fuit, quia
latere voluit.* Sed an hic ictus Samſonis? Vbi
latere quis melius poteſt, quam in vrbe max-
ima

ima & ſimul populoſiſsima ? Pergens verò Roſeus noſter Samſon in ſua *topologia*, ait Petrum poſtquam ex Concilio Hieroſolymitano Antiochiam venit, *longũ confeciſſe iter verſus Babyloniam Agypti, vbi primam ſuam conſcripſit epiſtolã*. Et mox ſubdit: *Quis eſt qui non videt accuratã eſſe topologiam ſacrã*? Reſpõdeo. Quis eſt qui non videat impudentiam huius excæcati Hortulani? qui in S. Scriptura ſe videre dicit, quod in ea deſcriptum non eſt? Nuſquã enim ſcriptura ait Petrum in Babylonia Aegypti fuiſſe, aut eò profectum eſſe. Quin potius cum Antiochia ſita ſit in itinere quo Hieroſolymis Romã ſeu in Italiã itur; Aegyptus verò ab oppoſita parte verſus meridiem ſituata, Petrus Hieroſolymis Antiochiam veniens non Babyloniam AEgyti, ſed Italię cogitaſſe credendus eſt. præſertim cum in *Ponto, Galatia, Cappadocia & Bithynia*, quæ regiones ſunt minoris Aſiæ (per quam Antiochiâ Romam verſus iter eſt) prædicaſſe Petrum ex eo colligi poſſit, quod ad regionum iſtarum fideles poſtea ex Babylone ſua epiſtolam ſcripſit. Certum autem eſt, Antiochiâ per Minorẽ Aſiam non eſſe inter in AEgyptum. Iacet enim Antiochia inter AEgyptum & Minorem Aſiam quaſi intermedia. Apage ergo Samſon cum tua topologia S. Petri.

Tertius & vltimus Roſei Samſonis ictus hic eſt: *Quicunque articulus theologico-chronologicus cum chronologia ſacra nequaquam congruit, ille humanum eſt inuentum & falſum articulorum fidei additamentum. Atqui hic articulus theologico-chronologicus. S. Petrum poſt Chriſti in cœlum aſcenſionem fuiſſe & docuiſſe Romæ, cum chronologia Sacra nequaquam congruit.* Ergo &c.

Inde vt Minorem probet, ſeriem quandã annorum texit à Conuerſione Sancti Pauli vſque ad annum Chriſti ſeptuageſimum; in qua tamen ſerie integris viginti ſeptem annis, à liberatione Petri ex carcere ne verbum quidem vnum ex ſua aut S S. literarum ſententia de Petro ponit, niſi quod Paulus ipſi in faciem reſtiterit; & tamen abſolutâ hac geſtorum S. Pauli ſerie, homo hic ita loquitur:

Etſi nunc cordatus lector vanitati pronunciati papiſtici ex hac chronologica computatione facile deprehendet. &c.

Hic te Rauenſpergere compello ſeriò. An non te Theologiæ doctorem & profeſſorem tantæ pudere debet impudentiæ? Si fungos tu & aſinos habes diſcipulos quibus ita tuto poſsis imponere; num cogitare debebas libros typo, & latino quidẽ idiomate, expreſſos ad omniũ & in eis ad veritatis ſtudioſorũ manus deuenire? Non mihi perſuadeo ipſum temet exiſtimare quod hoc tuũ argumẽtũ vllã vel minimam habeat bonæ illationis ſpeciem.

em. Quid enim? Nunquid probandum tibi erat pronunciatum hoc, quod dicit *Petrum poſt Christi Domini aſcenſionem Romæ fuiſſe ibidemque docuiſſe*, cum chronologia ſacra nequaquã congruere? An hoc te iam præſtitiſſe exiſtimas? Non credo adeo nihil tibi eſſe iudicij vt hoc tibi perſuadeas. Quid enim eſt *pronunciatum aliquod cum chronologia ſacra nequaquam congruere*; niſi temporum ſeriem ex S. Scriptura depromptam veram eſſe non poſſe, ſi pronunciatum iſtud verum ſit: & contra, pronunciatum verum eſſe non poſſe, ſi ſeries temporum ritè & ex veritate aſsignata ſit? Quid autem? An poſitâ etiam illa quam tu colligis, chronologiâ ſacrâ, an tu, inquam, dicere imo cogitare audes, Petro tempus non fuiſſe Romam adeundi? An vſpiam ponis Petrum toto iſto tempore fuiſſe ab itinere Romano impeditum? Præter reprehenſionem eius, quæ Antiochiæ contigit, totis 27. annis, nihil ab eo vel paſſum vel factum, nuſquam eum fuiſſe detẽtum promis. Nunquid vidiſti ergo, & ante & poſt reprehenſionem iſtam (quæ ita te delectat vt ex ea ſola Petri memoriam ſeruare videaris) vel centies potuiſſe Petrum Romam adire? Si vidiſti, vt quid ergo contrarium perſuadere alijs voluiſti? Si non vidiſti, quid ergo docere præſumis alios, qui ea quæ pueri videant, neſcis

Nôrunt in ſcholis pueri ridiculum eſſe & vix ſtulto indulgendum argumentum, Si quis Deum dicat eſſe in cælo, & inde inferat: *Ergo baculus ſtat in angulo.* Simile quid prorſus in hoc tertio tuo argumẽto tu, Domine Doctor admiſiſti: Dum enim in expãſa tua tabula deſcribis itinera B. Pauli; concludis Petrum non fuiſſe Romæ. Nunquid bona tibi hæc videtur eſſe conſequentia; *Paulus iſto anno fuit Corinthi vel Epheſi: Ergo Petrus non fuit Romæ?*

Porro; quænam tua eſt Præſumptio quod huiuſmodi tribus ſyllogiſmis ex Bellarmini, ni fallor, collectis obiectionibus inſtructus *Samſonem* te *rediuiuum* vocitare audeas? Tandẽ*ne quicquã*, inquis, *deſideretur, ſic porro Aßũtionem tertij ſyllogiſmi principalis confirmamus. Si neq; anni profectionis neq; manſionis, neque etiam finis vitæ Petrinæ apud Romanos cum calculo recto conſiſtunt: ſequitur pronunciatũ papiſticum; Petrũ poſt Chriſti in cœlum aſcenſionem fuiſſe & docuiſſe Romæ, cum Chronologia ſacra non congruere. At verum eſt primum. Ergo & ſecuudũ.* Aſſumptionem quoad *profectionem* probas 1. *Ex opinionũ diuerſitate, quæ tanta eſt* (inquis) *vt quam ſequaris & tuearis neſcias, Alij enim profectionem Petri ad Romanos collocant in annum Chriſti 43. alij in 44. alij in 47. alij in 55. Ad cudendum vero articulum fidei nonne exacti requirerentur ſynchroniſmi & harmonia temporum?*

Reſpondeo Argumentationem iſtam plenam

nam eſſe confuſione, craſſitie & falſitate. Nam *primò* non liquet quid intelligas per *calculum rectum*. An ſcilicet hic *calculus* idem ſit quod *Chronologia ſacra*, vel quid diuerſum. Si enim idem eſt, totum argumẽtum ſit ridiculum, cũ idem probet per idem. Si diuerſum, quæro quis ſit ille calculus rectus, & quis eius inuẽtor tantæ authoritatis vt ex illius conuenientia aut diſcrepantia de congruentia cum chronologia ſacra probatio valida poſſit inſtitui. *Secundo* cum non ſit inter nos præſens quæſtio inſtituta de determinato quodam anno quo Petrus Romã venerit; ſed an toto illo tẽpore quo vixit poſt Chriſti Domini Aſcenſionem, eò venerit: fruſtra de *annis profectionis* quaſi determinatis ſermonẽ inſtituis. Idẽ eſt de determinatis annis manſionis & mortis Petri. Licet enim Petrus iſtis quos tu ponis profectionis eius annis Romam non veniſſet; Alijs tamen adhuc venire potuiſſet. *Tertio*: cum dicis ad cudendum articulum fidei exactos requiri ſynchroniſmos & harmoniam temporũ neſcis quid dicas, niſi diſſimules. Quid enim? Numquid *Chriſtum Dominum mortuum eſſe* tibi eſt articulus fidei? Tu tamen ipſe in hac tua Chronologia ſacra exactos ſynchroniſmos & harmoniam in tempore mortis Chriſti fateris te non habere. Dicis enim Chriſtum mortuũ eſſe à natiuitate anno 33. vel 34. Imo ſunt inter ſcriptores antiquos qui ponunt annum 30. itẽ

primum Claudij annum determinaſſe clamitatis. Sed fruſtra. Cum enim Claudius annis regnauerit tredecim, mēſibus nouem, diebus viginti: rectè ſecundus annus ad exordium regni pertinere dicitur.

Deinde Velenus cū inter Antiquos neminem inueniret qui ab hoc tempore diſsētiret; ex recentioribus, nullius authoritatis produxit Faſciculum temporum; vbi aduētus Petri in 4. Claudij annum refertur. Sed faſciculus hic minus felici iudicio in hoc puncto collectus eſt ex Mariano Scoto; qui ſcripſit anno Domini 1083. & in aſſignandis annis vitæ B. Petri in pontificatu Romano apertè ſecum ipſe & cum veritate pugnat: dum ait ſediſſe Petrum in Epiſcopatu Romano annis viginti quinque & mēſibus duobus; obijſſe autem poſtremo Neronis anno: veniſſe tamen Romam Claudij anno quarto & quidem menſe iſtius anni quinto. Quod poſtremum cum duobus prioribus non poſſe ſimul eſſe verum patet ex computatione annorum Neronis & Claudij. Nero enim, etiam ipſo Mariano Scoto atteſtante, regnauit tantum annis tredecim, menſibus ſeptem & diebus viginti octo. De annis Claudij paulò ante poſuimus. Vnde patet, in his authoribus diſſenſum à communi ſententia ortum eſſe ex mala annorum computatione. Idem poteſt contigiſſe in Paſſionali de vitis Sanctorum. vbi ponitur Petrus Romam

veniſſe

veniſſe anno XIII. Claudij. Vel fluxiſſe poteſt hic error ex ſecundo Petri aduentu ad Romanos, qui poſt concilium Ieroſolymis celebratũ cõtigit. Plures opinionũ diuerſitates nec Velenus, nec alius, quod ſciã, aduerſariorum quiſquam in hac re produxit. Vbi ergo, mi Rauenspergere, *tanta* apud te *opinionum diuerſitas, vt quam ſequaris aut tuearis neſcias*?

Cæteræ, quas Samſon hic adfert, probationes ex dictis ſolui poſſunt facillimè: eo ſolum attẽto, quod Petrus, vt fatetur ipſe noſter Sãſon, ob acres quas patiebatur perſecutiones, latere vbique ſtuduerit; atque adeo cum B. Paulo inter hoſtes Romæ captiuo familiariter agere non potuerit; imo frequenter ab vrbe abfuerit, relicto ibi vicario ſuo Sãcto Clemẽte. vt habet Epiphanius *Hæreſi* 27. Ob quas etiam cauſas S. Paulus ſcribens ad Romanos Petrum non ſalutaſſe dici poteſt: quamuis & priuatim ad B. Petrum alias cum eodem nuntio literas miſiſſe potuerit. atque ideo in cõmunibus literis ſalutationem eius omiſiſſe. Si dicas *hæc à nobis non demonſtrari*. Reſpondeo ſatis per ſe patere, hæc eſſe poſsibilia. Quid autem de facto ex his in cauſa fuerit, non incumbit nobis demonſtrare; ſed Samſonis eſt, nihil horum iu cauſa fuiſſe, *euidenti & ſufficienti*, ſicut promiſit, argumentatione euincere. Denique quod infert, Petrum ſi annis 25. Romæ ſediſſet Epiſcopus, perfidiæ & infidelitatis re-

um fore, eo quod Iudæos, quorum erat deſtinatus Apoſtolus deſeruiſſet; atque ita pactum cum B. Paulo initum violaſſet. Reſpondeo Petrum non Iudæorum ſolum ſed & gentiũ fuiſſe Apoſtolum. Nam & gentes ipſe primus ad Euangelij participationem admiſit. *Act*. 10.
Debuerunt tamen Apoſtoli ex Chriſti præcepto Iudæorum habere curam præcipuam donec illi indignos ſe præſtantes gratia Euangelica, gentium plenitudini locum darent. Cũ vero Paulus ob inexpectatam ſuam conuerſionem nimis eſſet Iudæis factus exoſus; adeo vt nihil inter eos poſſe proficere videretur, citius ad gentes dimiſſus eſt, præcipua interim adhuc Apoſtolorum portione Iudæorum cõuerſioni operam primariam nauante. Sed cũ poſtea Petrus in carcerem ab Herode compactu; acerba ſibi in Paleſtina imminere à Iudæorum pertinacia cerneret, ad gentes etiam ſibi iam tranſeundum eſſe, adeoque priori præcepto non vlterius ſe eſſe obligatum, iudicare prudenter potuit. Atque adeó nec contra pactum cum B. Paulo initum quicquam commiſit, cnm id non in perpetuum, ſed ad tempus tantum ſtatutum fuerit. Alioquin nec tu Samſon fidelitatem Petri ſaluare ſatis poteris, qui ita longum iter in Babyloniam AEgypti eum arripuiſſe dicis, vt nunquam poſtea in Iudæam reuerſum eſſe ſignifices.

Matt. 10: 5.
Act. 13: 45.

Hoc ergo, Lector, eſt ſpectaculum quod

Roſa-

Roſaceus hic nobis Samſon exhibuit. Ex quo videre eſt qua cõſcientia Deformationis quidam miniſtri in docenda veritate Euangelica occupentur.

Porro quoniam nos ſupra in propoſitionis noſtræ probatione antiquę Eccleſiæ totius doctrinam ſeu traditionem allegauimus: ne quis forte tam liberales nos eſſe exiſtimet in aſſerendo quod neſcimus, quam aduerſarij ſunt in negando quod ſciunt; expedire viſum eſt, ex ijs ſcriptoribus qui intra primos ſexcẽtos poſt Chriſtum annos (quo quidẽ tempore aduerſariorum prudentiores Romanam Eccleſiam veram fuiſſe Chriſti ſponſam negare non audent) floruerunt, teſtimonia nonnulla hic adducere; ex quibus num quid temerè à nobis aſſertum ſit, Lector iudicet. In primis verò, per fidem meam, certus ſit, nullum me hic teſtimonium ex nuda alterius allegatione citaturum: ſed omnia partim oculis proprijs, partim duorum fidelium virorum adiutorio ex ipſis quos citabo authoribus iã recens collegiſſe: atque interim plurima adhuc, quæ in iſta inquiſitione ſeſe vltro offerebant itidem clariſſima loca breuitatis ſtudio neglexiſſe. Pontificum vero & quorundam patrum epiſtolæ in tomis conciliorum alio frequenter ordine quã ſeparatim diſpoſitę extãt, inueniet Sicut & aliorum authorum in diuerſis editionibus

nibus diuerſa inuenitur capitum diſtinctio. Ne verò prolixi ſimus nimis, eoſdem ſæpe authores pro diuerſis, quæ in generali noſtra propoſitione, incluſæ intelliguntur, aſſertionibus repetendo, per modum indicis aut expanſæ tabulæ authores ipſos, ſecundū ordinē temporis ſingulſi eorū prænotādi, primo referemus; notatiſque ſcriptorum locis, vbi ſimilia habētur pronunciata, ſimilem ex alphabeto literā ſubiungemus. Deinde verò quid literis iſtis indigitatum fuerit, alphabetico ordine exponemus.

Anno Christi.

70. S. Linus, primus ſucceſſor Petri. *De paſſione eiuſdem ſui prædeceſſoris.* (c)

80. S. Clemens, ſucceſſor Lini: *Epiſt. 1 .ad Iacobum* (d).

84. S. Anacletus, ſucceſſor Clementis. *Epiſtola prima* (s) *epiſt. tertia.* (d.f.)

109. S. Alexander primus. *Epiſtola prima.* (s.)

120. S. Sixtus primus. *Epiſtola ſecunda.* (s.)

120. Papias. *in explicationibus ſermonum Domini*: prout citatur ab Euſebio & Nicephoro *libro vtriuſque ſecundo cap. decimo quinto.* (b.)

140. S. Pius primus. *Epiſt. prima.* (p.) *Epiſt. tertia.* (f.)

150. Egeſippus. *Hiſtoria de excidio Hieroſolymitano lib. tertio cap. ſecundo.* (e.)(g.)

S. Anice-

154. S. Anicetus papa. *Ad Epiſcopos Galliæ cap. tertio.* (s.)

182. S. Eleutherus papa. *Ad Galliæ prouincias cap. ſecundo* (s.)

180. Irenæus *libro tertio. cap. primo & tertio.* (i.)

186. *S.* Victor papa. *Ad Theophilum Alexandrinum AEgyptiorumque Epiſcopos.* (s.)

198. S. Zephyrinus papa. *Ad Epiſcopos Siciliæ* (s.)

200. Clemens Alexandrinus. *libro Hyptypoſeon :* prout citatur ab Euſebio. *libro ſexto cap. vndecimo: & lib. tertio Eccleſ. Hiſt. cap ſecundo.* (d)

200. Tertullianus *De præſcriptionibus cap. trigeſimo ſexto.* (f). *Contra Gnoſticos , ad Scorpiacum, cap. decimo quinto.* (a) *De baptiſmo cap. quarto.* (d). *Contra Marcionem lib. quarto capite quinto.* (d.) (f.) *In carminibus contra Marcionem lib. tertio, cap. nono* (m.) (o.)

Imo *libro de pudicitia,* quem ſcripſit iam hæreticus & contra Romanum pontificem; vocat eum nihilominus Pontificem maximum & Epiſcopum Epiſcoporum &c.

S. Calixtus papa *Epiſt. decretali ad Benedictum Epiſcopum* (p.)

236. S. Antherus papa *Ad Epiſcopos Bœticæ & Toletanæ prouinciæ.* (k.)

237. S. Fabianus papa *Epiſt. ſecunda ad omnes Orientales Epiſcopos, & Epiſtola tertia* (s.)

240. Ori-

240. Origenes *lib.tertio in Geneſin*: prout citatur ab Euſebio *lib.tertio Ecclef.Hiſt. cap.primo.* (f.)(g.)

250. S. Cyprianus *Epiſtola quinquageſima ſecunda & quinquageſima quinta* (q.) *Libro de Vnitate Eccleſiæ.* (p.)

252. S. Lucius papa; *Ad Galliæ & Hiſpaniarum Epiſcopos* (q.)(s.)

257. S. Sixtus ſecun dus *Epiſtola prima.* (s.)

260. S.Dionyſius papa *Epiſtola ſecunda* (s.)

270. S. Felix primus *Epiſtola tertia* (s.)

300. Petrus Alexandrinus. *de pœnitentia canone nono* (f.)

300. Arnobius *lib.ſecundo contra Gentes.* (c.)

300 Lactãtius *lib.quarto cap.vigeſimo primo.* (d.)

304. S. Marcellus primus, *Epiſt. prima ad Epiſcopos Antiochenæ prouinciæ* (p)(s.)

309. S. Euſepus papa. *Epiſtola tertia* (p.)

311. S. Melchiades papa. *Ad Hiſpaniæ Epiſcopos*, (q.)& (s.)

325. Conciliũ Nicænũ primum generale ſub S.Syluestro pontifice; collectum ex trecentis decẽ & octo Patribus. *canone trigeſimo nono* in canonibus ex Arabico translatis. (p.)

335. Concilium Romanum ſub eodem Syluestro habitum ducentorum octoginta quatuor Epiſcoporum cap.vigeſimo. (s.)

326. Euſebius Cæſarienſis in chronicis, & in *Hiſt. Eccleſiaſtica.lib ſecundo.cap.decimo tertio &*

14. *itẽ* 24. (a.f.g.h.) Nota Euſebij capita in diuerſis exemplaribus diuerſimode diſtingui.

336. Marcus papa. *Epiſt. ad Athanaſium, & cæteros AEgypti Epiſcopos.* (p.)

337. Iulius papa primus *ad Epiſcopos Orientales.* item *Epiſt. ſecunda ad Euſebium, Theogonium & cæteros Orientales Epiſcopos.* (p.)

337. S. Athanaſius. *Apologia pro fuga ſua.* (f.)
Item ipſe & *Vniuerſi AEgyptiorum, Thebaidorum & Lybiorum Epiſcopi Epiſt. ad Felicem ſecũdum papã,* quæ habetur tomo primo Conc. (s.)

350. Dorotheus Tyrius *in Synopſi* (f.)

351. Liberius papa *Epiſt. ad Athanaſiũm vt & epiſt. ad Conſtantium Auguſtum* quæ habetur in Biblioth. Patrum. (p.)

353. Concilium Sardicenſe *cap. quarto* (r.)

360. S. Cyrillus Hieroſol. *catecheſi ſexta* (c.)

366. Felix papa II. *Epiſt. ad Athanaſiũ & cæteros AEgypti Epiſcopos Alexandria congregatos* (s.)

370 Epiphanius *Hæreſi vigeſima ſeptima.* (l.)

370. S. Ambroſius *lib. tertio de Sacramentis capite primo* (l.) *Lib. 5. poſt epiſt. trigeſimã ſecundam. In oratione cõtra Auxentium* (c.e.f.) *In actis SS. Proceſſi & Martiniani die 2. Iulij. Tom. 4* (.e.)

370. Optatus Mileuitanus *Lib. ſecundo contra Donatiſtas* (m.)

380. Gregorius Nazianſ. *Iambico primo* (a.)

380. Philaſtrius. *De Simone Mago* (c.)

380. Prudentius *Hymno duodecimo de paſſione Petri & Pauli.* (f.g.) *Hymno ſecundo, de S. Laurentio & de S. Hippolytho.* (q.)

380. Ste-

Digitized by Google

380. Stephanus Mauritaniæ in Africa Epiſcopus *Epiſtola ad Damaſum* (p.r.s.)
380. Damaſus papa *Epiſt. ſecunda ad Stephanũ & ad Concilia Africa*(s.) (*ſem epiſc*. (s.)
385. Siricius *Epiſt. ad Himerium Tarraconen-*
388. Anaſtaſius papa, *Ad omnes Germania & Burgundia Epiſcopos* (s.)
390. S. Hieronymus *ad caput quinquageſimum ſecundum Iſaia* (l.) *Ad caput ſecundum ad Galatas*.(a.) *De viris illuſtrib. cap. primo* (a.f.g.l.) *Epiſt octaua. ad Demetriadem cap. nono*.(s.)
390. Ruffinus *inuectiua 2. in Hieronym*.(l.) *In ſymboli explicatione ad Damaſũ apud Hier*.(p.s.
400. S. Ioan. Chryſoſt. *Hom. trigeſima ſecunda, in morali* (h.) *In Encomio* 12. *Apoſtolorum* (d.) Item *in Encomio Petri & Pauli* (f.)
400. S. Auguſtinus *contra literas Petiliani lib. 2. cap.* 51.(m.) *De hæreſibus, hæreſi prima*. (c.)
406. Innocentius primus. *Epiſt prima ad Decentium Eugubinum*.(d.) *Epiſt. decima quarta ad Boniſacium presbyterum*.(a.) *Epiſt* 17. *ad Arcadiũ Imperatorem* qui Ioannẽ Chryſoſtomum expulerat (p.) *Epiſt ſecunda ad Victricium Epiſc. & Epiſt. trigeſima ſecunda* (s.)
410. Paulinus Nolanus, *Natali 3. de S. Fœlice* (h)
410. Seuerinus Sulpitius *ſacra hiſt. lib*. 2. (c. f.)
420. Paulus Oroſius *lib. 7. c. 6*. (a) *& c 7*. (a. f.)
418. Zoſimus papa *Epiſtola ad Heſichium Epiſcopum Salonitanum, & ad Vniuerſos Epiſcopos per Gallias & ſeptem prouincias conſtitutos*.(s.)

430. Ioannes Caſſianus. *de Incarnatione Verbi libro tertio cap. duodecimo* (l.)

430. Maximus Taurinenſis *in natali Petri & Pauli* (a.f.)

430. Arnobius Romanus *ad pſalmum centeſimum ſextum* (d.)

430. Philippus presbyter *in Concilio Epheſino tom. ſecundo cap.* 16. (p. s.)

440. Sozomenus *lib. quarto cap. decimo quinto* (q.)

& *libro nono, cap. nono.* (h.)

442 S. Petrus Chryſol. Epiſcopus Rauen. (q.) *Epiſt. ad Eutichen.*

445. S. Leo papa, primus. *Sermone primo de natali Petri & Pauli capite primo, tertio & quarto* (n.) *Epiſt. ſexageſima ſecunda, ad Maximinum Antiochenum Epiſcopum* (d) *Epiſt. quarta ad Epiſcopos Siciliæ. quadrageſima nona ad Synodum Chalcedonenſem, quinquageſima octaua ad Pulcheriā Auguſtam* (p.s.)

450 Theodoretus *in pſalmum centeſimum decimum ſextum.* (d.)

460. Victor Antiochenus *in Euangelium D. Marci paulò poſt principium* (a.b.)

460. S. Prosper. *De promiſſionibus & prædictionibus dimidij temporis cap. quinto* (f.) *De ingratis cap. ſecundo & octauo* (q.)

461. Hilarius papa. *Epiſtola ad Leontium Epiſcopum.* (q.r.)

In concilio Romano cap. primo (s.)

490. Gelaſi-

490. Gelaſius Papa *In decreto de apocryphis Scriptura locis*(f.) *Epiſt.9.ad Epiſcopos per Lucamã,Brutios & Siciliã conſtitutos,& cõmonitorio ad Fauſtũ Magiſtrum fungentem legatione Conſtantinopoli.* (p.s.)*Epiſt.oct.ad Anaſtaſium Auguſtum quem filiũ nominat*(p.)*Item ad Epiſcopos Dardaniæ,* (p.)

496 *Anaſtaſius papa ſecundus.Epiſt.ad Anaſtaſium Imperatorem*, quem filium appellat.(q.s.)

500. Symmachus papa. *Apologetico aduerſus Anaſtaſium Imperatorem.* (r.)

500. Andreas Cæſarienſis *ad caput trigeſimũ ſeptimum Apocalyp.* (c.)

500. S.Fulgentius *De Incarnatione cap. vndecimo.*(d.h.)

501 Synodus Romana tertia ſub *Symmacho cap.tertio*(K.)

514.Hormiſda Papa. *ad Iuſtinum Imperatorem* quẽ filiũ appellat. *epiſt. vigeſima ſecunda.*(.r) *Dorotheus Theſſal.Epiſcopus ad Hormiſdam*(r.s.)

514. Ioannes Patriarcha Conſtantinop. *Epiſt.ad Hormiſdam*(p.)

516. Poſſeſſor Africanus.*Epiſt. ad Hormiſdam Papam* (l.)

516 Epiphanius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus Epiſt. ad Hormiſdam papam. (d.)(p.)

530.Bonifacius ſecundus papa,*Epiſt.adEulalium Alexandrinum Epiſcopum.* (p.)

530. Iornandes *libro de regnorum & temporum ſucceſſione* (f.)

530. Marcellinus comes. *In Chronico, Indict. nona.* (q.)

532. Ioannes ſecundus papa. *Epiſt. ad Iuſtinianum Imperatorem.* (i)

540. Vigilius papa. *epiſtola prima ad Eutheriũ Epiſcopum. Epiſt. ad Epiſcopos Galliæ. Epiſt. ad Aurelianum Epiſcopum Arelatenſem.* Iterumq́ue *Epiſt. ſecunda ad Epiſcopos Galliæ* (p)

540. Arator; *in Acta Apoſtolorum, ad finem* (a.p)

540. Aurelius Caſsiodorus. *In Chronicis, in Claudio* (a.m.) *In Nerone* f.)

555 Pelagius papa, primus. *Epiſt. ad Vigilium* (p.) Item *Epiſt. ad Sepandum Arelatenſem Epiſc.* (s.)

570. Fortunatus *vita S. Martini libro tertio* (f.h.) & *lib. octauo Carminum, de virginitate* (a.)

579. Pelagius ſecundus papa. *Epiſtola ad illegitimam ſynodum Conſtantinopolitanam* (s.)

580. Gregorius Turonenſis *Hiſtoria Francorũ lib. primo: cap. vigeſimo quinto.* (a.f.)

590. S. Gregorius Magnus. *Ad pſalmum quintũ pœnitentialem* (e.p.) *Lib. quarto epiſtola ſeptima, ad vniuerſos Epiſcopos per Illyricum* (s.) *lib. ſexto, epiſt. trigeſima ſeptima, ad Eulogium Alexandrinũ* (n.f.) *Lib ſeptimo. Epiſt. ſexageſima quarta* (p.) *Lib. vndecimo. epiſt. quadrageſima quarta* (p.) *Lib. ſeptimo. epiſt. centeſima decima ſeptima.* (s.)

(∴)

Explicatio

Explicatio præcedentium figurarum Alphabeti:

(a.) S. Petrum fuiſſe vel claruiſſe Romæ.

(b.) Ex Babylone, quæ eſt Roma, ſcripſiſſe primam ſuam epiſtolam.

(c.) Romæ à S. Petro Simonem Magum confuſum & victum eſſe.

(d.) Petrum Romæ docuiſſe ſeu prædicaſſe aut baptizaſſe.

(e.) Chriſtum Dominum S. Petro Romæ in porta occurriſſe eiq́; interroganti: *Domine quo vadis*; reſpondiſſe; *venio Romam iterum crucifigi*: tum id Petrum de ſe intellexiſſe &c.

(f.) S. Petrum Romæ à Nerone occiſum vel crucifixum eſſe.

(g.) Et quidem pedibus ſurſum.

(h.) S. Perum Romæ ſepultum, ſeu tumbam eius ibi eſſe.

(i.) S. Petrum Eccleſiam Romanam fundaſſe.

(k.) Sedem Romanam fundaſſe.

(l.) Romæ Epiſcopum fuiſſe, vel, Romanæ Eccleſiæ gubernacula rexiſſe.

(m.) In Romana ſede ſeu Cathedra ſediſſe. Optati Mil. verba ſunt: *Negare non potes ſcire te in vrbe Roma Petro primo cathedram Epiſcopalem eſſe collocatam: in qua ſederit omnium Apoſtolorũ caput Petrus, vnde & Cephas appellatus eſt.*

(n.) Romam eius Sacerdotio ditatam eſſe; Verba S. Leonis, ſermone primo in Natali SS. Petri & Pauli: *Iſti ſunt qui te ad hanc gloriã prouexerũt, vt gẽs ſancta, populus electus, ciuitas ſacer-*

dotalis & regia, per ſacram beati Petri ſedem caput orbis effecta, latius præſideres religione diuina, quã dominatione terrena. Quamuis enim multis aucta victorijs ius imperij tui terra mariq; protuleris; minus tamen eſt quod tibi bellicus labor ſubdidit, quam quod pax chriſtiana ſubiecit.

(o.) In Romana ſede Petro Linum ſucceſsiſſe,

(p.) Romanum pontificem in poteſtatem Petri totam Eccleſiam gubernandi ſuccedere. S. Cypriani verba ſunt: *Qui cathedram Petri ſuper quam fundata eſt Eccleſia, deſerit, in Eccleſia ſe eſſe non confidat. &c.*

Concilij Nicæni verba ſunt: *Ille qui ſedem tenet Romæ, caput & Princeps eſt omnium Patriarcharum. Quandoquidem ipſe eſt primus, ſicut Petrus cui data eſt poteſtas in omnes principes Chriſtianos & omnes populos eorum, vt qui ſit vicarius Chriſti Domini noſtri ſuper cunctos populos & vniuerſã Eccleſiam Chriſtianam. Et quicunque contradixerit, à ſynodo excommunicatur.*

Verba Innocentij ad Arcadium Imperatorẽ *Itaque ego minimus & peccator, cui thronus magni Apoſtoli Petri creditus eſt, ſegrego & reijcio te & vxorem à perceptione immaculatorum myſteriorũ Chriſti Dei noſtri; Epiſcopum etiam omnem aut clericum ordinis S. Dei Eccleſiæ qui adminiſtrare ea vobis auſus fuerit, ab ea hora qua præſentes vinculi mei legeritis literas, dignitate ſua excidiſſe decerno.*

Verba S. Hier. Epiſt. quinquageſima ſeptima

Digitized by Google

maad Damaſum papam: *Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, id eſt, cathedra Petri communione conſocior: ſuper illam petram ædificatã Eccleſiam ſcio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit profanus eſt. Si quis in arca Noë non fuerit peribit regnante diluuio. Quicunque tecum non colligit, ſpargit: hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt. &c.*

q) Romanã ſedem eſſe ſedem Petri. Verba Petri Chryſologi: *B. Petrus qui in propria ſede viuit & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatẽ. Nos enim pro ſtudio pacis & fidei extra conſenſum Romanæ ciuitatis Epiſcopi cauſas audire non poſſumus.*

Extat ante Concil. Chalced.

(r.) In Romano Pontifice S. Petrum honorari vel contemni.

Verba Symmachi ad Anaſtaſium Imperat. *An quia Imperator es, contra Petri niteris poteſtatem? Et qui Petrum Alexandrinum recipis, B. Petrum Apoſtolum in ſuo qualicunque vicario calcare contendis?*

(s) Romanum pontificem dubia in fide & moribus occurentia & grauiora omnia, vt epiſcoporũ cauſas &c. debere determinare idq; authoritate Apoſtolica Petro collata.

Concilij Romani anno 325. habiti verba sũt: *Nemo iudicabit primam ſedem: quoniam omnes ſedes à prima ſede iuſtitiam deſiderant temperari. Neq; ab Auguſto, neq; ab omni clero neque à regi-*

Digitized by Google

bus, neque à populo iudex iudicabitur. Et ſubſcripſerunt Epiſcopi 284. *presybteri* 45. *Auguſtus Cōſtantinus, & mater eius Helena &c.*

In hoc etiam concilio S. Syluester Nicenū Concilium confirmauit, prout ab ipſo Niceni Patres petiuerant.

Verba Philippi presbyteri in concilio Epheſino: *Nulli dubium eſt Petrum per ſucceſſores ſuos hucuſq; ſemper viuere cauſaſque decernere, ſemperque victurum eſſe &c.*

Verba Pelagij ſecundi An. 579. ad ſynodū illegit. Conſtantinop. *Quicquid in prædicto veſtro conuenticulo (quia ſynodus taliter præſumpta eſſe non potuit) ſtatuiſtis; ex authoritate S. Petri Apoſtolorum principis & Domini Saluatoris voce qua B. Petro poteſtatem ſoluendi atq; ligandi ipſe Saluator dedit; quæ etiam poteſtas in ſucceſſoribus eius indubitanter tranſiuit, præcipio omnia quæ ibi ſtatuiſtis & vana & caſſa eſſe, &c.*

S. Gregorij verba lib. 7. *Epiſt.* 64. *De Conſtantinopolitana Eccleſia quod dicunt, quis eam dubitet ſedi Apoſtolicæ eſſe ſubiectam? &c.*

Ex his itaque manifeſte ſatis patet Romanum pontificem in antiqua Eccleſia ſemper habitum fuiſſe pro B. Petri ſucceſſore, nec vllum fuiſſe in christianiſmo qui id negauerit. Si enim, vllus contra communem adeo ſententiā quicquam vel dixiſſet vel ſcripſiſſet, vtique aliquis ex præcitatis ſcriptoribus controuerſiæ huius aliquando mentionem aliquam feciſſet & ſententiam ſuam (cum res ſit max-

imi momenti)contra aduerſarios vindicaſſet. Iam verò ne veſtigium quidem huiuſmodi controuerſiæ vſpiam apparet. Sed tam ab hæreticis quàm catholicis ex Oriente & Occidẽte, ex Africa & reliquis orbis chriſtiani partibus eadem tanquam notiſſima veritas adſtruitnr. Omnibus Romani pontifices pro B. Petri ſucceſſoribus cum Apoſtolica authoritate ſeſe offerunt paſtores; ab omnibus viciſsim pro huiuſmodi recipiuntur Determinationes dubiorum ex toto orbe ab iis petuntur; omnibus ex officio paſtorali reſpondent; In concilijs per ſe vel per legatos ſuos præſident; ſuoque ea ſuffragio vel recipiunt vel condẽnant: Et quicquid ab illis decretum fuerit, orbe toto ratum habetur & firmum tanquam ab Apoſtolica authoritate porfectum.

Concilia nos obiter ex omnibus prout occurrebant pauca tantum attigimus: quibus nunc adijcimus

Anno 400. Toletanum primum, ſub finem aſſertionis fidei ita concludens: *Si quis in errore Priſcilliani ſectam ſequitur vel profitetur, vt aliud in ſalubri baptiſmo contra ſedem S. Petri faciat, anathema ſit.*

410. De concilio Carthaginenſi cui S. Auguſtinus interfuit, S. Proſper in chronicis ita loquitur: *Concilio apud Carthaginem habito ducentorum ſeptendecim Epiſcoporum, ad pontificem Zoſimum ſynodalia decreta perlata; quibus probatis*

per

per totum mundum hæreſis Pelagiana damnata eſt.

430. In Concilio Epheſino, vbi hæreſis Neſtoriana damnata eſt, nomine Cæleſtini papæ præſedit S. Cyrillus Alexandrinus.

Quia verò authoritate damnatio hæc robur obtinuerit, patet ex Epiſt. ipſius Cyrilli ad Cæleſtinum; vbi *Quamuis*, inquit, *hæc ita ſe habeant, non prius, tamen Neſtorij communionem confidenter deſerere auſi fuimus, quam hæc ipſa pietati tuæ indicaremus. Digneris proinde quid hic ſentias declarare: quo liquido nobis conſtet, communicare ne nos cum Neſterio oporteat, an vero liberè eidem denunciare neminem cum eo communicare qui huiuſmodi erroneam doctrinam fouet ac prædicat. Porro tuæ integritatis mens ac ſuper hac re ſententia non modo pijſſimis Deoque deuotiſſimis Macedoniæ Epiſcopis, ſed totius quoque Orientis antiſtitibus perſpicuè per literas exponi debet* &c.

435. Concilium Chalcedonenſe ex ſexcentis triginta Patribus congregatum, adeoque vnum ex quatuor celeberrimis; Eutichianam damnauit hæreſin. Et S. Leonis papæ legatos habuit præſides, ipſumque *Apoſtolicum & vniuerſalem papam cui vineæ cuſtodia à Saluatore cõmiſſa ſit*, agnoſcit: Tandemque confirmationem ſuorum decretorum humiliter ab eo petit. *Act. prima, tertia & decimaſexta.*

550 Concilium Aurelianenſe cap. primo.

Quoties

Digitized by Google

Quoties aliquid de ſelennitate paſcatis dubitatur, inquiſita vel agnita per Metropolitanos à ſede Apoſtolica ſacra conſtitutio teneatur.

570. Concilium Turonenſe *cap. vigeſimo primo*, poſt recitatum decretum Innocentij papæ; *Quis*, ait, *ſacerdotum contra decreta talia, quæ à ſede Apoſtolica proceſſerunt, agere præſumat? Et quorum authorum valere poßit prædicatio niſi quos ſedes Apoſtolica ſemper intromiſit* &c.

572. Concilium Bracharenſe *cap.* ſeu *num. vigeſimo ſecundo & vigeſimo tertio* Determinationem ſedis Beatiſſimi Petri Apoſtoli in dubijs ſeruandam decernit. &c.

Deſiderabunt fortaſsis Politici noſtri Chriſtianorũ Imperatorũ ſuper hac quęſtione cenſuram. Accipiant ergo hos ſequentes:

248. Philippus primus. A Fabiano pontifice tẽplo prohibitus eſt niſi prius confeſſus inter pænitentes ſe collocaſſet. Imperator alacri animo & lubenti Epiſcopo morem geſsit. *Ita Euſebius Cæſarienſis lib. ſexto cap. vigeſimo ſeptimo. & Nicephorus lib. quinto cap. vigeſimo quinto.*

325. Conſtantinus primus: Ad Syluestrum papam. Salutat ipſum *Sanctiſsimum & Beatiſsimũ Patrem Patrum, vrbis Romanæ Epiſcopum & papam.* Deinceps appellat eum *Summum pontificem & vniuerſalem papam, ſucceſſorem principis Apoſtolorum qui vicarius filij Dei in terris fuit conſtitutus.* Extat in præambulis concilij Nicæni.

370. Gratia-

Digitized by Google

370 Gratianus, Valētinianus & Theodoſius *cod. de ſumma Trinit. & fide Cath.* Cunctos populos quos clementię noſtrę regit Imperium, in tali volumus religione verſari quam D. Petrum Apoſt. tradidiſſe Romanis, religio adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quamque pontificem Damaſum ſequi claret. *Extat etiam apud Sozomenum lib. ſept. cap quarto.*

410. Honorius Auguſtus. *Ad Bonifaciũ papam.* Salutat eum *Sanctum & venerabilem papam vrbis æternæ.* Subditque: *Scripta Beatitudinis tuæ debita reuerentia gratulatione ſuſcepimus.* Deinceps officium eius vocat *Apoſtolatum:* ſedem vero *ſedem Apoſtolicam.* &c. Vid. Tom. primo concil.

450. Valentinianus tertius. *Ad Theodoſiũ Imperatorem* Romanũ Pontificem eſſe ſucceſſorem Petri, habere principatum ſacerdotij, Epiſcopum Conſtantinopolitanum per libellos illũ appellaſſe; illius eſſe de fide iudicare &c.

Extat in Concilio Chalcedonenſi. Tom. 2. Concil.

450. Valentinianus & Marcianus Epiſt. ad Leonem papam. Illum poſſidere principatum in Epiſcopatu diuinæ fidei. Extat ibidem.

450. Marcianus. *Ad Leonem papam.* Petit ab eo facultatem conuocandi ſynodum per omnem Orientem, Thraciam & Illyricum; in qua quæ catholicæ fidei proſint, Epiſcopi declarent,

rent, ſicut ſua Sanctitas ſecundum Eccleſiaſticas regulas definiuerit. &c.

450. Galla placidia Imperatrix *Epiſt. ad Pulcheriã Auguſtã:* Omnib. (inquit) integris permanentibus, ad Apoſtolicæ ſedis, in qua primus Apoſtolorũ B. Petrus qui etiam claues regni cæleſtis ſuſcipiens ſacerdotij principatum tenuit, Epiſcopatus cauſa mittatur. *Extat ibidem in præambulis Concilij Chalced.*

450. Pulcheria Auguſta *Epiſt. ad Leonem papam.* Petit vt dignetur ſignificare, vt omnes etiam totius Orientis Epiſcopi Thraciæ & Illyrici in vnam ciuitatem conueniant, vbi facto concilio ſicut fides & Chriſtina pietas exigit, ipſo authore decernant. *Extat ibidem.*

510. Anaſtaſius Imperator epiſt. Ad Hormiſdã papam: *Hortamur, vt ad ea quæ de Scbytiæ partibus mota, vnde & concilium fieri conuenire perſpeximus, mediatorẽ ſe Apoſtolatus veſter faciat, vt contentionibus amputatis, vnitas Sancta reſtituatur Eccleſiæ &c.* Tom. 2. Concil.

516. Iuſtinus Imperator. Epiſt. ad Hormiſdam: *Scias Pater religioſiſſime.* &c.

530 Iuſtinianus Imperator Epiſt. ad Ioannem papam. Cod. de ſumma Trinit. & fid. Cath. *Reddentes honorem Apoſtolicæ ſedi & veſtræ Sanctitati, & vt decet, Patrem honorantes Veſtram beatitudinem, omnia quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinent, feſtinauimus ad notitiam de-*

ferre

ferre veſtræ Sanctitatis, quæ caput eſt omnium Sã-ctarum Eccleſiarum. &c.
vide &. *Authent. de Eccleſiaſticis titulis & priuilegÿs cap. primo &c.*

Hæc ergo ſunt quæ totus orbis Chriſtianus abſque vllius contradictione, tot ſæculis ſenſit & credidit. Et veniet iã tandem neſcio quis, qui, vt toto mundo oculatior habeatur *Theologico-Topologicis* & *Theologico-Chronologicis* ſuis ampullis S. Petrũ nũquã Romæ fuiſſe impunè clamitabit? qui eleuato per ſuperbiam greſſu ac diſtẽtis in omnẽ vẽtũ buccis, *Samſonem* ſe *rediuiuum* gloriabitur? qui dum patroni veritatis titulum gerit, mẽdacijs ſuis & imposturis animas Chriſti Domini ſanguine redẽptas in inferna demergit? Sufficiat tibi miſer perditio tua.

Ex his ergo patere ſatis exiſtimo, eos qui ideo ſolum credere nolunt, Petrum Romæ fuiſſe, quia id in SS. literis ſub expreſſo Romanæ ciuitatis nomine non legatur; nec volunt per *Babylonem* in prima illius Epiſtola commemoratam, Romam intelligi, tametſi interim libentiſsimè eodem iſto nomine Romam intelligunt vbicunq; illud in Apocalypſi inueniunt; contra omnem rationem contumaciam ſuam prodere. Tolerari poſſet ab hæretico, ſi pronunciatũ illud catholicũ de Chriſtiana fide non eſſe, ex eo quia non apertè ſatis in S. Scriptura id aſſeratur, contẽderet: Sed ne hiſto-

ne hiſtorica quidem veritate dignari id quod ita per totum Chriſtianum orbem tot ſæculis omnibus medullitus inhæſit; equidem extremæ arbitror eſſe ſignum ſuperbiæ & ſuperbæ dementiæ. Quis enim nō inſaniæ arguat quéuis magiſtellum, qui, vel ex eo quod in S. Scriptura de Iulij Cæſaris principatu nihil legatur, vel quia tēpus ab alijs ſcriptoribus Iulio aſsignatū cum cerebri ſui calculo non cōgruat, ipſum Iulium primum Romanorum Imperatorem fuiſſe, negare nunc tandem inciperet?

Quid enim? etiāſi in S. Scriptura omnia B. Petri acta, itinera & labores expreſſa non ſint, an ergo nihil præter pauca illa quæ ibi commemorantur feciſſe credendus eſt? An quia ſacra ſcriptura de morte B. Petri tacet, ideone mortuus non eſſe putandus eſt? Sic nullus Apoſtolorum præter *Iacobum fratrem Ioannis quem Herodes* Agrippa *occidit gladio* vſque in hodiernum diem mortuus dici certò poterit. Dicat ergo aliquis B. Petrum adhuc in hac vita ſupereſſe, adeoque ſucceſſorem nullum vnquam in paſtoratu habuiſſe. Quod qui dicere non audet, dicat an ſibi ex ſcriptura ſola locum mortis B. Petri probari velit, Quod ſi fieri non poſsit, nunquid nuſquam eum eſſe mortuum ſibi audebit perſuadere? Si hoc non audeat, dicat quo teſtimonio iſtum locū probari ſibi velit. Cui ratio ſalua eſt, præter San-

demnandus eſt.

Reſtaret examinãdum an Petrus ſit immediatè Chriſti Domini in Eccleſia regenda vicarius conſtitutus; ita vt fuerit etiam vniuerſali concilio ſuperior & eius paſtor; an verò acceperit ſuam paſtoralem poteſtatem vt inſtrumentum & miniſter omnium aliorum paſtorum ſimul vnitorum? ita vt vniuerſale cõcilium legitimè congregatum habeat authoritatem ſupra ipſum Pontificem. Sed cum ex hactenus dictis facile appareat priorem ſententiam eſſe veriorem, Rupes enim & fundamentum non dependet in ſui ſolidatione ab ædificio ſibi impoſito; ſed contra: Cum item poſterior opinio nondum ſit ſufficienter erroris condemnata, ita vt etiam eam tenentes poſsint, modo velint, nobiſcum tolerari, non opus eſt huic quæſtioni diutius immorari.

CAPVT VII.

An ij, qui hunc iudicem agnoſcunt prudenter poßint eſſe certi de ſua fidei veritate.

TEelingius, quoniam; vt ſupra *parte 3. cap. vlt. abſurdo* 4. vidimus, homines in hac vita nihil habere docuit quo in fidei ſuæ examine quietare conſcientiam ſuam poſsint; etiã Catholicos in eandẽ miſeriam ſecum trahere niſus eſt, hoc argumento: *Ipſimet Papiſta qui cõtra nos tam odioſe & falſo exclamant, quod homines*

mines ad propriu m ſuum cuiusq; ſenſum, cerebrum & ſpiritum ablegemus, quique tam audacter gloriantur ſe vnicum & genuinum habere remedium tam diſſectæ Chriſtianitatis conciliandæ, quam controuerſiarum omnium finiendarum, exhauſtis omnibus ſuis glorioſis clamorib. velint nolint, prædictã veritatem oportet fateantur. Modus enim omnia conciliandi quem proponunt, hic eſt; vt teſtimoniũ veræ Chriſti Eccleſiæ in religionis negotijs abſq; contradictione aut vlteriori examine recipiatur, tanquã certũ ſuppoſito, eã errare nõ poſſe: Atq; ita ipſi ablegãt homines ad Eccleſiæ teſtimoniũ ſicut nos ad teſtimoniũ ſcripturæ S. Verũ ſicut mox (recepta iã S. ſcriptura pro vnico fidei fundamento) controuerſia de recto Scripturæ ſenſu exoritur pro quo eruendo ſubſidiũ & illuminatio Spiritus S. requiritur: Eodem modo vbi iam quiſpiam receperit teſtimonium Eccleſiæ veræ ſufficiens eſſe fundamentum ſuæ fidei mox etiam exurgit controuerſia quænam illa ſit vera Eccleſia cuius teſtimonium ſecurè poßit recipi, ad quod ſimiliter ritè deducendum, etiam S. Spiritus ſubſidium eſt neceſſarium. Omnia igitur teſtimonio Spiritus S. conſcientijs noſtris facto innituntur, atq; hic errore admiſſo, ire vlterius non poſſumus. Quæ enim eſt vltima cauſa, cur quidam Romanam Eccleſiam pro vnica vera Dei Eccleſia recipiant, alij vero, non obſtantibus omnibus ijs quæ ab eius Doctoribus tam ſpecioſè proferuntur de antiquitate, concordia, ſanctitate, amplitudine, firmitate & gloria eiuſdem Romanæ Eccleſiæ, eandem

nihilominus habeant pro ipſiſsima meretrice Babylonica? Quanam extrema huius rei alia poteſt allegari cauſa, niſi quod illi perpenſis ſecum, omnibus, ſtatuant Romanam Eccleſiam vere vnicam eſſe Dei Eccleſiam; hi vero omnibus ſimiliter examinatis penes ſe firmiter concludant reuera Babylonicam eſſe meretricem? Non poteſt profecto vltima alia dari ratio. niſi quod vnus quidem ſic, alius vero aliter ex hoc vel illo fundamento concludat. Hic ergo cardo verſatur negotij vt bene quilibet attendat ne in ſuo iudicio decipiatur. Amplius autem miſeri ac defectibiles homines efficere in hac re non poſſunt: nec enim fieri poteſt vt is qui ad recipiendā religionem quandam admonetur, ab iſto ſecum faciendo iudicio verè religionem iſtam rectam eſſe & genuinam impediatur &c.

Satis audacter ſane & ad fallendum populum accommodatè commentus eſt hæc Teelingius. Sed fraus detegatur. Argumentum in hoc conſiſtit: Incertum eſt quæ ſit vera Eccleſia, ergo incertum eſt quis ſit controuerſiarū apud Catholicos Iudex. Negato antecedente, ſic nos iam ex ſuperiori capite concludere poſſumus: Certiſsimum eſt quis ſit ſucceſſor B. Petri in regimine Paſtorali totius Eccleſiæ, ergo certiſsimum eſt tam quis ſit iudex controuerſiarum, quam quæ ſit vera Chriſti Eccleſia. Hic, ſi audeat Teelingius neget noſtrū Antecedens. Si audeat, contumaciæ conuictus eſt, vt patet ex præcedenti cap. Nullus enim

in tota antiquitate inuenitur paſtor aut Epiſcopus, qui vel ſe vel alium præter Romanum Pontificem, Petri ſucceſſorem auſus fuerit appellare. Teelingius ergo alium, vel, ſi placet, ſemetipſum ſucceſſorem Petri nobis nunc tãdem obijciat, dicatq; tũ ſe miſerum & defectibilem homuncionem non accepiſſe à Deo in hoc mundo aliquod remediũ, quo ab hoc errore ſe certò potuerit expedire. Sed cogitet quod dicit Apoſtolus: *Nolite errare fratres, Deus*
Gal. 6, 7. *non irridetur*. Certè audent quidam hic coram hominibus multa temerè vel malitiosè effutire, quæ dubio procul, vbi ad Tribunal Dei ventum fuerit, reſpondere pro ſe non audebũt. Dicit Teelingius Catholicos *odiosè & falſo contra ſuos declamare quod populum ad priuatũ ſuum cuiuſcunque ſpiritum aut cerebrum ablegēt*. Videamus. Dicit idem hic Teelingius, *vltimã cauſam ſeu rationem ob quam vnus in controuerſijs vnam, alius aliã partē teneat, non poſſe allegari aliam, niſi quod hic, perpenſis & trutinatis omnibus, ſic, ille verò aliter in ſuo iudicio concludat*, Si hoc ſit *vltimum, vltra quod miſer homo non habet quod agat*, aut vnde ſe expdiat ex errore (quo ſaltem alter diſſentientium tenetur conſtrictus) appello hic te quicumque vnquam fueris, libelli huius Lector, da gloriam Deo, & profitere quiſnam à Teelingio conſtituatur *vltimus* controuerſiarum iudex aut arbiter, aut quidnam ſit hominem ad Spiritum

aut

Digitized by Google

aut cerebrum proprium in dubijs ablegare, ſi nõ ſit iſtud quod hic facit Teelingius. Iam verò vt clariſsime pateat, quam ipſe nos *odioſè & falsò*, vel fortaſsis ignoranter in eandem ęrumnã ſecũ protrahere voluerit, ad argumenti ipſius probationem reſpondeo, tantum à vero abeſſe vt *iudiciũ, quod quiſque examinatis omnibus penes ſe ſtatuit aut concludit*, ſit vltima ratio ob quam vnus quidem ſic, alter verò aliter ſẽtiat, vt potius inter cauſas ſeu rationes locum nullum habeat; ſed omniũ cauſarũ & rationum ſit effectus & exitus. Patet hoc manifeſtè ex eo quod ſi quis interrogaretur: *Tu quare ſic ſentis?* reſpõdere prudenter nõ poſſet: *Quia ſic penes me ſtatuo* Quid.n. hoc eſt, diceret alter, *quæro cur ita penes te ſtatuas, cur tu concluſeris Romanã Eccleſiã meretricem eſſe Babylonicã.* Reſpõdebit Teelingius: *Multas quidem tibi ex ſacra ſcriptura rationes huius iudicij mei allegare poſſem, ſed vt vltimam tibi huius* IVDICII RATIONEM *aſsignem, ea hac eſt; quia ego* VVILHELMVS TEELINGIVS, *perpenſis omnibus teſtimonijs ſacræ ſcripturæ, examinatis item papiſtarum contrarijs argumentis, penes me firmiter ac fortiter ſtatui, concluſi & iudicaui Romanam Eccleſiam veriſsimam eſſe meretricem Babylonicam.* Apage cum iſthac tua ratione iudicij tui. qui idem mihi perpetuo per idem probas. Certe eadem hac formula vti ſolent pro tribunali iudices.

Sic ergo manifeſtè Teelingius ſibi & cuique de rudi plebe hoc arrogat iudicium, quod tãtis calũnijs, tam hoſtiliter in ſucceſſore B. Petri exagitat. Vt autẽ nos ipſi Teelingio ſuggeramus quænã reuera ſint rationes ob quas quilibet & ſententiam ſuam & iudicium & cõcluſionem ſic vel aliter firmet ac figat, relegat attentius quæ capite primo huius partis diximus, & ſecum ipſe perpendat, quæ fuerit cauſa ſeu ratio iſtius iudicij, quod Phariſæi de Chriſto Domino tulerunt Ioan. 9. v. 16. *Non eſt hic homo à Deo qui Sabbatum non cuſtodit*, & paulo poſt: *Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt.* Contra vero quæ fuerit ratio ſeu cauſa iudicij quod tulit de eodem Chriſto Domino ibidẽ cæcus illuminatus verſ. 17. *Ille autem dixit quia propheta eſt*, & infra verſ. 30. *In hoc enim mirabile eſt quia vos neſcitis vnde ſit & aperuit meos oculos. Scimus autem quia peccatores Deus nõ audit, ſed ſi quis Dei cultor eſt, & volũtatem eius facit hũc exaudit. A ſæculo non eſt auditum quia quis aperuit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic à Deo non poterat facere quidquam.* Tum Teelingius argumentis vtriuſque huius partis examinatis (ſi audet) dicat vltimam vtrobiq; rationem & cauſam tã fortiter firmãdi iudicij *non potuiſſe eſſe aliã* præter ipſummet (cuius cauſam quærimus) iudicium: dicatq; Phariſæos ſecura conſciẽtia in diuino iudicio poſſe miſeriã hanc ſuã allegare, quod ſcilicet in hoc mundo nihil conceſſum

ſibi

ſibi fuerit,quo *vltimam* ſuam iudicij *rationem* corrigere potuerint aut examinare. Valet enī apud illos hoc ipſum Teelingij argumentum non minus de Chriſto Domino, quàm apud reformatos de eiuſdem Domini ſponſa Romana Eccleſia. Sicut enim nunc ſunt qui examinatis perpenſiſq; omnibus ſponſam certo concludūt eſſe meretricem Babylonicam, ita tunc fuerunt, qui *Ioan.* 8.*v.*48.ſponſo dixerunt:*nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu & dæmonium habes*, & iterum v.52 . *nunc cognouimus quia dæmonium habes.* Iterum.de eodem mitiſsimo Domino alij Ioan.10. v. 20. *Dæmonium habet & inſanit quid ipſum auditis*? Hi autē nunquid omnia etiā perpenderant? nunquid mirabilia & opera & verba mirati frequenter trutinauerāt? numquid & ſcripturas cōſuluerāt? imo vero. Nam *& Ioan.*7.*v.* 52.dicunt Nicodemo:*Scrutare ſcripturas & vide quia à Galilæa propheta nō ſurgit.* Quæ ergo cauſa aut *ratio vltima* ob quam à cæteris Chriſtum pro Propheta,pro Meſsia, pro viui Dei filio recipientibus diuerſum iudicium firmauerant? an miſeri & defectibiles homunciones nullū à Chriſto Domino hic in terris acceperant remedium,quo hoc ſuum iudicium emendarēt? Audebit hoc dicere Teelingius? Imo vero in ſimili(de ſponſa Agni) iam dixit,Sed quid de miſeris iſtis homūcionib. dixit, quæ non mētitur veritas? *Ego autem habeo teſtimonium ma-*

ius Ioanne: opera enim quæ ego facio teſtimonium perhibent de me quia pater miſit me Ioan. 5. v. 36. & c. 10. 25. Imo verſu. 37. & 38. ſic illos ab omni, quam iuxta Teelingium habebãt, miſeria liberat dicens: *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi: Si autem facio, & ſi mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoſcatis & credatis quia Pater in me eſt, & ego in Patre.* Dicat nobis hic Teelingius: Verba quæ Chriſtus Dominus Iudæis loquebatur, numquid tam erant verbum Dei quam quæ ab Euangeliſtis conſcripta ſunt? Dominus tamẽ à verbis ſuis quo ablegat auditores? An ad illam quam Teelingius vocat firmandi iudicij *rationem vltimam?* Nihil tale, ſed iſtam nullã rationẽ, effectum verò inuidioſi odij ex miraculis vult corrigi. Iudicium iam latum erat, *vltima* (ſi Teelingio credimus) *ratio* iam erat adhibita: & tamẽ grauiſsimus admiſſus erat in iudicio error: Chriſtum Dominum habere dæmonium iudicatum, concluſum, ſtatutum erat. Heu miſeria! vlterius homines iſti iam quid agerent, qua *ratione* ſe expedirent ab errore, non habebant, ait Teelingius. Sed negat Veritas. Quid enim hæc dicit? Audiui ego veſtro in iudicio latam de me ſententiam: Falſa eſt illa: nam *ego dæmonium non habeo ſed honorifico Patrem meum.* Tamen reprehendere hoc iudicium veſtrum non poſſem, ſi in eo iuxta allegata, & probata

pro-

procedere voluiſſetis. Hoc autem quia facere noluiſtis adeoque ex odio mei allegatis pro mea parte argumentis, operibus dico quę teſtimonium pro me certum dicebant & omni exceptione maius, æquas aures non præbuiſtis: ideo; non dico, animum iam deſperabundi abijcite, *quaſi miſeri nihil habeatis amplius quod agatis*; ſed iudiciũ ſemel temerè latũ retractate, rationes vtrimq; quid pro aut cõtra me valeant, non dico ſubtiliter ſed tantũ populariter vt hic cæcus iam coram vobis fecit, expendite.

Cauete autem, ne audito operum meorum teſtimonio, eo contempto aliam quæratis rationem aut cauſam veritatis cognoſcẽdæ, veſtrum dico proprium iudicium. Hoc enim non eſſet ex allegatis rationibus iudicare, ſed (contemptis omnibus rationibus) quod affectus ſuadet edicere; nec eſſet iudicium rebus cõformare, ſed velle ex iudicio ad res iudicandas veritatem deriuare. Hoc enim iam ante feciſtis, ſed ideò Actores & Iudices facti iudicium deprauiſtis. Hæc ita ſe habere manifeſtè patet tum ex ſuperioribus ſcripturæ locis, tum ex illo Ioan. 15. 24. *Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem & viderunt & oderunt & me & Patrem meum. Sed vt impleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt. Quia odio*

habu-

habuerunt me GRATIS, id eſt, ſine vlla aut RATIONE aut CAVSA. Ita tunc pro ſe reſpondit Sponſus Chriſtus: ita nunc ad Telingii quæſtionem pro ſe ſponſa reſpondet Eccleſia. Hæc populariter ad Argumentum Teelingij. Nunc pro ijs qui in Chriſtiana philoſophia naturaliter vel parum ſunt verſati ita veritas huius doctrinæ ad principia ſua deducitur. Quæ ſunt hæc: I. Ratio ſeu cauſa inueſtigandę veritatis; adeoque ferendi de re qualibet iudicij; nihil eſt aliud quam quod vocamus in argumentis medium terminum.

II. Huiuſmodi ratio triplex eſt: vel enim deſumitur à priori, ita vt ſit etiam cauſa rei cuius cognitionem quærimus; & per hanc generatur cogntió ſcientifica quæ eſt clara & euidẽs rei viſio. 2. à poſteriori; ita vt ſit proprius & adæquatus effectus: & per hanc ſi dependentia eius à cauſa euidenter ſit cognita, etiam ſimilem causæ cognitionem acquirimus. 3. à quolibet accidentali ſigno ſeu rei veſtigio vel cauſa incerta, vel dicentis teſtimonio.

III. In omnib. his medium ſeu ratio illa quæ non per ſe ſed per aliam rationem cognoſci debet, non poteſt vocari ratio vltima. Vltima enim ratio eſt à qua primò incipit intellectus veritatem rei per illationem inueſtigans Dicitur vero *vltima*, ob viam probationsi ſeu reſolutionis & examinis, qua quis vel ſibi vel al-

teri

teri reſpondet concluſionem ſuam aliquam veram eſſe ob hanc *rationem*; quæ ſi rei, cui attribuitur, negari poſſit competere, iterum per aliam rationem hoc eſt probandum; donec ad huiuſmodi rationẽ deueniatur, quam immediatè ſubiecto ſuo conuenire, dubium eſſe nõ poſsit, qua habita demum per viam illationis & conſequentiæ, concluſionis veritas innoteſcit, procedendo à *ratione vltima* ſeu primo prĩcipio per omnes rationes intermedias. Atque ita veritate cognita fertur ab intellectu iudicium. Hinc patet quam craſsè Teelingius iudicium vocauerit *rationem vltimam ob quam vnus quidem ſic, alter vero aliter concludat.* Vera autem cauſa cur aliquando ex ijſdem principijs à diuerſis non eadẽ deducatur concluſio, eſt quia in deductione aut conſequentia vnius rationis ex alia ſe deceptos credunt, idq́; ob præiudicium firmum quod habent de cõcluſionis falſitate, ideoq́ue ſophiſticè & iuxta prophana Philoſophorum inſtituta ſecum actum eſſe clamitant. Vel certè aliquam ex rationibus non ſatis certã eſſe putant, præſertim ſi totidem literis in ſacra ſcriptura non habeatur. Interim probe Teelingius prodidit qua ipſe via in controuerſijs dijudicandis ſoleat procedere, nimirum vt examinatis medijs & rationibus omnibus quæ ſolę ad veritatis inueſtigationẽ faciũt, alia detur apud ipſum cõcludendi, ratio nõ ratio. Quænam iſta? *Sic volo*

ſic

dicio diſputaſſet, vt cuiuslibet ſtupido de fece plebis iudicio illud magiſtraliter examinandum ſubieciſſet.

Manet itaque Teelingius in ſua quã profeſſus eſt miſeria, nec ſecum eò nos argumẽto ſuo pertrahere potuit. Nunc quæ argumentorum noſtrorum, pro fidei noſtræ veritate ſit ſoliditas, adeoque conſcientiæ in rebus credẽdis prudens tranquillitas paulò clarius deducamus. Primo quidẽ certũ eſt ad aſſenſum fidei opus eſſe medio aliquo prorſus infallibili. Hoc eſſe aliud non poteſt quam teſtimoniũ Dei quod ſolum per ſe eſt αὐτόπιςον & in credendis prima & vltima, hoc eſt, vnica ratio, ob quam præciſe aſſentiri propoſitionibus fidei debemus vt ſupra cap. 5. diximus, quare non eſt verum quod Teelingius dicit fundamentum fidei apud Catholicos eſſe teſtimonium Eccleſiæ. Nam certum eſt etiamſi quis crederet omnia quæ docet aut proponit Eccleſia, ſi ſolum propter eius teſtimonium crederet, & non ideo *quia Deus dixit*; verbum Dei non habitaret in hoc homine.

Voluit nihilo minus diuina Sapientia teſtimonium ſuum foris nobis tum ob oculos in ſacra ſcriptura, tum ob aures in Euangelica prædicatione, proponere, vt ita hoc medio humanæ naturæ congruo præmiſſo, ipſe per fidei lumen, vbi natura deficit, intus in animo veritatẽ loqueretur, Quoniã vero hoc mediũ quo

quo Deus in proponendo ſuo teſtimonio vtitur, ita commune eſt, vt eodem & falſi prophetæ vtantur dicentes: *verbum Domini, verbum Domini cum Dominus non ſit locutus*, Scribentes item *quintum Euangeliũ* quod ſuo ex cerebro confinxerunt; iterum aliquo argumento fideles certi debebant reddi quinam illi falſi qui porro veri eſſent proponentes à Deo miſſi. Patet hoc ex eo quod dixit Chriſtus Iudæos peccatum nõ habituros ſibi non credẽdo, niſi certo argumento miraculorum veracitatem ſuam ipſis demonſtraſſet. Hinc fit hæc concluſio prima.

Conluſio 1. Nulli omnino prædicanti (etiamſi clariſsimis verbis & ſententijs Euangelium verè enunciet) neceſſarium eſt credere, niſi certis argumentis probare poſsit ſe eſſe à Deo miſſum vt populo αὐτόπιστον Dei teſtimonium proponat. Si enim ipſimet Deo homini, Chriſto, teſtimonium iſtud proponenti nemo credere ſine talibus argumentis tenebatur, cui quis credere tenebitur? Itaque cum catholici Eccleſiæ, vel potius ijs quæ ab Eccleſia proponũtur indubitatã fidẽ tribuãt; temerè id faciunt niſi certa argumenta habeant, Eccleſiam ſeu Eccleſię paſtores eſſe à Deo miſſos ad propoſitionis ſeu prædicationis (inquo etiam continetur ſacræ Scripturæ explicationis) officium obeundum, & quidem eos in hoc munere non eſſe Deo infideles aut Apoſtatas. Ex eodem funda-

fundamento ſequitur, ſi quando dubium eſt in ſacris literis, quis ſit verus verborum ſenſus à Spiritu Sancto intentus, neminem teneri ad aſſentiendum ijs quæ aliquis iuxta ſuã explicationẽ inde docet, niſi iſte proponens certis argumẽtis probare poſsit, ſe à Deo ſiue mediatè ſiue immediatè authoritatem & inſtructionem accepiſſe ad hoc munus obeundum.

Quicunq; credit ea eſſe à Deo reuelata quę proponuntur ab illis qui ſunt extra Eccleſiæ catholicæ, hoc eſt Romanæ communionem, is non habet vllas probabiles rationes veritatis ſuorum articulorum quos credit. Patet primò ex ijs quæ hoc capite, & circa finem Tertiæ partis contra Teelingium diſputauimus. Nimirum quia & miniſtri & eorum auditores non poſſunt aliam rationem ſui aſſenſus vltimum aſsignare, niſi proprium cerebrum, aut iudiciũ. Sed hæc ratio in rebus fidei quæ humanum iudicium longè ſuperant, ſtultitia eſt. Porro ſi quis Teelingio cautior velit ſiſtere ſuarũ rationum reſolutionem in ipſo verbo Dei, dicendo ideo ſe certum de veritate articulorum credendorum *quia Deus eos reuelauit*, non poterit hoc vllo argumento probabili vel ſibimetipſi, multo minus alijs demonſtrare: ſi enim alleget ſacras literas, recipiet eas maiori veneratione quilibet Catholicorum, & clariſsimum earum ſenſum pro ſe citabit: vt patet partim ex ijs quæ diximus parte ſu- *Concluſ. 1*

periori,cap.3. partim infra ſequenti capite dicemus. Tunc incumbet Miniſtro diuerſam ab Eccleſia Catholica explicationem allegãti, eam veram eſſe demõſtrare. Quomodo autem id poterit? An collatione aliorum locorum? Idem faciet Catholicus non minus feliciter. Si tandem conuenire non poſsint, quænam erit cuiuſque vltima ratio ſuæ fidei? an verbum Dei? Sed quis credet prudenter, illũ habere verbũ Dei qui id nõdum probauit? Ita neceſſario apud oẽs Catholicæ Eccleſiæ aduerſarios iudicium propriũ & concluſio non probata, eſt vltima aſſẽſus ratio nõ ratio.

Concluſio 3.

Catholici habent argumenta certiſsima & infallibilia, ea quæ ab Eccleſia Romana, hoc eſt ijs paſtoribus qui cum Romano Pontifice in fidei doctrina communicant, tanquam à Deo reuelata proponuntur, reuera eſſe talia. Probatur primò quia certiſsimo diuini verbi teſtimonio conſtat, veram Chriſti Eccleſiam nunquam à vera fide defecturam. Matth. 16. 18. *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Negare autem quis hæreticorum non erubeſcet, ſi à fide Eccleſia tota deficeret, futuram eã eſſe ſynagogam Satanæ, atque adeo à portis inferi ſuperandam; nec fore amplius Chriſti ſed diaboli corpus ita vt Chriſtus cũ ea nõ eſſet amplius, ſed diabolus, contra illud etiam vltimi capitis Matth. *Ego vobiſcum ſum vſque ad mundi conſummationem.* Iam vero, quænam ſit vera Chriſti Eccleſia, hoc tempore ſatis euidẽ-

Digitized by Google

ret & infallibili experientia ex eiſdem locis deducitur hoc modo: Nulla ſecta aut religio quæ in orbe Chriſtiano nota eſt, poteſt probare aut etiam defendere ſuam congregationem ita à Chriſto fundatam vt inferorum portæ nunquam ei præualuerint. Nulla, inquã præter Eccleſiam Romanam, hoc poteſt ſuſtinere. Sciũtur enim primi omnium aliarum ſectarum authores qui fuerint, quando & quæ noua docere ceperint, vt patet ex hiſtorijs & confeſsione propria eorundem Nouatorum. Lutherus enim cum deformationẽ ſuam inchoaret nulli ſe alteri ſectæ quæ ante illud tẽpus fuerat coniunxit. Sic Caluinus & alij. Poſſunt quidem huius temporis ſectarij in antiquis hæreticis quoſdam reperire ſuarum opinionum articulos, non tamen apud eoſdem omnes, nec ſucceſsionem aut continuationem vllam ſibi cum illis interceſsiſſe poſſunt oſtẽdere. Imo quicquid habent antiquitatis contra doctrinam Eccleſiæ Romanæ, hoc iam olim ab eadem Eccleſia & SS. Patribus Auguſtino, Hieronymo & alijs pro hæretico condemnatum eſt, & ad certos hæreſiarchas tanquam ad fontes deductum, ſcilicet ad Vigilãtium, Aerium & alios. Cætera quæ poſteriorum ſectariorũ quilibet propria ſibi dogmata excogitauit, ea in antiquis Patrũ & hiſtoricorũ ſcriptis ne veſtigiũ quidẽ inueniũt; ſed cõtraria ſẽper & doctrina & conſuetudo, ea ſcil.

quæ adhuc in Romana Eccleſia obſeruatur, abſque vllius contradictione viguiſſe liquido deprehenditur, nec vllus à noſtris aduerſarijs ex tota antiquitate proferri poteſt qui primus alicuius dogmatis, quod Romana Eccleſia hodie profitetur, author fuerit. Hæc adeo ſunt in Eccleſiaſticis hiſtorijs & Patrum ſcriptis manifeſta, vt latere neminem poſsint qui vel exiguam imo vnius diei operam iſti ſtudio locare voluerit. Quare nunc breuitatis ſtudio teſtimonia illa prætermitto: Recipio tamen abunde ſatis me ea allegaturum ſi ad hoc interpellatus fuero aut neceſſarium eſſe intellexero. Secundo quod Romana Eccleſia ſit vera Chriſti Eccleſia, hoc argumento firmiſsimo demonſtratur: Illa eſt Eccleſia Chriſti cui præſidet paſtor ouium & agnorum Chriſti: ſed Eccleſiæ Romanæ præſidet iſte paſtor; ergo Eccleſia Romana & non alia eſt verum ouile Chriſti. Maior huius ſyllogiſmi immediata & neceſſaria conſequētia deducitur ex ijs ſcripturæ teſtimonijs quib. ſupra tū Eccleſiæ tū Petri vt ordinarij Paſtoris infallibilitatē demonſtrauimus. Minor dependet ex cognitione experimentali ſucceſsionis de qua ſuperiori capite. Ex his ergo rationibus volumus vt Teelingius cum ſuis concludat, an Romana Eccleſia ſit Babylonica meretrix, vlteriorem autem rationem, hoc eſt, iudiciū priuati cerebri ſtatuentis quod vult, procul

hinc

hinc arceri volumus. Si quis tamen ſacras literas in dubium vocare velit an contineant in ſe infallibilem veritatem diuinam, illi vlterior quædam ratio aſsignāda foret, recenſenda ſcilicet ex hiſtorijs miracula antiquitus à Deo facta in confirmationem Chriſtianæ fidei, expendenda doctrinæ catholicæ puritas & credibilitas, prophetiarum completio, vita apud plurimos ſingularis ſanctitas qualis in nulla alia ſecta inuenitur. Deniq; (quod etiā validū eſt contra omnes ſectarios & irrefutabile argumentum) miraculorum operatio quæ perpetuò in Eccleſia catholica viget. Vidēt enim etiam hoſtes noſtri per catholicæ Romanæ Eccleſiæ miniſtros non raro dæmonia pelli è corporibus hominū quod ipſi nec fecerunt vnquam, nec tentare audēt. Dicere tamē audēt id fieri in Beelſebub principe dæmoniorū. Verū reſpōdit ipſis pro nobis iā dudū iu Euāgelio Chriſtus Dominus. Itē vbicunq; terrarū recēter Cathollca fides per prædicationem inuehitur, vt hoc & ſuperiori ſæculo factū in America, India, Iaponia, China &c. experiētia comprobatur, id euenire quod Marci vlt. de prædicatione Apoſtolica dicitur: *illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante & ſermonē confirmante ſequentibus ſignis.* De quo ſi aduerſarij ſtudioſe vellent inquirere, teſtes omni exceptione maiores facillimè reperirēt. Sicut & de eo quod etiānū hodie in ipſa vrbe

Roma viri degant tantæ ſanctitatis & auſteritatis vitæ, vt creberrima faciant miracula à multis ſœculis inaudita. Sed ridere potius obſtinatis ſemper hæc libuit, quam num ita ſe habeant inquirere. Et quid mirum ſi iſta rideant, qui etiam quæ certiſsima experientia didicerunt facta eſſe miracula plurima in Colle acuto, & alibi tanquam in ſui contumeliam redundantia blaſphemare non deſinunt. Imo tanquam in cæcitate prorſus obdurati prodigia quæ frequenter oſtendit Deus in medio Belgio non aduertunt, miſerrimas dico mortes, & inſperatas ſubitaſque depauperationes, eorũ qui cum Caluinianæ deformationis eſſent auidiſsimi zelatores atque ideo in catholicos cæteris crudelius deſæuiſſent, ex Eccleſiaſticis bonis, tanquam Aegypti ſpolijs immẽſas ſibi diuitias cumulauerant. Qui certè, ſi gratus Deo zelus eorum fuiſſet, benedictionẽ ſibi potius quam horribiles illas; quas vbi opus fuerit, probare potero & norunt plurimi, miſerias & deſperationes conciliaſſent. Hæc omnia aliaque plura quæ de notis veræ Chriſti Eccleſiæ fuſius ab alijs diſputantur, non valent apud aduerſarios noſtros tantum quãtum vna Teelingij vltima ratio. Iſta præponderat omnibus, contemnit miracula, blaſphemat Eccleſiam, rationes veras exſibilat, ſacris literis quẽ vult ſẽſum obtrudit, & mox *verbũ Domini, verbum Domini* clamitat. Ergone mirũ

eſt

eſt vacillare homines iſtos de ſuę fidei veritate, qui nullā omnino rationē, nullū teſtimonium, nullam ſucceſsionem in opinionum ſuarum fauorem poſſunt excogitare? Verum vt omnis illis prorſus gloriandi in verbo Dei materies amputetur, paucis præcipua Catholicę Eccleſiæ dogmata quæ contra ſcripturā pugnare ſimplicioribus ipſi indies nituntur perſuadere, hic ad ſacræ ſcripruræ normam reuocemns.

CAPVT VIII.

DE SOLIDITATE PRAECIPVOrum Eccleſia Catholica dogmatum ex Scriptura ſacra

PRæcipua quæ aduerſarij noſtri in nobis calumniari ſolent, ſunt hæc: ***Poteſtas poſt Chriſtum ſuprema in Eccleſia militantis regimine***, quā nos Rom. Pont. conuenire dicimns: ***Meritum bonorum operū, Cultus imaginum, Inuocatio Sanctorum, Numerus Sacramentorū & Sacrificiū Miſſa.*** De poteſtate Pontificis hactenus pro inſtituti noſtri ratione ſatis diximus, & procul dubio ſolidius eam probauimus, quam omnes aduerſarij eam ex ſcriptura infringere poſsint. De Merito bonorum operū vide quæ diximus in fine ſecundæ partis. Vnde facile patebit hoſtilem eſſe calumniam vel ignorantiam craſſam CATHOLICAE doctrinæ, cum aduerſarii contra nos inſurgunt, tanquam ſi noſtris meritis

cruci Chriſti iniuriam irrogemus, ac viribus noſtris cõfiſi Chriſto Domino neglecto, beatitudinem mercari cupiamus. Nihilominus vt magis pateat quam firmiter hæc catholica veritas in Scripturis ſacris fundetur, adhuc quædam teſtimonia proferemus. Primum quidem, Dominum nobiſcum pactum ſeu fœdus inijſſe, vt pro noſtris operibus per ſuam gratiam factis daret nobis gloriam perpetuã, patet ex parabola patris familias Matt. 20. qui conduxit operarios pro denario, item ex illo Apo. 2. 10. *Eſto fidelis & dabo tibi coronã vitæ:* & alijs ſimilibus locis, Deinde hoc fœdere ſtãte, nos verè à Deo mereri patet prouerb.
וזרע צ
11. v. 18. *ſeminanti iuſtitiam merces fidelis.* Nam
שכר א
merces & meritum ſunt relata, nec eſſe merces poteſt vbi non fuit meritum. Per hoc enim merces differt à Dono, quod Donum nõ præſupponat meritum ſicut merces. Sic Matth. 10 verſ. 42. *Quicunq; potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ; tamẽ dico vobis, non perdet mercedem ſuam.* 1. Corinth. 9. verſ. 17. *Si volens euangelizauero, mercedem habeo.* Item cap. 3. 14. *Si cuius opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedem accipiet.* Apoc. 22. 12. *Ecce venio citò & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique iuxta opera eius.* Eccleſiaſt. 16. verſ. 15. *Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundũ meritum operũ ſuorum.* Hinc ergo eſt quod frequenter vitam

æter-

æternam Apoſtolus Paulus dicat nobis ex iuſtitia deberi pro operibus bonis, & Deum eam nobis daturum vt iuſtitiæ coronam & præmium laboris & brauium certaminis. vt 2. Corinth. 4. 17. *id quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ ſupra modũ in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis* 2. Timoth. 4. ver. 8. *Bonum certamen certaui, curſũ conſũmaui, fidem ſeruaui in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex: non ſolum autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.* Hebr. 6. 10. *Non enim iniuſtus eſt Deus vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis.* 1. Corinth. 9. 24. *Neſcitis quod ij qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium? ſic currite vt comprehendatis.* Hinc iterum dicimur nonnunquam Digni vita æterna: vt 2. Theſſ. 1. v. 4. 5. & 6. *ita vt nos ipſi in vobis gloriemur in Eccleſiis Dei pro patientia veſtra & fide; & in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini, ſi tamen iuſtum eſt apud Deum retribuere tribulationem ijs qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini, requiem nobiſcum,* &c. Apoc. 3. 4. *Habes pauca nomina in ſardis, qui non inquinauerunt veſtimenta ſua: & ambulabunt mecum in albis quia digni ſunt.*

 Simi-

Digitized by Google

Similiter de ſententia iudicis ferenda ſecundum meritum operum. Matth. 16. verſ. 27. *Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum angelis ſuis, & tum reddet vnicuique ſecundum opera eius.* Romanorum 2. 6. *in die reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius: ijs quidem qui ſecundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt; vitam æternam: ijs autem qui ſunt ex contentione,* &c. 2 Corinth. 5. 10. *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum.*

Quid iam ganniunt hæretici de ſententia ſacræ ſcripturæ? Quid dicunt catholici aliud quam quod his alijſque (quæ omitto) pluribus ſcripturæ locis dixit Spiritus Sanctus? An ergo Spiritus Sanctus non ſciuit quidnam eſſet merito Chriſti detrahere? Eritne cenſendus αὐτοκατάκριτος qui negauerit neceſſitatem communionis ſub vtraque ſpecie colligi ex illis verbis Chriſti: *bibite ex hoc omnes:* & non erit iſta cenſura dignus qui meritum & valorem bonorum operum his teſtimoniis aſſeri negarit?

Sed confiditis (ganniunt) in operibus veſtris bonis. Imo vero, inquam, confidimus: & ideo non confidunt in ijs hæretici, quia nulla

nulla bona opera habent. Nos autem idem Spiritus ſanctus docuit, veram & ſolidam confidentiam haberi niſi ex bonis operibus, nullo modo poſſe, hæreticorum autem confidentiam, quæ vni & ſoli fidei innititur ſtultam eſſe inſaniam, quæ ita vt experientia docet, Eccleſiam Dei & quaſcunque inuaſerit prouincias, deformat. Videatur Tobiæ 4. ver. 12. *Fiducia magna erit coram ſummo Deo, eleemoſyna, omnibus facientibus eam.* Pſalm. 131. *Memento Domine Dauid & omnis manſuetudinis eius.* Sic ipſe Dauid confidebat in ſuæ patientiæ ſeu manſuetudinis exercitio. Similiter Ezechias 4.Reg.20.cum Vaticinium de ſua morte accepiſſet, ſic orat: *Obſecro Domine, memento quaſo quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod placitum eſt coram te fecerim.* Hebr. 10. 34. & 35. *Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis: nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem.* 1. Ioan. 3. 21. *Chariſſimi ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Hebr. 6. 11

At, inquiunt: *maledictus homo qui confidit in homine, & qui ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius.* Nouimus & nos hoc eſſe veriſsimum, imo pueri noſtri cũ

primis

primis fidei rudimentis diſcunt. Quid ergo? Confidet etiam quilibet infidelis & enormis peccator, ſe, dum ſic viuit, à Deo diligi & ad vitam æternam prædeſtinatum eſſe? Confidēt idem hoc iſti quos Apoſtolus Petrus, epiſt. 2. cap. 2. vocat *magiſtros mendaces, audaces, ſibi placentes, ſectas non metuentes introducere blaſphemantes, qui poſt carnem in cõcupiſcentia immunditiæ ambulant?* illi, inquam, *qui*, docentes legem Dei obſeruatu eſſe impoſsibilem, dixerunt: *Deſperauimus: poſt cogitationes enim noſtras ibimus & vnuſquiſque prauitatem cordis ſui mali faciemus* Ier. 18. 12. *& Doctores ſuper omnes Doctores à nobis ipſis creati, docebimus populum, vt tantum credant ſibi per Chriſtum remiſſa eſſe peccata, ne ſe nimium onerent operibus bonis, hac adeo nihil prodeſſe vt ſint etiam peccata coram Dei oculis æterna damnatione digna, niſi per vnam ſolam fidem credantur eſſe remiſſa?* Itane? Huiuſmodi etiam quam diu tales manent, fiduciam habere debebunt vel poterunt de præſenti gratia & futura gloria à Deo ſibi donata? Hoc eſt quod negamus. Veram autem fiduciam ita diſcimus & docemus ex 1. Tim. 3. 13. *Qui bene miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirent & multam fiduciam in fide quæ eſt in Chriſto Ieſu* & 2. Pet. 1. 5. & ſeq. *Vos autem curam omnem ſub inferentes miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinen-*

tiam

tiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim ſi vobiſcum adſint & ſuperent, non vacuos, nec ſine fructu vos conſtituent in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione. Cui enim non præſto ſunt hæc, cæcus eſt & manu tentans obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum. Quapropter fratres magis ſatagite vt per bona opera certam veſtram vocationem faciatis. Hæc enim facientes non peccabitis aliquando.

Hæc ergo ſunt quæ docent cum Apoſtolis catholici; interim bene docti, iſtiuſmodi operum ne initium quidem ex ſolis naturæ viribus nos pręſtare poſſe, ſed neceſſariam ad ea præſtanda, eſſe gratiam Dei, quam Chriſtus Dominus ſolus & nemo alius nobis promeruit, adeoq; peccatorem iuſtificari nullo modo poſſe, niſi purè gratuito Diuinæ iſtius gratiæ dono. Hanc quoq; iuſtificantem gratiam non eſſe præciſe ſolam fidem ſic docet S. Iacob. c. 2. 20. *Vis autem ſcire ô homo inanis quoniã fides ſine operibus mortua eſt? Abraham pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt?* &c. & S. Paul. 1. Cor. 13. *Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam charitatem autem non habuero, nihil ſum.* Vnde quod aliàs dicit idem Apoſtolus *hominem iuſtificari ex fide ſine operibus legis*, loquitur de operibus præcedentibus iuſtificationem,

tionem, ex ſola legis cognitione naturæ virib. factis; opera autem, vel ſaltem voluntatē operandi, hoc eſt, promptitudinem ad obediendum omnibus præceptis Diuinis, à fide iuſtificante nullatenus excludit. Sic enim ſeipſum explicat ad Gal. 5. v. 6. *Nam in Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet neque præputiū, ſed fides quæ per charitatem operatur.* Ex quibus ſatis apparet; catholicos nec carni & ſanguini, hoc eſt, ſolis liberi arbitrij viribus confidere, nec merito Chriſti Domini iniuriam irrogare. Et tamen hoc vnum eſt quod pertinaciſsime aduerſarij nobis adſcribunt, adeo vt ſola doctrina de bonorum operum meritis, dicant, à nobis fundamentum Chriſtianę religionis eſſe euerſum: ita vt Prædicātes Neomagenſes in ſuo nuperrimè edito Alloquio ad ſuos fratres ſeparatos *pag.* 5. etiamnū non vereantur ita loqui: *Petrus Martyr ſignificat quidnam attendi debeat priuſquam ad ſeceſsionem aut ſchiſma veniendum ſit, vbi noſtra à moderna Eccleſia Romana ſeceſsionis cauſſam fuiſſe ait, quod ipſa prius defecerit ab Apoſtolorum doctrina, quæ ſummatim in eo conſiſtit: peccatorum ſcilicet, remiſsionem à Deo per Chriſtum ex gratia donari credentibus, omneſque homines ſolum per fidem abſque operibus iuſtificari. Hoc modo declarans ſchiſma facturos* (Reformatores) *non fuiſſe, ſi hæc doctrina inuiolata perſtitiſſet.* Ita nimirum *magiſtri mendaces* tot animas Chriſti ſanguine redemptas tam impie

impiè ſeducunt,& ab ouili eius rapaces lupi diripiunt,*quibus iudicium iam olim non ceſſat,& perditio eorum non dormitat. Qui velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem & in perniciem,in his quæ ignorant,blaſphemantes,in corruptione ſua peribunt.* 2. Petr.2. 3. & 12.

De cultu ſacrarum imaginum breuiter ſic expedio: Colere per imaginem eum qui cultu vel honore dignus eſt, nō eſt contra legem naturæ,nec eſt in noua lege à Chriſto vel Apoſtolis prohibitum, ergo eſt licitum. Prior pars Antecedentis patet quotidiana praxi apud omnes nationes. Honorantur enim principes in ſtatuis,in imaginibus, in ſigillis, &c. Quod autē aduerſarij dicunt eſſe contra legē naturæ ſi cultus ſit religioſus,nugātur,&.probare non poſſunt. Quin expreſſe Deus voluit religiosè coli per arcam veteris teſtamenti. Et *Ioſue* cap.7.6. *pronus cecidit in terram coram arca Domini vſque ad veſperum,tam ipſe quam omnes ſenes Iſrael,* & de propitiatorio ſeu operculo Arcæ dicit Dauid pſal.98.v.5 .*adorate ſcabellum pedum eius* Siue (vt eſt in hebræo)*incuruate vos ſcabello pedum eius*:Quid autem erat arca,niſi lignum repræſentans thronum Dei?Et noſtri aduerſarii qui in cœna ſua panem accipiunt, numquid eundem panem cum religioſo cultu tractant & per eum Chriſti corpus ſe accipere dicunt?

Quod

Quod quid eſt aliud quam Chriſtum in figura honorare, præſertim cum cogantur de eodem pane ex Scriptura dicere: *hoc eſt Corpus Chriſti*, & fractionem eius eſſe participationem corporis Chriſti & ſi inhonoretur iſte panis indigna ſumptione, admitti reatum violati corporis Domini. Quid enim eſt aliquem per figuram, aut imaginem religioſe colere, ſi hoc non ſit? niſi forte Euchariſtia non ſit tantum figura, ſed & vere ipſum Chriſti corpus. Similiter de ſacris literis vide *ſup. cap.* 5. Deinde, Chriſtus Matt. 5. 35. prohibet iuramenta per cœlum, quia thronus Dei eſt; per terram, quia ſcabellum pedum eius, per Ieroſolymã, quia eſt ciuitas magni regis; Quorſum autem hoc præceptum? niſi quia irreuerentia per minus legitimum iuramentum rebus iſtis illata, redundat in irreuerentiam Dei; ſicuti percuſſi ſunt Bethſamitæ ob irreuerentiam erga Arcã Domini commiſſam 1. Reg. 6. 19. Per quæ autem quis inhonoratur per eadem etiam poteſt imo debet honorari. Altera pars antecedentis patet per ſe: nuſquam enim in toto nouo teſtamento vel imagines vel earum cultus prohibetur. Porro conſequentia fundatur in Chriſtiana libertate, quam aduerſarii magni faciunt. Præcepta enim Iudæis data nos non obligant, niſi quatenus ſunt legis naturæ; alioquin etiam cum Iudæis oporteret nos diem ſabbati ſanctificare, quod nõ minus inter præcepta

1. Cor 10. 16. & cap. 11. 24. & 27.

cepta decalogi iubetur, quam illud de non faciendis imaginibus. Si tamen Iudæis abſolutè omnium imaginum vſus fuerit eo præcepto prohibitus & non potius idolorum erectio. Quod porro ad periculum idololatriæ attinet, ne ſcilicet ipſæ imagines Chriſti abſoluto cultu pro Dijs adorentur, fictitium eſt. Nam licet olim Iudæi fuerint propenſi admodum ad idololatriã, vt propterea vtile fuerit omnẽ imaginum vſum ipſis prohiberi :illud tamen periculum beneficio incarnationis Verbi ſublatum eſt, dęmonum oraculis toto orbe ſilẽtibus. Quare videmus nec ipſos Iudæos (qui in deſerto paucis diebus abſente Moyſe, vitulum ſibi conflauerant) nunc tot ſæculis ad idololatriam relabi.

Imo ſolent aduerſarij noſtri; cum à nobis audiunt, nos non ipſas imagines vt res quædã ſunt arte factæ, ſed perſonas in imaginibus repræſentatas venerari; ſolent, inquam, dicere ſibi non videri credibile, veteres idololatras in ſctiptura toties taxatos ipſa arte facta pro Dijs coluiſſe ſed alium quem per ea ſibi putabant repręſentari. Si non credant vnquam tã inſanos fuiſſe homines, quid habent cauſæ cur nunc timeant tales fore? Docuit quoque experientia, maius eſſe periculum per imaginũ ſublationem eruendæ ex multorum hominũ cordibus memoriæ dominicæ paſsionis. Viſi enim ſunt è partibus hæreticis ad ſolũ catho-

Digitized by Google

licum appropinquantes & cruci fixi imaginem in publica via conſpicientes admirabundi quæſiuiſſe, quid hoc ſignum ſibi vellet; ac de paſsione Domini nihil omnino notum habuiſſe. Hinc apparet quam inepte Teelingius c. 19. ſect. 4. ex duobus locis antiqui teſtamẽti altero Iſ. 40. altero Deut. 4. 15. & 16. conetur probare catholicos, dum docent licitum eſſe humana forma Deum pingere aut repræſentare, contumaciter contra ſacras literas ſẽtire & cenſendos αὐτοκατάκριτους Aperte enim ex textu ſacro & iam dictis apparet, illa teſtimonia contra catholicorum doctrinam nihil omnino facere. Nam alioqui nullas omnino oporteret nos habere imagines, cum priori loco omnium rerum imagines prohibeantur Iudæis. Quis autem eſt aduerſariorum qui vel in domo vel in crumena nullas habeat imagines?

Inuocato Sanctorũ

De Inuocatione Sanctorum ſic proceditur: Non eſt contra dignitatem vnici mediatoris Chriſti, nec contra rationem, nec contra, ſed potius, ſecundum ſcripturam : ergo eſt licita. Prima pars patet ex eo, quod ſi intercesſio Sãctorum argueret inſufficientiam intercesſionis Chriſti, ergo nec in hac vita vnus fidelium pro altero apud Deum poſſet intercedere, ne præter CHRISTVM alius, iſque ipſe adhuc infirmitate carnis & quo-

quotidianis defectibus circumdatus; media-
tor accederet. Sed hoc nõ derogat mediationi
Christi, vt patet ex Apoſtolo Eph.6. 18. *Vigi-
lantes in omni inſtantia & obſecratione pro omni-
bus ſanctis & pro me; vt detur mihi ſermo*, &c. Co-
loſſ.4.2. *Orantes ſimul & pro nobis vt Deus aperi- v. 3.
at nobis oſtium ſermonis.* Similiter 1. Theſſ.5.25
2. Theſſ. 3.1. 1. Tim.2.1. &c. Secunda pars pa-
tet: Quia Sancti in cœlo tanquam commem-
bra corporis Christi gerunt curam noſtri tan-
quam fratrum. Quod autem aduerſarij dicũt
Sanctos ob beatitudinis plenitudinem omnẽ
noſtri curam amittere, falſum eſſe conuinci-
tur ex eo quod Angeli cuſtodes, licet ſemper
videant faciem Patris, tamen cum Zelo gerãt
curam ſuorum paruulorum, vt patet Matth.
18.10. *Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis:
dico enim vobis, quia Angeli eorum ſemper vident
faciem Patris mei, qui in cœlis eſt.* Similiter quod
aduerſarij blaſphemè nonnunquam quærant,
an Sancti habeant aures à cęlo in terram pro-
miſſas, vt audire preces noſtras poſsint, ex
craſſo & animali ſtupore, quo hoc hominum
genus dextrè ſopitum *non percipit quæ ſunt ſpi-* 1. Cor. 2. 14. Iuda.
ritus Dei, originem habet. Sancti enim perpau- 19.
ci modo cum ſuis corporibus ſunt in
cælo, adeoque plerique nec aures nec o-
culos corporeos habent, dicant ergo no-

ſtri aduerſarij, an etiam ſe mutuo vel Chriſtum Dominum videre aut audire poſsint. Dicant quoque quonam modo angeli ſibi mutuo apud Danielem, in Apocalypſi & alias communiter loqui ſoleant, cum auribus & lingua prorſus ſint deſtituti. Datur ergo inter beatos locutio ſpiritualis, quæ in voluntaria conceptuū intimatione conſiſtens nullis locorum diſtantijs impediri poteſt. Præterea ad perfectionem beatitudinis pertinet, vt Sanctis ſuis etiam Deus reuelet quicquid ipſorum ſcire aliquo modo intereſt. Intereſt autem ipſorum non parum, vt cognoſcant ſuorum fratrum & fidelium amicorum in periculoſo huius mundi pelago laborantium cōditionem & ſtatum; vnde planè credibile eſt, Deum ipſis adhuc plura reuelare, quam per alloquia noſtra intelligunt. Ex Scripturis denique quod Sancti pro nobis orent, probatur, & primum quidem de Angelis, Zachariæ 1. verſ. 12. *Et reſpondit Angelus Domini & dixit: Domine exercituum, vſquequo tu non miſereberis Ieruſalem & vrbium Iuda quibus iratus es? iſte iam ſeptuageſimus annus eſt.* Hæc manifeſtiſsima eſt oratio: ad quam ibidem Dominus reſpondit: *verba bona, verba conſolatoria.* Si Angeli ita res noſtras curent, cur nobis non liceat ſicut ab alijs hominibus adhuc mortalibus, ita etiam ab ipſis Angelis huiuſmodi orationes flagitare? *Numquid.* n. *omnes* Angeli *ſunt adminiſtrato-*

ſtratorij Spiritus in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capient ſalutis Hebr. 1. v. 14. Et quomodo melius ſalutem noſtram promouere poſſunt, quam ſi, præter id quod ordinariè ipſis non minus in bonum, quam diabolis in malum noſtrum à Deo permittitur, etiam hoc faciant de quo Apoc. 8: 3. *Et alius Angelus venit & ſtetit ante altare habens thuribulum aureum, & data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum quod eſt ante thronum Dei: & aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu Angeli coram Deo.* Quod ſi cui ænigma videatur, legat eius explicationem Tob. 12. 12. vbi angelus Raphael dicit Tobiæ: *Quando orabas cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos, & relinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuum Domino.* Hinc ita concludo: Quod Angeli pro ſalute noſtra licite poſſunt & volunt facere, hoc licet ab illis vt faciant, petere; ſed noſtras orationes licite poſſunt & volunt Deo offerre pro ſalute noſtra, ergo vt hoc faciant, licet nobis petere. Hinc de cæteris Sanctis primum argumentum eſt à ſimili. Quod licet petere ab Angelis, etiam licet à cæteris ſanctis, *qui ſunt ſicut Angeli Dei in cælo,* Matth. 22. 30. Deinde Apocalyp. 5. 8. etiam de quatuor animalibus & 24. ſenioribus idem dicitur quod antea de Angelo ex cap. 8.

Digitized by Google

citauimus. Tertio: 2. *Machab. decimo quinto, verſu* 14. expreſſe in viſione Machabæi de propheta Ieremia iam diu defuncto dicitur: *Hic eſt fratrum amator & populi Iſrael: hic eſt qui multum orat pro populo & vniuerſa ſancta ciuitate, Ieremias Propheta Dei.* & verſu. 12. idem qui hoc Iudæ referebat Onias ſcilicet, qui in vita ſua fuerat ſummus ſacerdos viſus eſt *manus protendere & orare pro omni populo Iudaeorum.*

Si dicant aduerſarij librum illum non eſſe recenſendum inter libros ſacros. probent ipſi Euangelium Sancti Matthæi, epiſtolas Iacobi & Ioannis eſſe ſcripturas ſacras? & ſeruiet nobis idem argumentum pro libris Machabæorum. Probent autem ſuam partem ex verbo Dei ſi poſsint? Si verò non poſſunt ex verbo Dei ſcripto, diſcant id ex verbo Dei per manus in Eccleſia tradito. Licet enim de quibuſdam libris quidam aliquando, num ſacri eſſent, dubitauerint, eſt tamen poſtea Eccleſiæ iudicio lis hæc terminata: & Machabæorum quidem duo libri in Concilio Carthaginenſi cui interfuit S. Auguſtinus pro ſacris agniti. Vnde & ipſe Auguſtinus *libro de cura pro mortuis cap.* 1. hunc eundem librum & ex eo teſtimoniũ *capitis duodecimi verſ.* 43. *& ſeq.* tanquam diuinam ſcripturam citat. Hæc nos pro nobis. Quid habent aduerſarij, vnde nos αὐτοκατακρίτως condemnent? Vnum

locum

locum Iſaiæ 63. 16. *Tu enim pater noſter & Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos.* Sed quis non videat hunc locum commodiſſime intelligi poſſe ex illo Matth. 25. 12. *Amen dico vobis, neſcio vos.* Scilicet pro meis amicis vel filijs. Non enim dicit Propheta: *Abraham non ſcit* DE NOBIS, ſed *neſciuit* NOS. Quod idem Phariſæis ſignificauit Chriſtus Ioan. 8. 40. *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Nunc autem quæritis me interficere hominem qui veritatem vobis locutus ſum, quam audiui à Deo: Hoc Abraham non fecit.* Quid ergo mirum ſi Abraham tales neſciat, hoc eſt, neget eſſe ſuos filios?

His cõuicti aduerſarij, ne prorſus taceāt, ſolēt dicere, melius eſſe immediatè ad Deũ ipſum accedere, præſertim cũ Deus nõ ſit, ſicut principes huius mundi, ſuperbus & ita pompoſus vt niſi digniores ſuos amicos audire neminem velit. His occurritur ex Luc. 7. verſu 6. & 7. *Cum iam* (Ieſus) *non longè eſſet à domo, miſit ad eũ Centurio amicos dicens: Domine noli vexari, non enim ſum dignus vt ſub tectum meum intres: propter quod & memetipſum non ſum dignum arbitratus vt venirem ad te, ſed dic verbo, &c.* Hæc ille. Quid autem mitis & humilis corde Dominus: Numquid ægrè hæc tulit tanquam non ſatis congrua ſuæ manſuetudini? Sequitur v. 9. *Quo audito, Ieſus miratus eſt & conuerſus ſequentibus ſe turbis dixit: Amen dico vobis, nec in Iſrael tan-*

Digitized by Google

tam fidem inueni. Quid ergo ſomniant noſtri aduerſarij de ſuperbia per humiliationem noſtram Deo intentata? Equidem ſi probe ipſi & vilitatem propriam & maieſtatē Dei perſpectā haberent, aliter loquerentur & agerēt.

Sacramēta ſeptē. Ad Sacramenta quod attinet, æque ſolidè nos ex ſcripturis probamus eſſe ſeptem quam aduerſarij, eſſe vnum, vel duo, vel tria, &c. Sacramenti enim nec nomen nec definitio in ſenſu nunc in hac diſputatione vſitato vſquam in ſcripturis vlli rei tribuitur niſi forte Matrimonio Epheſ. 5. 32. Res autem ipſa quam ſacramentum dicimus, habetur in ſcriptura ſeptem differentijs diſtincta. Rem enim hanc Catholici definiunt per *ſignum viſibile inuiſibilis noſq; ad vel per illud ſignum ſanctificantis gratia.* Quæ definito ſi aduerſarijs non placeat, ponant ex ſcriptura, ſi poſſint, meliorem. Porro hanc definitionem conuenire Baptiſmo & Euchariſtiæ non eſt dubium. Per Baptiſmum enim abluuntur peccata. Act. 22. 16. *baptizare & ablue peccata tua.* Per Euchariſtiam autem vnimur & coniungimur Chriſto. Hæc autem ſine ſanctificante gratia fieri non poſſunt. Plura de Euchariſtia vide infra, Porro conuenire etiam *Confirmationi* qua per impoſitionem manus epiſcopi & vnctionem Chriſmatis recenter baptizati tanquam milites Chriſti roborantur in profeſsione ſuæ fidei, patet Act. 8. 14. vbi Samaritę iam baptizati per

Confirmatio.

im-

impoſitionem manuum accipiunt Spiritū. S. & cap. 19. 2. Paulus rogat quoſdam an acceperint Spiritum S. putans tamen eos fuiſſe legitimè baptizatos. ex quibus locis ſatis apparet, præceptum à Domino habuiſſe Apoſtolos, vt omnibus per impoſitionem manuum conferrent Spiritum S. Impoſitio autem manus eſt ſignum viſibile, per Spiritum S. vero intelligitur gratia ſanctificans plurimis ſcripturæ locis vt Luc. 1. 15. de ſanctificatione Ioannis: *& Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ, &c.* Si quærant aduerſarij vnde habeamus, Chriſma adhibendum eſſe; Reſpondeo hoc nos inde habere, vnde ipſi Euāgelium. S. Matthæi alioſque S. ſcripturæ libros habent.

De remiſsione peccatorum per abſolutionem Sacerdotis, res non minus eſt clara quam de baptiſmo. Sicut enim Matth. vlt. dixit Dominus: *Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus S.* ita Ioan, 20. 22. *inſufflauit & dixit:* Apoſtolis: *Accipite Spiritum S. quorū remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorū retinueritis retenta ſunt.* Et ſicut ex priori loco colligitur, baptizantem debere vti hac forma: *Ego te baptizo in nomine*, &c ita ex poſteriori colligitur, ſacerdotem dum peccata remittit, debere vti hac: *Ego authoritate mihi à Deo conceſſa remitto tibi peccata tua* vel, *te abſoluo ab omnibus peccatis tuis*, &c. Certum autem eſt remiſsionem peccatorum *Pœnitentia.*

catorum abſque gratiæ ſanctificantis infuſione fieri non poſſe, vel ex illo Rom. 5. 5. *charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum S. qui datus eſt nobis.* Hanc gratiam ſatis clare ſignificant verba ſacerdotis abſoluentis & confeſsio pœnitentis. ergo habemus clariſsimè in ſcriptura hoc ſacramentum quod Caluiniſtæ omnes fatentur apud ſe non eſſe; & quod peſſimè oderunt. Porro contra Lutheranos putãtes in pœnitente non requiri; niſi vt generaliter fateatur ſe peccatorem, in particulari nullos actus ſuos referendo; ſtat æque clarè praxis Apoſtolica Actor. 19. 18. *Multique credentium veniebant confitentes & annunciantes actus ſuos.* vbi & in græco pro *confitentes* ἐξομολογοῦντες eſt. vnde hoc ſacramentum græcis vocatur. ἐξομολόγησις. De extrema vnctione vide quæ diximus contra Venatorem part. 3. cap. 3.

Ordo. De ſacra miniſtrorum Eccleſiæ ordinatione quod ſit Sacramentum patet: quia Apoſtoli eam perfecerunt per impoſitionem manuum, quæ eſt viſibile ſignũ collationis alicuis ſpiritualis poteſtatis. Quod porro cum collatione huius poteſtatis ſimul detur gratia ſanctificans patet 2. Tim. 1. 6. *Propter quam cauſam admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.* Ex his ergo manifeſtè patet tam quod miniſtrorum Eccleſiæ ordinatio ſit ſacramentum, quam quod apud aduer-

aduerſarios noſtros non ſit Eccleſiæ miniſterium à Chriſto inſtitutum; & ab Apoſtolis vſurpatum.

Matrimonium ſignificat vnionem Chriſti per amorem cum Eccleſia *Epheſ.* 5. Ad hoc autem ritè ſignificandum requiritur in coniugibus *fides & dilectio & ſanctificatio cum ſobrietate* 1. *Tim.* 2. 15. præſertim cum in noua lege ſublata ſit polygamia & repudium. *Matrimonium.*

Nunc de ſacrificio myſtico noui teſtamenti ita rem clariſsimè ex ſcriptura deducimus: Chriſtus Dominus in vltima cœna ſemetipſum myſticè, id eſt, ſub figura ſeu ſpecie panis & vini pro peccatis noſtris obtulit, idemque Apoſtolis vt facerent poteſtatem dedit. ergo Miſſæ ſacrificium ipſe primus peregit & inſtituit. Antecedens, quo ad oblationem, patet ex eo quod corpus ſuum ſeparatim à ſanguine, & ſanguinéſeparatim à corpore pro remiſsione noſtrorum peccatorũ patri exhibuit, id eſt, quod ſe pro peccatis noſtris occiſũ patri præſentauit. Nã ſicut externa occiſio Chriſti fuit externum, & viſibile ſacrificium; ita myſtica mors Chriſti eſt ſacrificiũ myſticũ. Et ſicut de morte externa crucis habemus Iſa. 53. 7. *Oblatus eſt quia ipſe voluit.* ita Pſ. 109. de Chriſto dicitur *tu es ſacerdos in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedech,* id eſt, offeres ſacrificium eo modo & ritu quo Melchiſedech obtulit. Colligitur autem Gen. 14. 18. Melchiſedech obtuliſſe panem

nem & vinum, ergo Chriſtus debet obtuliſſe aliquod ſacrificium per illam oblationem clarius præfiguratum, quam ſit crucis cruentum ſacrificium. Hoc enim melius eſt figuratum per cruenta ſacrificia Aaronici ſacerdotij adeoque ob ſacrificium crucis potius Chriſtus dicendus eſſet ſacerdos ſecundum ordinem Aaronis, quam ſecundum ordinem Melchiſedech. Secundo, Malachiæ 1. 10. vbi Dominus prædicit reprobationem Iudæorum & abrogationem ſacerdotij Aaronici, dicens: *Non eſt mihi voluntas in vobis, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra*, ſtatim adiungit: *Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda*: vbi in Hebræo ſicut pro voce *munus* ita etiam pro voce *oblatio* ponitur hebraicè מנחה *mincha*, quod ſignificat oblationem ex farina, vt patet manifeſtè Leuit. 2.1. ergo prædicitur hic oblatio aliqua futura inter gentes ex pane, quoad ſubſtantiam ſcilicet mutato, quoad ſpeciem autem ſeu accidentia permanēte. Tertio, Act. 13.2. Habemus de Apoſtolis: *miniſtrātibus autem illis Domino & ieiunantibus*, vbi in græco eſt λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ ſignificat autem λειτουργεῖν publicum miniſterium obire, quod cum hic dicatur factum *Domino* & non populo, patet fuiſſe tale miniſterium quod in Eccleſia Græca hactenus inde dicitur λειτουργία idem

idem ſcilicet quod nos Miſſam dicimus. Quarto: Iſa. 19. verſ. 19. & 20. item cap. 56. v. 7 & 61 v. 6. & 66. v. 21. Ieremiæ quoque 33. verſ. 16. & ſeq. prædicitur expreſſe, in noua lege futura altaria, ſacerdotes quoque & Leuitas ſelectos à reliqua fidelium turba, vt offerant Deo hoſtias gratiſsimas. Quinto; Danielis 12. 11. prædicitur Antichriſtus in fine mundi ablaturus iuge ſacrificium. Quodnam illud ſacrificium? An forte ſpirituale, id eſt, orationes & vota ſanctorum? Sed illa auferri nullo modo per Antichriſtum poterunt. Manebunt enim ſaltem aliqui fideles iſto tempore fugientes per deſerta loca Apoc. 12. 14. qui, quanto perſecutio erit ſæuior, tanto procul dubio ardentioribus votis Domino ſupplicabunt. Si dicas ſacrificium illud eſſe prædicationem Verbi diuini, conuincitur hoc eſſe falſum, tum quia nuſquam in ſcriptura prædicatio vocatur ſacrificium, tum quia hæc fit populo; eſt autem idololatria alicui ſacrificare præterquã Deo ſoli, vt patet ex ratione ſacrificij. Denique 1. Corinth. 10. 20. prohibens Apoſtolus ne fideles participent de immolatis gentilium, opponit menſam, id eſt, altare idololatrarum *menſæ* Domini, aitque: *non poteſtis menſæ Domini participes eſſe & menſæ Dæmoniorum.* ergo ſicut illi fiebant participes dæmoniorum, qui dęmonibus oblata comedebant, ſic participes fiebant menſæ Domini, qui comedebant ob-

lata

lata Domino. Iſta autem oblatio non eſt alia quam corporis & ſanguinis Domini, de qua agit Apoſtolus ibidem. Iam vero quod ad rem oblatam attinet; eam vere in vltima Domini cœna fuiſſe ipſum eiuſdem corpus & ſanguinem, tam clare patet ex hiſtoria à Matth. *cap.* 26.26. Marco 14.22. Luca 22.19. & Paulo. 1. *Corinth.* 11.24. deſcripta; vt mirum ſit, audere hæreticos mentionem facere conuictionis euidentis ex ſacra ſcriptura poſſibilis. Quid enim habent contra hæc teſtimonia, quod nos cogat ad ſenſum metaphoricum confugere præter animales quaſdam ratiunculas, quibus probant partim huiuſmodi panis tranſmutationem eſſe Deo impoſsibilem, in quo blaſphemant Dei omnipotentiam, & ſimul ſacrilege credere nolunt quod dicitur Ioan. 20. 19. *Cum ergo eſſet ſero die illo, vna ſabbatorum, & fores eſſent clauſa vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudaorum, venit Ieſus & ſtetit in medio eorum.* & iterum verſ. 26. *Venit Ieſus ianuis clauſis & ſtetit in medio.* Volunt enim hi Euangelici miniſtri Ieſum clauſo oſtio non potuiſſe intrare ad diſcipulos, ideoque prius aperuiſſe illud: cuius tamen ex litera contrarium apparet præſertim cum Luc. c. 24. 36. dicat Dominum tam ſubito in medio Apoſtolorum colloquentium de eius reſurrectione, eamque fa-

& con-

ctam iam credentium ſtetiſſe, vt conturbati & conterriti, non ob aduentum, ſed ob præſentiam ſeu aſsiſtentiam in medio ſuorum putauerint ſe ſpiritum videre. Certè ſi diuina myſteria humana ratione curioſe diiudicanda ſunt, quis SS. Trinitatis myſterium credere poterit, quod vt multò eſt intellectu difficilius, ita tot aut tam claris teſtimonijs non facilè ex ſacris literis probabitur. Quare & multis ſæculis ante Sacramentarios extitêre in Oriente Antitrinitarij hæretici. Nec minus probabiliter videmus Arianos quondam Catholicorum argumenta pro SS. Trinitate ex ſcriptura prolata diſſoluiſſe, quam ſacramentarij vnquam fecerint in ſua cauſa. Similiter quod partim arguant ex inconuenientia & rei indignitate, etiam eſt animalis ratio, quali quondam Arrius vſus dixit ſe bicubitalem Deum non agnoſcere. Et quis non plura inconuenientia excogitet circa Dei Incarnationem in vtero B. Virginis, item circa paſsionem & mortem eiuſdem, quam circa manducationem glorioſi & impaſsibilis Chriſti corporis ſub ſpecie panis. Argumentis autem ex ſacra ſcriptura nihil quod doctrinam clariſsimam Catholicorum infirmet allegare aduerſarij poſſunt.

Nam

Nam quod dicunt Euchariſtiam eſſe ſacramentum iuſſum celebrari in memoriam Domini atque adeo eſſe ſignum corporis eius, fatemur totum. Negamus tamen eſſe ſolum ſignum. Eſt enim Euchariſtia inſtituta, à Domino non ſolum vt ſacramentum, ſed etiam vt ſacrificium, imo etiam vt teſtamentum. Sacrificium autem nouæ legis non debet conſiſtere in ſola vmbra & figura mortis Domini, ſed in veritate ipſa, vt diſtinguatur à ſacrificijs legis tum naturæ tum Moſaicæ. Teſtamenta quoque nulla ratione debent explicari per metonymiã aut metaphoram. alioquin enim omnis teſtatorũ liberalitas poterit interuerti, vt pro rebus legatis dentur ſolę rerum imagines vel voces. Porro patet Chriſtum in Euchariſtiæ inſtitutione præcipuam habuiſſe rationem teſtamenti & ſacrificij, & commemorationis ſui tantum ſecundario & quaſi per accidens meminiſſe. *De ſacrificio* patet ex ipſa conſecratione, quæ erat poſitio corporis & ſanguinis ſeparatim, id eſt, occiſio ſeu immolatio ipſius Chriſti. *De teſtamento* patet ex inſtitutione calicis vbi dixit: *Hic eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine*, vel: *Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti.* vbi *teſtamenti* nomen nullus Euangeliſtarum nec Apoſtolus Paulus omiſit. De commemoratione autem Matthæus & Marcus omnino tacent, Lucas meminit eius ſolum in conſecratione cor-

poris

potis, Paulus quidem etiam in vel poſt conſecrationem calicis ſed ſub conditione ſumptionis, commemorationẽ annexam eſſe ſignificat, nimirum. *Hoc facite quotieſcunque bibetis, in meam commemorationem.* Vt quaſi dixerit Dominus: Ego iam do vobis poteſtatem me offerendi & mihi nouo teſtamento vos ipſos aſſociandi; Hoc ergo beneficium quotieſcunque percipietis grati eſtote memoriam ſeruantes tam ſtupendæ largitatis meæ. Deinde quod aliqui obijciant hoc ſacrificium derogare ſacrificio cruento crucis, quaſi illud non fuiſſet ſufficiens pro delendis peccatis noſtris refutatur clarè ex neceſsitate, quæ (non obſtante ſufficienti ſatisfactione crucis Chriſti) nihilominus nobis incumbit, orandi Deum pro peccatis noſtris, vt dicamus quotidie imo abſque intermiſsione: *dimitte nobis debita noſtra.* Si enim liceat & nobis & alijs pro remiſſione noſtrorum peccatorum intercedere, hoc eſt orationes & vota offerre, cur non licebit etiam eundem Chriſtum in cruce pro nobis immolatum quotidie Patri mortuum præſentare? præſertim cum & ipſe in cœlo vultui Dei appareat, pro nobis interpellans, & manens Pontifex in æternũ Hebr. 7. & 9. Nec enim alia eſt oblatio crucis & alia qua ſe Chriſtus nunc tanquam *agnũ qui occiſus eſt* patri in cœlo præſentat, niſi quoad accidentales circumſtantias: Sic nec alia eſt aut repetita occi-

ſio Chriſti quæ fit in ſacrificio myſtico, ſed Chriſtus à Iudæis ſub Pontio Pilato occiſus ponitur in altari ante conſpectum Patris mortuus pro peccatis noſtris, modo tamen alio, ſcilicet myſtico, id eſt, ſub ſpeciebus panis & vini, qui modus etiam patitur vt reuera à parte rei & in corpore ſit ſanguis, & ſanguis non ſine corpore. Poteſt enim Deus ſicut vnum diuerſis locis ſacramentaliter ponere, ita etiam ab aliquo ſeparare & nihilominus ei vnitum relinquere. Quare Chriſtus in ſacrificio vi quidem conſecrationis ſiſtitur in altari vt mortuus, re tamen ipſa manet viuus & totus ſub vtraque ſpecie. Ex his quoque facilis eſt ſolutio dubij, quod moueri poteſt ex Epiſtola ad Hebr. vbi Apoſtolus ex quotidiana repetitione ſacrificiorum veteris legis concludit ea fuiſſe inefficacia, additque Chriſtum vnica oblatione mundaſſe omnes ſanctificatos in æternum. Vnde videretur ſequi etiam ſacrificium miſſæ eſſe inefficax cum repetatur quotidie. Diximus enim hoc ſacrificium non eſſe ſecundum rem oblatam nec ſecundum eſſentialem offerendi actum, diuerſum à ſacrificio crucis, ſed ſolum ſecundum modum offerendi accidentalem, ſicut Chriſtus perpetuò in cœlo idem ſacrificium diuerſo tamen modo offert. Ex hoc autem modo miſſæ ſacrificium vocatur *Applicatorium*, non autem *conſtitutiuum* pretij redemptionis noſtræ.

Apoſto-

Apoſtolus autem contra Iudæos tantum intendit probare illos non habere tam perfectum vllum ſacrificium quod vi propria poſſit dare Deo pretium redemptionis totius mundi & arguit ex eo quod Deus ſæpe teſtatus ſit eorum ſacrificia ſibi non placere, ſed aliud ſucceſſurum vnicum, ſibi gratiſsimum, cuius offerens ſucceſſores nullos habiturus maneat ſacerdos in æternum, nec tamen opus habeat idem ſacrificium vnquam repetere, ſed beneficio vnicæ oblationis poſsit omnes accedentes ſanctificare, id eſt, redemptionis pretium ijs applicare. Non autem dicit Apoſtolus hanc applicationem non poſſe ſæpius repeti, nec diſputat ibi quonam medio applicatio iſta poſsit aut debeat fieri. Sicut ergo ſecundum aduerſarios noſtros poteſt nobis hoc vnicum crucis ſacrificium quotidianis fidei actibus ſæpius applicari, ita nihil impedit: nec hic Apoſtolus negat hanc applicationem ſæpius fieri per idem ſacrificium diuerſo tantum modo patri præſentatum. Ex eo verò quod hæc præſentatio pro pretij ſtatuti applicatione frequenter repetatur, bene infertur & verum eſt, præſentatione huiuſmodi vnica non applicari toti mundo totum redemptionis pretium.

Hæc itaque præcipua aduerſariorum argumenta cum tam congrue ſecundum rationem & ſcripturam ſacram diſſolui poſsint, patet

nõ habere illos vrgentes cauſas ob quas confugiendum ſit ad ſenſum metaphoricum in cænæ dominicæ tam clara inſtitutione. Quas habent præterea curioſas argutias circa ſignificationem vel veritatem ſingularum particularum verborum conſecrationis, prolixe iam dudum in ſcholis diſcuſſæ ſunt & ſecundum naturalem etiam intelligentiam ſolutæ, vt ex ſcriptis Theologorum noſtrorum videre quilibet poteſt. Manet ergo pro nobis ipſa clara ſacræ ſcripturæ quatuor & pluribus locis pronunciata ſententia. In quibus & hoc notandum, quod B. Lucas verſu 20. in inſtitutione calicis ita Dominum dixiſſe ſcribat τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, id eſt: *Hoc poculum* (eſt) *nouum teſtamentum in meo ſanguine, quod pro vobis effunditur.* Inde enim manifeſtè conuincitur in poculo fuiſſe ſanguinem Domini & ſalutis noſtræ pretium, non enim poteſt ſanguinis poculum effundi, ſi ſanguinem non contineat. Quis enim non palpet nimis violentam eſſe torturam, poculum dicere effundi pro nobis, quia illud quod eſt in poculo ſit tantum figura eius quod pro nobis effunditur & hoc præſertim in legatione teſtamentali? Nam eodem modo & verius potuiſſet Chriſtus de effuſo agni paſchalis ſanguine ante inſtitutionem ſui teſtamenti dixiſſe Apoſtolis: *ecce iſte eſt ſanguis qui pro vobis effunditur*, & iam verum

Digitized by Google

verum eſſet dicere, nos redemptos eſſe ſanguine hircorum: quod enim pro nobis effuſum eſt, eo ſumus redempti. Dicant hoc de ſe, ſi velint, Sacramentarij. Nos interim dicemus cum Apoſtolo Heb. 10. 4. *impoßibile eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata.*

De communione ſub vtraque ſpecie ita tripudiant aduerſarij, vt putent ſe iam nos de contumacia conuiciſſe, & hoc ex eo quia Dominus dixit Apoſtolis: *Bibite ex hoc omnes.* Interea ipſi maiori & quod certiſsimam cauſat animarum perniciem, ſacrilegio, non curant id quod dixit Dominus Apoſtolis Matth. vlt. v. 19. *Euntes ergo docete omnes gentes, Baptizantes eos in nomine*, &c. Docent ſiquidem plurimi eorum cum primis ſuis deformatoribus, baptiſmum non eſſe prędeſtinatis vel fidelium filijs ad ſalutem neceſſarium, & ſi qui ſint qui in eo diſſentiant à cæteris tolerabilem errorem æſtimant, vt ſupra parte 3. ca. 4. ex Molinæo vidimus. Nunquid Chriſtus *omnes* gentes baptizari pręcipit? nunquid baptiſmus eſt *lauacrum regenerationis & renouationis*? nunquid aliquis *poteſt introire in regnum Dei, niſi renatus fuerit ex aqua & ſpiritu*? Tantam autem calicis Euchariſtici neceſsitatem probare ex ſcriptura ipſi nō poſſunt, præſertim ſi caput 6. Ioan. (vt faciunt) de ſpirituali manducatione corporis & ſanguinis Domini intelligant. Vt autem concedamus ipſis

per verba illa, *bibite ex hoc omnes*, dari Apoſtolis præceptum, vt præbeant etiam omnibus fidelib. calicem Domini, Numquid etiam. Act. 15.18. Apoſtoli omnes ita ſcribunt: *Viſum eſt ſpiritui S. & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine & ſuffocato?* Si Spiritus S. neceſſarium iudicauit vt fideles ab animalium ſanguine & ſuffocatis volucribus & feris abſtineant, cuiuſnam licentia noſtri aduerſarij & tota Eccleſia nunc ab ijs non abſtinent? Numquid quia dantur quædam præcepta, quæ ob particulares quaſdam cauſas lata, vbi vtilia eſſe deſinunt, Eccleſiæ iudicio antiquari poſſunt? Sic, fuerit in primitiua Eccleſia vtile vt fidelibus calix diſtribueretur; Nunc certe, ſi quis æquo iudicio rē dijudicet magis cenſebit eſſe inconueniens & periculoſum quàm proficuum. Maior enim diuini ſpiritus gratia non datur communione vtriuſque quàm vnius ſpeciei, nec minus totus eſt Chriſtus ſub vna quàm ſub vtraq; ſpecie. Cur ergo præcepti huius diſpenſatio non cenſebibur Eccleſiæ iudicio ſubiacere?

Hæc ſunt præcipua ob quæ indies Reformati plerique non ceſſant in Romanam Eccleſiam tanquam rabidi canes latrare, fremere & blaſphemare; Ob hæc fundamenta Chriſtianæ religionis per Pontificem eiuſque ſtupidos adulatores contumaciter & cum pro-

priæ

priæ cõſcientiæ condẽnatione eſſe *euerſa*&c. Hæc sũt ob quę Antichriſti regnũ oppugnari &exterminari toto orbe fũditus debeat, Huius regni reliquias quaſdã in cõfœderatis Belgij prouincijs adhuc relinquere grauiſsimum eſſe omnium peccatorũ, de hoc peccato Ordines libere admonendos, excitandos eorum animos ad maiorem Zelum diuini honoris propagandi. Ita feruet pacificus ille Cleopas Irenæi Philaletij (*de quo* 1. *parte Anno* 1617.) optãs vt Miniſtri Reformati oẽs audeãt liberè negare orationes ſuas pro Magiſtratu Deo offerre, donec Romanam beſtiam Magiſtratus è prouincijs fũditus exterminauerit. Videtur hic homo de ſuis Dominis hanc habere opinionem, quaſi illi, tanquam pueri, dijudicare non poſsint vnde tantus in miniſtris ſuis feruor originem ſumat. Interim nos pro ijs qui ratione vti ſe dignum exiſtimant, latratibus iſtis comtemptis, hoc argumento caput iſtud concludimus:] *Romana Eccleſia nullius falſa doctrina ex ſacra ſcriptura efficaciter conuinci poteſt ab aduerſarijs, ergo niſi ad ſacram ſcripturam accedat authoritas iudicis., qui cum authoritate verum ſenſum proponat, ita vt partes litigantes eius explicationi conſentire teneantur, nulla controuerſia circa fidem finiri vnquam poſſunt.* Conſequentia fundatur in eo, quod omnes hæretici ſemper clamitare ſoleant, Eccleſiam Romanam ſcripturam prorſus contemnere,

 ſalutis

ſalutis fundamentum euertiſſe, à Chriſto & ſalute longiſsimè aberrare. Si enim hæc ipſi verè vt dicunt ſentiunt, & tamen in diſputationum congreſſu adeo Catholici ſuam doctrinam ex ſacris literis tueri probabiliter, vt iã nos fecimus, poſsint, quænam alia ſecta vnquam poterit efficaciter erroris cõuinci? Fruſtranea eſt ergo omnis diſputatio, inanis omnis collatio, niſi iudex tandem poſt prudentem cauſæ diſcuſsionem, determinatione ſua litibns finem imponat. Hoc iudice quia deſtituti ſunt omnes quotquot ab Apoſtolicæ cathedræ petra ſe ſepararũt ſectarij, ſibimetipſis Magiſtri & diſcipuli, paſtores & oues facti, fieri non poteſt vt ad longum tempus in fidei vnitate vſpiam terrarum conueniant. Idem enim ipſis in ſupernaturalibus diuinæ ſapientię occultis ſemitis perſcrutandis neceſſarium eſt euenire, quod multis in uaſtiſsima ſylua per inuia & deuia ſine duce oberrantibus contingere, & ratione & experientia teſtibus cõprobatur; vt ſcilicet quiſque quam caſu conſpexerit ſemitam, quantumuis deuiam, lætus ſuæque fortunæ gratulans arripiat, eo protinus ouãs ſocios vt quãtocyus cõuolẽt prouocet, viãque nõdum ſatis luſtratã immoderatis encomijs imprudenter commendet & celebret. Interim quidam ſodalium fortuna ſimili gaudentes contrarijs clamoribus ad ſe potius vt omnes feſtino curſu accelerent, mi-

ſeros

ſeros non ſegnius adhortantur. Tum primò *ſcinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.* Deinceps verò vbi temerarijs iſtis prætoribus temerè creduli per obſcuras orbitas comites ſeſe nonnulli coniunxerint, diſplicere paulatim nunc his nunc illis & ſuſpecta eſſe non trita ſatis itineris incipit obliquitas: circumquaque girantur oculi; ſtudioſe ac ſolicite perquiritur, num fortaſsis planior alicubi ac directior via poſsit vel à longe reperiri, quæ ſi iterum diuerſa diuerſis appareat, mox denuo per nouum ſchiſma vetus quidem error à quibuſdam deſeritur, nouus autem fructu non diſsimili affectatur. Ita cum Luthero eiuſque ſectatoribus eſſe factum, ipſe dum adhuc in viuis eſſet, eſt expertus, & in varijs quæ indies ex ſectis nouæ cumulantur ſectæ; plus quam manifeſta nos ipſi docemur experientia.

Stat ergo diuina per ſcripturam authoritate fundata, ratione naturali comprobata, & experientia luce clariori confirmata concluſionis noſtræ veritas; *vnitatem doctrinæ in congregatione nulla ſeruari poſſe, vbi Romani Pontificis paſtoralis authoritas violatur*

CAPVT. IX.

QVID CAVSAE SIT CVR MVLTI *hunc iam probatum controuerſiarum iudicem non recipiant.*

MIraberis fortaſſe Lector cum Romani Pontificis authoritas ita ſit clarè in ſcriptura fundata, ita etiam Eccleſiæ neceſſaria, & rationi rectæ neutiquam contraria; cur tam multi per Germaniam, Belgium, Angliam, & alibi, etiam viri natura probi & conſcientiæ ſuæ non negligentes poſsint reperiri, qui authoritatem iſtam vt in Pontifice agnoſcant, adduci ſe nullo modo patiuntur. Quamuis verò ego dubitationi huic *ſupra cap. primo* ſatisfactum aliqualiter eſſe crediderim. Hic tamen paulò preſsius rei iſtius ſimulq́ue tumultuum, bellorum & motuum inteſtinorum, quæ cum magno Chriſtianitatis damno iam inde à Lutheri inchoata deformatione vſque in hodiernum diem, in tota pene Europa, facta ſunt atque etiamnum fiunt, cauſam paucis explicare, non videtur ab inſtituto noſtro alienum. Cauſam dico, non remotam ſeu meritoriam (illam enim fatemur facile, fuiſſe peccata enormia tum communiter populi, tum præſertim incontinentium & luxuriantium multis in locis Eccleſiaſticorum & religioſorum) ſed cauſam proximam & effectricem. Hanc ergo dico fuiſſe atque etiamnum eſſe Lutheri, Caluini,

eorum-

eorumque præcipuorum ſociorum & ſucceſſorum inſanam rabiem, & mentiendi craſsiſſima mendacia, effrenem audaciam, conceptam contra eum à quo ſciebant ſe ſententia ineuitabili & in cœlo valida hæreſios & Apoſtaſiæ condemnatos eſſe, hoc eſt, contra Romanum Pontificem. Ab hoc enim cum damnati eſſent, in tota Chriſtianitate ſciebant nullum ſibi vſpiam in quo ſecure ſuas libidines exercerent, locum ſupereſſe, niſi per calumnioſa mendacia quaſdam ouilis Chriſti oues in vicarij paſtoris odium concitarent, atque ita ab iſtis ouiculis per fraudem miſerè ſeductis tanquam veri reformatores & Euangelici viri protectionem & tutelam impetrarent. Hanc aſſertionem eſſe veriſsimam facile iudicabit quiſquis hiſtorias de actis & geſtis horum reformatorum diligenter perlegerit, non eas dico tantum quas noſtræ religioni Catholicæ ſtudioſi (inter quos tamen ſunt omni exceptione maiores & oculati eorum quæ ſcripſere teſtes, quique reformatoribus iſtis fideles ad tempus diſcipuli adhæſerant & ob eorum impietatem ad viam redierant) ſed etiam eas, quas Catholicæ Eccleſiæ aduerſarij cum affectata nimium laudatione in Patrum ſuorum gratiam ſunt commenti. Quantò enim laudant commendantque eorum ſanctitatem impenſius, tantò ex proprijs illorum quos celebrant etiamnum loquẽtis

tis

Digitized by Google

bus ſcriptorum monimentis falſitatis conuincuntur facilius. Patet enim ex ſcriptis Lutheri in primis & Caluini, improbos eos fuiſſe homines & propriæ conſcientiæ curam penitus abieciſſe. Patet inquam hoc ex his duobus argumētis. 1. ex palpabilibus & veritatis nullam ſpeciem habentibus mendacijs, quæ contra Pontificem Romanum, totamq́ue Eccleſiam Catholicam audaciſsimè ſunt commenti. 2. ex putidis & ſcurrilib. loquēdi modis quib. paſsim, præſertim Lutherus, in Pontificem, poſtquam ab eo excommunicatus fuit, & in Romanam Eccleſiam eſt inuectus. De mendacijs Lutheri craſsiſsimis vel hoc vnum ſatis quod diximus arguit, quod ſcil. *edit. Ibenēſi* (quam ſupra c. 2. citauimus) *Tom. 5. fol.* 132. dicit in Pontificis & omnium Pontificiorum libris nihil prorſus inueniri de Euangelio. Item *Tom. 8. fol.* 235. Pontificem nec intelligere nec ſcire quid ſit peccatum aut vllum Chriſtianæ doctrinæ membrum. Denique quod Tom. 4. fol. 13. ait Doctrinam de caſtitate eſſe doctrinam Diaboli. Cùm tamen & naturalis ratio & expreſſum diuini verbi teſtimonium 1. Cor. 7. caſtitatem bonam eſſe & Deo gratam doceat. De ſcurrilibus & homine etiam, ne dicam tanto Reformatore indignis phraſibus omnia paſsim eius opera teſtantur. Sic Tom. 2. fol. 39. In corde, inquit, Pontificis ſuprema reſidet Diaboli poteſtas & meros

meros excludit iuniores Diabolos. Tom. 1. fol. 424. Pontificem vocat latronem maximum. Tom. 2. fol. 58. totius mundi Archinebulonem & magnum Dei inimicum. Similia & ſæuiora paſsim exhalat in Eccleſiam Romanam. De ſtercoreis quoque & carnalibus imo impijs & in Deum Sanctoſq; blaſphemis eius ſermonib. videri compendioſe poteſt libellus quidam idiomate Germanico Monaſterij in VVeſtphalia ante aliquot annos editus per M. Conradum Andreę, Iacobi Andreę profeſſoris olim Tubingenſis & Vbiquiſtarū principis germanū fratrem. Libelli titulus eſt: *Innocens, humilis, verax, Chriſtanus* &c. *Lutherus.* ex quo quilibet facile diſpiciat in tali vaſe Spir. S. habitare non potuiſſe. De Caluino res non eſt multò obſcurior. Lib. 4. inſtitut. cap. ſept. §. 27. hoc modo mentitur. *Quaſi vero dubium ſit qualem religionis ſpeciem profeſſi ſint iā pridem Pontifices cum toto Cardinalium collegio, & hodie profiteantur. Primum enim arcana illius Theologiæ quæ inter eos regnat, caput eſt, nullum eſſe Deum. Alterum, quæcunque de Chriſto ſcripta ſunt ac docentur, mendacia eſſe & imposturas. Tertium, Doctrinam de vita futura, & vltima reſurrectione, meras eſſe fabulas.* Hæc ille reformatorum noſtræ patriæ Pater & Pontifex. Qui mox timēs (vt videtur) tā horrēdū mēdaciū ſcriptis ſuis inſerere, nec aliquo ſaltē pallio paululū velare

ſub-

ſubiungit paucos quidem eſſe inter illos qui ita loquantur, plures tamen qui ita ſentiunt. Sed iterum, ne nimium iuſtus hac limitatione fuiſſe videretur, ſubiungit: *Iam pridem hac ordinaria eſſe cœpit Pontificum religio.* Hic iudicet æquus lector quid de tali homine ſtatuendum, qui tanta dicit, tam inaudita opinionum monſtra de viris tantis, quorum tamen ne verbum quidem vnum aut literam profert, quibus calumniæ ſuæ vel minimam veritatis ſpeciem prætexat. Verùm ne fortaſſe quis me de mendacijs & calumnijs conquerentem, eadẽ quæ arguo, committere & Caluino inſonti iniuriam irrogare ſuſpicetur, en cuiuis præſto, legem talionis recipio. Libro vtor excuſo Geneuæ anno milleſimo, quingenteſimo quinquageſimo nono in Officina Roberti Stephani in folio. Ex hoc quæ retuli ad verbum me deſcripſiſſe depono. Plura habet idem Caluinus non multo leuiora in ſuis operibus mendacia; quæ nunc omitto, exiſtimans vnum hoc inſtar eſſe omnium. De modeſtia eius, quam fuerit nulla, paſsim ijdem ſcriptorum eius teſtes legentibus manifeſtãt: præ cæteris verò clarius Antidotum ipſius in Concilium Tridentinum, vbi non ſemel Cõcilij Patres & Doctores (quorum certe ipſe ne vmbram quidem vel ſanctitatis vel doctrinæ vſpiam oſtendit (vocat *ſtupidos*, *quiſquilias*, *aſinos*, *porcos*, *pecudes*, *craſſos boues*, *otioſos*

otioſos ventres, mendicabula, putrida cadauera, ſilicernia, blaterones, Patres cornutos, Tridentinam colluuiem, exitialia monſtra, ſpurios, degeneres, meretricis filios, Chriſti hoſtes, Antichriſti legatos, &c. Hęc plerique filiorum eius prędicantium perbelle à Patre ſuo didicere, qui vſque hodie, indocti frequenter & nihili homines, probè ſe officio ſuo functos exiſtimant, vbi pro concione Romanum Pontificem Antichriſtū, & Regem Hiſpaniæ Tyrannum impotenti & fœmineo furore vocitauerint. Homines nimirum de quibus congrue iam olim Iudas prædixit Apoſtolus, *qui carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant*. Qui *quacunque quidem ignorant blaſphemant, quacunque autem naturaliter tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpūtur. Va illis quia in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt.*

Hi ergo ſunt omnium quæ in populo exoriuntur ſeditioſorum motuum *Miniſtri*, peſtes regnorum & prouinciarum, qui ſub verbi diuini prædicationis titulo ab vſu ſacrilego, mendacia, calumnias, blaſphemias in eos quos iniquo ipſi odio oderunt, verbis & ſcriptis effutiunt. Fieri autem qui poteſt, vt hoc modo deceptus populus in veri paſtoris odium non incitetur? Et certe ſi prudenter quis perpendat; quibus hoc genus hominum quam

quam, inquam, futilibus & nullius ponderis argumentis ſubnixum tanta, cum nullum vident antagoniſtam, audendi ſumunt animos: flagellandæ res inſaniæ videbitur. Argumenta proferunt communiter ex Bellarmino aut alijs Eccleſiæ noſtræ ſcriptoribus, ea populo obtrudunt, ſolidiſsimas interim adiectas pro veritate reſponſiones falſarij ſupprimunt: libellos, picturas, rhytmos, quæ ipſi frequenter ob imperitiam facere non poſſunt, fieri per alios ſtudioſe ſatagunt, vt is à quo ſibi malum imminere ſat ſciunt, ſpecie quam odioſiſsima populo repræſentetur.

Quod ad Antichriſtum attinet, non cenſui ego calumniam hanc dignam quæ inter præcipuas Catholicorum cum ſectarijs cōtrouerſias ſuperiori capite recenſeretur. Cùm res adeo ſit clara vt ij etiam ex aduerſarijs, quorum non eſt extremum in Romanum Pontificem odium, hoc eſt, qui vel parum rationi in hac re cedendum iudicant, expreſsis libris fateantur, non poſſe cum veritate Pontificem nominari ſingularem illum, quem Scriptura prædicit nobis, Antichriſtum. Ad quod conuincendum vel vnum hoc argumentum ſatis eſt validum, & apud illos qui aliquem rationi locum relinquunt, omnino controuerſiæ terminatiuū: videlicet; Antichriſtus negabit Ieſum eſſe Chriſtum, nec quenquam deorum curabit, ſed ſe ipſum dicet ex profeſſo Meſſiam

ſiam in lege promiſſum: Sed hæc Pontifex Romanus nunquam fecit; Ergo non eſt Antichriſtus. Maior eſt clariſsima in Scripturis 1. *Ioan.* 2. *Ioan.* 5. 43. *& Daniel.*11. *Et Deum patrum ſuorum non reputabit, nec quenquam Deorum curabit, quia aduerſum vniuerſa conſurget.* Minor eſt tam clara vt potius, iuxta aduerſariorum calumnias Pontifex dici poſsit omnes Deos, id eſt, Sanctos curare, quam ex omnibus neminem. Quid poteſt eſſe clarius? Et tamen genuini Lutheri & Caluini ſpirituales filij, contra apertiſsima ſcripturæ verba gloſſas excogitant ridiculas & ſtultas, & contentioſiſsimè mox clamitant: *Verbum Domini, Verbum Domini*, Quis ferat? Eodem imbuti ſpiritu Phariſæi & Scribæ Chriſtum Dominum Beelzebub vocarunt: eademque *ratione vltima* id probauerunt. Ob eandem cauſam Phariſæi, Scribæ & Legisperitæ, quia nimirum à Domino damnationis ſuæ ſententiam iam præaccipiebant, *cœperunt grauiter inſiſtere & os eius opprimere de multis inſidiantes ei & quærentes aliquid capere de ore eius, Luc.* 11. 53. & 54.

Plura ſunt argumenta non minus clara pro Pontifice, quam fuit illud quo Chriſtus dæmonium ſe non habere Iudæis demonſtrauit: quia nimirum honorificabat Patrem ſuum & regnum diaboli deſtruere conabatur. Quibus ad finem properans, pro nunc abſtineo. Prudentibus (vt credo) ſatisfactum & volentibus

capere. Maleuolis quis ſatis faciet, cum nec ipſe Chriſtus Dominus hoc fecerit? Vnius tamẽ hic pro boni publici vtilitate cogor meminiſſe, *Ioannis Auentroot*, qui anno 1615. Amſtelredami idiomate belgico libellum edidit & ſuis ipſe (vt audio) manibus in populum diſtraxit: in quo verbis & picturis quid in pectore gerat Chriſtianæ tũ veracitatis tum modeſtiæ, perſpicuè ſatis depinxit. Procemium ad Lectorem præmittit in quo magnam ſibi cum Rege Hiſpaniarum per literas familiaritatem annis aliquot interceſsiſſe ſic cautus nequam ſimulat, vt populo placerent quas quaſi magnus reipublicæ moderator feciſſet fabulas. In tractatu totus eſt blaſphemus in Romanum Pontificem; Antichriſtum videlicet eum eſſe luce meridiana clarius ſe demonſtraſſe ineptè gloriatur, ipſumque diem digito omnibus monſtraſſe quo Antichiſti regnum inceperit, quo item finitum fuerit. Initium dicit contigiſſe anno Domini trecenteſimo decimo tertio cum Pontificatu Sylueſtri, quòd is tunc factus ſit primus abſolutus Pontifex; finem verò ann. milleſimo, quingenteſimo quinquageſimo quinto ſub Paulo IV. quod iſto anno abſoluti pontifices eſſe deſierint, facta ſcilicet in Imperio libertate prædicationis Euangelicæ: Hoc ait eſſe tempus menſium 42. & dierum 1260. ſumpto ſcilicet anno pro quolibet die; detractiſque ab annis iſtis vtpote Iudaicis

daicis, id eſt, lunaribus, annis 18. remanere annos ſolares 1242. quod eſt tempus ab anno 313. vſque ad annum 1555. incluſo tamen vtroque anno extremo. Hoc eſt fundamentum ſingulare totius libelli eius, ob quod à multis fuit auida curioſitate in pretio habitus.] Sed non vidit hic argutulus, totam hanc ſpecioſã calumniarum machinam in arena, hoc eſt, fũdamento falſo fundatam eſſe. Non enim S. Syluester Anno Domini 313. Sed 314. ipſis Calend. Februarij Pontificatum adeptus eſt. *vide Baron.* Deinde, quod hominis huius vel ignorãtiam craſſam vel extremam ſimplices fallendi libidinem arguit; ante annum 324. S. Syluester non meliori conditione aut commoditate eſt vſus, quam cæteri pontifices eius prædeceſſores. Eo enim anno è latebris montis Soractis productus Conſtantino primum innotuit; adeoque vſque ad illud tempus non magis ille quàm vllus prædeceſſorum Pontificum abſolutum pontificatum geſsiſſe fingi poteſt. Quonam ergo modo abſolutus pontificatus anno. 313. potuit inchoari? Reſpondeat quæſo Auentroot. Tacet ad hæc credo. Et tamen ipſe ita confidenter triumphat, vt ipſiſsima cælitùs reuelata diuini verbi myſteria populo ſe proponere glorietur. Ego quidem inſpecto primùm hoc libello, mirabar plurimùm authoris (tunc mihi nondum cogniti) in maledicendo promptam

ptam dexteritatem cum ignorantia tamen cruda coniunctâ. Verùm vbi deinceps in cætera, quæ plura ſcripſit etiam contra ſectatores ſententiæ Arminij, Ioannem Vtenbogart & alios, incidi; atque tum ex illis tum certa relatione verum hominis nomen, quod eſt *Vincentius à Drielenburch* eiuſque attributa mihi innotuerunt, præſertim lectâ ſententiâ per quam ab Ordinibus Vltraiectinæ prouinciæ Anno 1613. Nouembris die 25. ciuitate & prouincia pulſus & proſcriptus eſt, occurrit mihi illud prouerbiorum 27. 22. *Si contuderis ſtultũ in pila quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius.* Dicit proſcriptionis ſententia hominem hunc in quibuſdam (quæ ſua eſſe ſit confeſſus) ſcriptis *magno tumore maledicè & iniurioſe inuectum eſſe* in Magiſtratum iſtius prouinciæ & Eccleſiaſtas eiuſdem &c. & ideo tanquam rebellem & ſeditioſum, mitigato ob cauſas iuſtitiæ rigore, proſcriptum eſſe. Ille nihilo ſegnius vſque in hodiernum diem Amſtelredami commorans libellis varijs latæ ſententiæ authores audaciſsimè
Vide 1. paria. perſtringit, exilium ſuum ob fidei confeſsionem prædicat, ad conſtantiam Cõtra-Remõſtrantes omnes hortatur fortiter; in Remonſtrantes æque vt in Pontificem Romanum Antichriſti nominis numerum 666. excogitat: nihil non facit quo ingenioſus ſtultus & belgicorum poetarum ſpurius dignoſci poteſt

Digitized by Google

teſt. Iamdudum varijs ſuis libellis in deteſtationem Romani Pontificis barbarum ſuum inſeruit; PATERRADEO. Vbi collecto, ex alphabeto Græco, numero 666. ſuo modo ſugillat illum quem Catholici venerantur tanquam ſanctiſsimum *Patrem à Deo* ſibi datũ prout parte prima, Anno 1608. annotauimus. Porro quia geminum illud R. à ſuarum etiam partiũ prudẽtioribus ſugillari atq; adeò totũ inuentum ſtultam potius phantaſiam, quam propheticam illuſtrationem æſtimari vidit, nouam quandam eadem authoritate Grammaticæ adiecit regulam, qua liquidarum vna, vbi Vincentio ita libuerit, liqueſcat in duas. Quantumuis cæteri Grammatici vno ore doceant, liquidas ita dictas eſſe, quod poſt mutã poſitæ liqueſcentes vim conſonantium interdum amittant; Tantum ſcilicet abeſt, vt duplicis vim conſonantis habere poſsint.

Interim admiſſa hac Vincentiana regula, aliud in hoc inuento latens myſterium miror hunc prophetam præteriſſe: Quod nimirum eadem opera parentem ipſe ſuum Antichriſti nomine decorarit, niſi fors ei is non à Deo ſed à Diabolo datus ſit, hoc eſt, niſi ipſe non ex legitimo matrimonio à Deo inſtituto, ſed ex fornicatione aut adulterio natus ſit. Certe non parum energiæ διάβολον, id eſt, calumniatorem in eum influxiſſe ex fructibus operũ eius liquido comprobatur. Deinde imperite

admodum latinis literis Græcas numerandi formulas applicauit; Cum enim *Pater* origine ſit vox Græca & à Græcis per *η* non autem per *ι* ſcribatur, pro hoc charectere non quinque (vt fecit) ſed octo notare debuerat, Similiter in voce ablatiui caſus (*Deo*) cum, o, ſit in poëſi (ſi illā didicerit) longū; nō iuxta Græcorum omicron, ſeptuaginta, ſed iuxta, *ω*, octingenta numerare oportuit; atque ita in vna litera multò habuiſſet amplius quàm omnibus ſimul quærebat. De *liqueſcentia* autem literæ, R, quod fingit, non tam facilè, vt opinor, apud Latinos aut Græcos poetas exemplum inueniet, quàm de litera, N, apud Germanos. Quare multo expeditius ipſummet ſuum
1. A quod ſpōte aſſumpſit nomen in hanc calum-
200 V niandi palæſtram potuiſſet introducere. Quis
5. E enim poſſet falſitatis ipſum, aut ſaltem male-
40. N dicentiæ inſimulare, ſi ipſe clericus Germanus
40. N aut Belga, ſeruato ordine literarum belgico,
100. T belgicum nomen AVENTROOT, 666.
80. R in ſe concludere adeoque nomen eſſe veriſsi-
50. O mi & propriè per antonomaſiam ſic dicti An-
50. O tichriſti conſtantiſsimè aſſeueraret.
100. T Non plus rationis prę ſe fert nomen belgi-
666. cum Roomſch-paep, cuius itidem prima parte meminimus. Cum enim S. Ioannes Apocalypſin ſuam, vbi de nomine Antichriſti agit, grecè ſcripſerit; & Romanus pontifex non in Belgio, ſed in Italia ſedem ſuam habeat; ridicu-

ridiculum omnino eſt, quòd hic ho mo S. Ioannem velit ad linguam Belgicam nec in Italia vſitatam in Antichriſti nomine reſpexiſſe. Ineptum quoque eſt, quod pro (ch.) 20. numerauerit; qui numerus per Græcorum K. deſignatur: Cum tamen ijdem Græci noſtrũ (ch.) non per (κ·) ſed per (χ.) quod in numeris valet 600. exprimant.

Sed tædet hiſce huius peruerſi nebulonis nugis diutius immorari. Hoc ſecum quilibet lector prudenter examinet qualis ab hoc propheta exſpectanda eſſet reformatio, ſi cũ authoritate & occaſione Lutheri aut Caluini ad populum Eccleſiaſtæ officio ei fungi liceret. Habet tamen hic patronos ſuos & antiſtites viros inter Contra-Remonſtrantes etiam doctrinæ opinione celebres. Quid ergo mirum Lutherum cum ſuis totũ terrarum orbẽ turbis impleuiſſe? Hæc in tui, qui æqui es iudicij, Lector, cautelam dicta oportuit, vt ſcias etiã nunc inter eos te verſari, de quibus ſuos monuit diſcipulos Dominus Luc. 12. 1. *Attendite vobis à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis.* Hypocriſis, inquam, non tam morum quam doctrinæ. Iam enim ita ab iſtis Reformatorib. antiqua, ſi qua fuit, in moribus, hyprocriſis reformata eſt, vt pietatis ſpeciem ipſi maximè frequenter velint, magno tamen conatu induere vix poſsint. Quoad doctrinam verò cũ reuera ſint *ſtulti & cæci* Mat. 23. v. 17. ſacræ tamẽ

ſubiungit paucos quidem eſſe inter illos qui ita loquantur, plures tamen qui ita ſentiunt. Sed iterum, ne nimium iuſtus hac limitatione fuiſſe videretur, ſubiungit: *Iam pridem hac ordinaria eſſe cæpit Pontificum religio.* Hic iudicet æquus lector quid de tali homine ſtatuendum, qui tanta dicit, tam inaudita opinionum monſtra de viris tantis, quorum tamen ne verbum quidem vnum aut literam profert, quibus calumniæ ſuæ vel minimam veritatis ſpeciem prætexat. Verùm ne fortaſſe quis me de mendacijs & calumnijs conquerentem, eadē quæ arguo, committere & Caluino inſonti iniuriam irrogare ſuſpicetur, en cuiuis præſto, legem talionis recipio. Libro vtor excuſo Geneuæ anno milleſimo, quingenteſimo quinquageſimo nono in Officina Roberti Stephani in folio. Ex hoc quæ retuli ad verbum me deſcripſiſſe depono. Plura habet idem Caluinus non multo leuiora in ſuis operibus mendacia; quæ nunc omitto, exiſtimans vnum hoc inſtar eſſe omnium. De modeſtia eius, quam fuerit nulla, paſſim ijdem ſcriptorum eius teſtes legentibus manifeſtāt: præ cæteris verò clarius Antidotum ipſius in Concilium Tridentinum, vbi non ſemel Cōcilij Patres & Doctores (quorum certe ipſe ne vmbram quidem vel ſanctitatis vel doctrinæ vſpiam oſtendit (vocat *ſtupidos*, *quiſquilias, aſinos, porcos, pecudes, craſſos boues, otioſos*

otioſos ventres, mendicabula, putrida cadauera, ſilicernia, blaterones, Patres cornutos, Tridentinam colluuiem, exitialia monſtra, ſpurios, degeneres, meretricis filios, Chriſti hoſtes, Antichriſti legatos, &c. Hęc plerique filiorum eius prędicantium perbelle à Patre ſuo didicere, qui vſque hodie, indocti frequenter & nihili homines, probè ſe officio ſuo functos exiſtimant, vbi pro concione Romanum Pontificem Antichriſtū, & Regem Hiſpaniæ Tyrannum impotenti & fœmineo furore vocitauerint. Homines nimirum de quibus congrue iam olim Iudas prædixit Apoſtolus, *qui carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant.* Qui *quacunque quidem ignorant blaſphemant, quacunque autem naturaliter tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpũtur. Væ illis quia in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt.*

Hi ergo ſunt omnium quæ in populo exoriuntur ſeditioſorum motuum *Miniſtri*, peſtes regnorum & prouinciarum, qui ſub verbi diuini prædicationis titulo ab vſu ſacrilego, mendacia, calumnias, blaſphemias in eos quos iniquo ipſi odio oderunt, verbis & ſcriptis effutiunt. Fieri autem qui poteſt, vt hoc modo deceptus populus in veri paſtoris odium non incitetur? Et certe ſi prudenter quis perpendat; quibus hoc genus hominum

quam

quam, inquam, futilibus & nullius ponderis argumentis ſubnixum tanta, cum nullum vident antagoniſtam, audendi ſumunt animos; flagellandæ res inſaniæ videbitur. Argumenta proferunt communiter ex Bellarmino aut alijs Eccleſiæ noſtræ ſcriptoribus, ea populo obtrudunt, ſolidiſsimas interim adiectas pro veritate reſponſiones falſarij ſupprimunt: libellos, picturas, rhytmos, quæ ipſi frequenter ob imperitiam facere non poſſunt, fieri per alios ſtudioſe ſatagunt, vt is à quo ſibi malum imminere ſat ſciunt, ſpecie quam odioſiſsima populo repræſentetur.

Quod ad Antichriſtum attinet, non cenſui ego calumniam hanc dignam quæ inter præcipuas Catholicorum cum ſectarijs cõtrouerſias ſuperiori capite recenſeretur. Cùm res adeo ſit clara vt ij etiam ex aduerſarijs, quorum non eſt extremum in Romanum Pontificem odium, hoc eſt, qui vel parum rationi in hac re cedendum iudicant, expreſsis libris fateantur, non poſſe cum veritate Pontificem nominari ſingularem illum, quem Scriptura prædicit nobis, Antichriſtum. Ad quod conuincendum vel vnum hoc argumentum ſatis eſt validum, & apud illos qui aliquem rationi locum relinquunt, omnino controuerſiæ terminatiuũ: videlicet; Antichriſtus negabit Ieſum eſſe Chriſtum, nec quenquam deorum curabit, ſed ſe ipſum dicet ex profeſſo Meſ-

ſiam

ſiam in lege promiſſum: Sed hæc Pontifex Romanus nunquam fecit; Ergo non eſt Antichriſtus. Maior eſt clariſsima in Scripturis 1. *Ioan.* 2. *Ioan.* 5. 43. *& Daniel.*11. *Et Deum patrum ſuorum non reputabit, nec quenquam Deorum curabit, quia aduerſum vniuerſa conſurget.* Minor eſt tam clara vt potius, iuxta aduerſariorum calumnias Pontifex dici poſsit omnes Deos, id eſt, Sanctos curare, quam ex omnibus neminem. Quid poteſt eſſe clarius? Et tamen genuini Lutheri & Caluini ſpirituales filij, contra apertiſsima ſcripturæ verba gloſſas excogitant ridiculas & ſtultas, & contentioſiſsimè mox clamitant: *Verbum Domini, Verbum Domini,* Quis ferat? Eodem imbuti ſpiritu Phariſæi & Scribæ Chriſtum Dominum Beelzebub vocarunt: eademque *ratione vltima* id probauerunt. Ob eandem cauſam Phariſæi, Scribæ & Legisperitæ, quia nimirum à Domino damnationis ſuæ ſententiam iam præaccipiebant, *cæperunt grauiter inſiſtere & os eius opprimere de multis inſidiantes ei & quærentes aliquid capere de ore eius, Luc.* 11. 53. & 54.

Plura ſunt argumenta non minus clara pro Pontifice, quam fuit illud quo Chriſtus dæmonium ſe non habere Iudæis demonſtrauit: quia nimirum honorificabat Patrem ſuum & regnum diaboli deſtruere conabatur. Quibus ad finem properans, pro nunc abſtineo. Prudentibus (vt credo) ſatisfactum & volentibus

capere. Maleuolis quis ſatis faciet, cum nec ipſe Chriſtus Dominus hoc fecerit? Vnius tamẽ hic pro boni publici vtilitate cogor meminiſſe, *Ioannis Auentroot*, qui anno 1615. Amſtelredami idiomate belgico libellum edidit & ſuis ipſe (vt audio) manibus in populum diſtraxit; in quo verbis & picturis quid in pectore gerat Chriſtianæ tũ veracitatis tum modeſtiæ, perſpicuè ſatis depinxit. Procœmium ad Lectorem præmittit in quo magnam ſibi cum Rege Hiſpaniarum per literas familiaritatem annis aliquot interceſsiſſe ſic cautus nequam ſimulat, vt populo placerent quas quaſi magnus reipublicæ moderator feciſſet fabulas. In tractatu totus eſt blaſphemus in Romanum Pontificem; Antichriſtum videlicet eum eſſe luce meridiana clarius ſe demonſtraſſe ineptè gloriatur, ipſumque diem digito omnibus monſtraſſe quo Antichiſti regnum inceperit, quo item finitum fuerit. Initium dicit contigiſſe anno Domini trecenteſimo decimo tertio cum Pontificatu Sylueſtri, quòd is tunc factus ſit primus abſolutus Pontifex; finem verò ann. milleſimo, quingenteſimo quinquageſimo quinto ſub Paulo IV. quod iſto anno abſoluti pontifices eſſe deſierint, facta ſcilicet in Imperio libertate prædicationis Euangelicæ: Hoc ait eſſe tempus menſium 42. & dierum 1260. ſumpto ſcilicet anno pro quolibet die; detractiſque ab annis iſtis vtpote Iudaicis

daicis, id eſt, lunaribus, annis 18. remanere annos ſolares 1242. quod eſt tempus ab anno 313. vſque ad annum 1555. incluſo tamen vtroque anno extremo. Hoc eſt fundamentum ſingulare totius libelli eius, ob quod à multis fuit auida curioſitate in pretio habitus.] Sed non vidit hic argutulus, totam hanc ſpecioſã calumniarum machinam in arena, hoc eſt, fũdamento falſo fundatam eſſe. Non enim S. Syluester Anno Domini 313. Sed 314. ipſis Calend. Februarij Pontificatum adeptus eſt. *vide Baron.* Deinde, quod hominis huius vel ignorãtiam craſſam vel extremam ſimplices fallendi libidinem arguit; ante annum 324. S. Syluester non meliori conditione aut commoditate eſt vſus, quam cæteri pontifices eius prædeceſſores. Eo enim anno è latebris montis Soractis productus Conſtantino primum innotuit; adeoque vſque ad illud tempus non magis ille quàm vllus prædeceſſorum Pontificum abſolutum pontificatum geſsiſſe fingi poteſt. Quonam ergo modo abſolutus pontificatus anno. 313. potuit inchoari? Reſpondeat quæſo Auentroot. Tacet ad hæc credo. Et tamen ipſe ita confidenter triumphat, vt ipſiſsima cælitùs reuelata diuini verbi myſteria populo ſe proponere glorietur. Ego quidem inſpecto primùm hoc libello, mirabar plurimùm authoris (tunc mihi nondum cogniti) in maledicendo prom-

Digitized by Google

ptam dexteritatem cum ignorantia tamen cruda coniunctã. Verùm vbi deinceps in cætera, quæ plura ſcripſit etiam contra ſectatores ſententiæ Arminij, Ioannem Vtenbogart & alios, incidi; atque tum ex illis tum certa relatione verum hominis nomen, quod eſt *Vincentius à Drielenburch* eiuſque attributa mihi innotuerunt, præſertim lectâ ſententiâ per quam ab Ordinibus Vltraiectinæ prouinciæ Anno 1613. Nouembris die 25. ciuitate & prouincia pulſus & proſcriptus eſt, occurrit mihi illud prouerbiorum 27. 22. *Si contuderis ſtultũ in pila quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo; non auferetur ab eo ſtultitia eius.* Dicit proſcriptionis ſententia hominem hunc in quibuſdam (quæ ſua eſſe ſit confeſſus) ſcriptis *magno tumore maledicè & iniurioſe inuectum eſſe* in Magiſtratum iſtius prouinciæ & Eccleſiaſtas eiuſdem &c. & ideo tanquam rebellem & ſeditioſum, mitigato ob cauſas iuſtitiæ rigore, proſcriptum eſſe. Ille nihilo ſegnius vſque in hodiernum diem Amſtelredami commorans libellis varijs latæ ſententiæ authores audaciſsimè perſtringit, exilium ſuum ob fidei confeſsionem prædicat, ad conſtantiam Cõtra-Remõſtrantes omnes hortatur fortiter; in Remonſtrantes æque vt in Pontificem Romanum Antichriſti nominis numerum 666. excogitat: nihil non facit quo ingenioſus ſtultus & belgicorum poetarum ſpurius dignoſci poteſt

Vide 1. parte.

teſt. Iamdudum varijs ſuis libellis in deteſtationem Romani Pontificis barbarum ſuum inſeruit; P A T E R R A D E O. Vbi collecto, ex alphabeto Græco, numero *666.* ſuo modo ſugillat illum quem Catholici venerantur tanquam ſanctiſsimum *Patrem à Deo* ſibi datũ prout parte prima, Anno 1608. annotauimus. Porro quia geminum illud R. à ſuarum etiam partiũ prudẽtioribus ſugillari atq; adeò totũ inuentum ſtultam potius phantaſiam, quam propheticam illuſtrationem æſtimari vidit, nouam quandam eadem authoritate Grammaticæ adiecit regulam, qua liquidarum vna, vbi Vincentio ita libuerit, liqueſcat in duas. Quantumuis cæteri Grammatici vno ore doceant, liquidas ita dictas eſſe, quod poſt mutã poſitæ liqueſcentes vim conſonantium interdum amittant; Tantum ſcilicet abeſt, vt duplicis vim conſonantis habere poſsint. Interim admiſſa hac Vincentiana regula, aliud in hoc inuento latens myſterium miror hunc prophetam præteriſſe: Quod nimirum eadem opera parentem ipſe ſuum Antichriſti nomine decorarit, niſi fors ei is non à Deo ſed à Diabolo datus ſit, hoc eſt, niſi ipſe non ex legitimo matrimonio à Deo inſtituto, ſed ex fornicatione aut adulterio natus ſit. Certe non parum energiæ διάβολον, id eſt, calumniatorem in eum influxiſſe ex fructibus operũ eius liquido comprobatur. Deinde imperite

admodum latinis literis Græcas numerandi formulas applicauit; Cum enim *Pater* origine ſit vox Græca & à Græcis per ω non autem per ι ſcribatur, pro hoc charectere non quinque (vt fecit) ſed octo notare debuerat, Similiter in voce ablatiui caſus (*Deo*) cum, o, ſit in poëſi (ſi illā didicerit) longū; nō iuxta Græcorum omicron, ſeptuaginta, ſed iuxta, ω, octingenta numerare oportuit; atque ita in vna litera multò habuiſſet amplius quàm omnibus ſimul quærebat. De *liqueſcentia* autem literæ, R, quod fingit, non tam facilè, vt opinor, apud Latinos aut Græcos poetas exemplum inueniet, quàm de litera, N, apud Germanos. Quare multo expeditius ipſummet ſuum
1. > quod ſpōte aſſumpſit nomen in hanc calum-
200 < niandi palæſtram potuiſſet introducere. Quis
5. m enim poſſet falſitatis ipſum, aut ſaltem male-
40. Z dicentiæ inſimulare, ſi ipſe clericus Germanus
40. Z aut Belga, ſeruato ordine literarum belgico,
100. H belgicum nomen A V E N T R O O T, 666,
80. R in ſe concludere adeoque nomen eſſe verisſi-
50. O mi & propriè per antonomaſiam ſic dicti An-
50. O tichriſti conſtantiſsimè aſſeueraret.
100. H Non plus rationis præ ſe fert nomen belgi-
666. cum Roomſch-paep, cuius itidem prima parte meminimus. Cum enim S. Ioannes Apocalypſin ſuam, vbi de nomine Antichriſti agit, græcè ſcripſerit; & Romanus pontifex non in Belgio, ſed in Italia ſedem ſuam habeat; ridicu-

Digitized by Google

ridiculum omnino eſt, quòd hic ho mo S. Ioannem velit ad linguam Belgicam nec in Italia vſitatam in Antichriſti nomine reſpexiſſe. Ineptum quoque eſt, quod pro (ch.) 20. numerauerit; qui numerus per Græcorum K. deſignatur: Cum tamen ijdem Græci noſtrũ (ch.) non per (κ.) ſed per (χ.) quod in numeris valet 600. exprimant.

Sed tædet hiſce huius peruerſi nebulonis nugis diutius immorari. Hoc ſecum quilibet lector prudenter examinet qualis ab hoc propheta exſpectanda eſſet reformatio, ſi cũ authoritate & occaſione Lutheri aut Caluini ad populum Eccleſiaſtæ officio ei fungi liceret. Habet tamen hic patronos ſuos & antiſtites viros inter Contra-Remonſtrantes etiam doctrinæ opinione celebres. Quid ergo mirum Lutherum cum ſuis totũ terrarum orbẽ turbis impleuiſſe? Hæc in tui, qui æqui es iudicij, Lector, cautelam dicta oportuit, vt ſcias etiã nunc inter eos te verſari, de quibus ſuos monuit diſcipulos Dominus Luc. 12. 1. *Attendite vobis à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis.* Hypocriſis, inquam, non tam morum quam doctrinæ. Iam enim ita ab iſtis Reformatorib. antiqua, ſi qua fuit, in moribus, hyprocriſis reformata eſt, vt pietatis ſpeciem ipſi maximè frequenter velint, magno tamen conatu induere vix poſſint. Quoad doctrinam verò cũ re-vera ſint *ſtulti & cæci* Mat. 23. v. 17. ſacræ tamẽ

Digitized by Google

Scripturæ textus, verſus & capita ita bellè norunt pro deformatione ſua promouenda allegare, ita confidenter fidei negotia iuxta *rationes* ſuas *vltimas* terminare, quaſi & ipſo Chriſto Domino cum Apoſtolis, magiſtro eſſent vſi, & quæ pro infallibilitate Rom. Pontificis nos ſupra protulimus argumenta ipſorum ſingulis fauere poſsint.

Verùm hic iterum monendus es, non me omnia quæ hoc aut alijs capitibus acrius in Reformatores dixi, de omnibus miniſtris aut prædicantibus abſque vllo diſcrimine dicta velle. Scio enim eſſe inter eos qui partim infirmitatem illius, quo reformata doctrina nititur, fundamenti, agnoſcentes; partim nondũ ita inſtructi vt argumenta quædam ad ſpeciem nobis aduerſantia diſſoluere valeant, probare quidem doctrinam noſtram in conſcientia ſua non poſſunt, non tamen tantis, quibus cæteri communiter nos proſcindunt, conuitiis & calumniis dignos cenſent. Inter quos ij ſunt præſertim qui honeſtis nati parentibus, honeſtis ſtudijs cum ſedula diligentia enutriti deſideria carnis non magni faciunt. Tales enim eſſe quoſdam inter illos negare nec poſſum, nec volo, vt qui in humanioribus quondam literis honeſta cum illis æmulatione, & familiari ac grata ſecundum naturam conuerſatione, id ita ſe habere didici. De quibus etiam hoc poſſum confidere, facile ſuos errores

eſſe

eſſe agnituros, ſi vbi nimium creduli ſuorum doctorum authoritati, de noſtræ fidei fundamentis malè ſunt inſtituti, clarior ipſis inſtructio contingeret. In quorum gratiam vt libellum hunc inchoaui, ita ſequenti capite nunc concludam.

CAPVT X.

ARGVMENTO FACILI SED VAlidiſſimo tractatus concluditur.

QVuanqam ego quidem exiſtimo hactenus à nobis doctrinæ Catholicæ veritatem, in ijs pręſertim articulis quibus aduerſarii ſuſtinent rel gionis Chriſtianæ fundamentum in Eccleſia noſtra eſſe prorſus euerſum, ita vt ex neceſſitate diſcedere ab eadem fuerint coacti, hoc eſt, *de bonorum operum meritis, de poteſtate Romani Pontificis*, *de Sacramento Eucharistiæ & Miſſæ ſacrificio*; ita clarè & euidenter eſſe è ſcriptura deductam, (vt nemo etiam inter illos qui nondum credunt Eccleſiam totam in ſcripturarũ explicatione errare non poſſe) abſque contumacia diſſentire à nobis queat. Quoniam tamen ſcio, multum apud aduerſarios valere præiudicium, quod iam à teneris contra concluſiones noſtras imbiberunt; ideo mitigato nonnihil illationis rigore, vnum hic adiiciam finale argumentum, quo ſpero aſpirante diuina gratia, omnes qui conſcientiæ ſuæ curam gerunt, ad veritatis agniti-

onem reduci poſſe. Argumentum eſt iſtud: Poſito etiam quod ſcriptura iis in locis, quibus nos pro confirmãdis prædictis Catholicæ fidei articulis vſi ſumus, non adeo euidenter eoſdem articulos veros eſſe demonſtraret, vt non etiam probabili aut tolerabili explicatione poſſet in alium ſenſum verti; ſaltem nemo (vt credo) bona conſcientia, vbi prudenter rem examinauerit, negare audebit etiam noſtram explicationem eſſe tolerabilem, & non poſſe euidenter falſitatis redargui: Quo conceſſo infertur, Lutherum & Caluinum, quos conſtat primò fuiſſe in Eccleſia Catholica, temerè & abſque iuſta cauſa ab Eccleſia iſta ſe ſeparaſſe, adeoque neminem iure poſſe illorũ partes contra Catholicam Eccleſiam tueri. Conſequentia fundatur in iſto iuris axiomate quo in dubiis melior dicitur eſſe conditio poſſidentis. Si ergo non certa & infallibili demonſtratione probari poteſt Eccleſiam Catholicam fundamenta Chriſtianæ religionis euertiſſe, aut alioqui intolerabiliter contra S. Scripturam quippiam euidenter docere, iure neganda ei non eſt veræ ac Chriſtianę doctrinæ opinio ſeu fama quã antea, etiam cõfitente Luthero, poſſederat: atque adeo nemo extra Eccleſiæ Catholicæ cõmunionẽ ſecurus in cõſciẽtia ſua eſſe poterit qui nõ certiſſimo & infallibili argumẽto grauẽ eiuſdẽ Eccleſię atq; adeo intolerabilẽ errorẽ demõſtrare potuerit.

Hoc

Digitized by Google

Hoc velim, Lector, argumētū ſedulò & ſeriò tecū perpēdas. Certè inter rixas & diſputationes facile cuilibet eſt, vocitare Catholicos idololatras, & in Chriſti gratiā iniurios, Pontificē Antichriſtū & plura huiuſmodi contentioſè effutire. Interim rerum natura & veritatis ratio per huiuſmodi verba nec mutatur nec infringitur. Porro ſi quis perpenſis diligēter ijs quæ hoc exiguo libello nos diximus, adhuc certo ſibi forte perſuadeat intolerabiles ibi errores propugnari & ne probabilibus quidem argumentis probatam eſſe concluſionum veritatem; is velim coram Deo ſibiipſi reſpondeat, quam habeat ſuæ ſententiæ rationem infallibilem ob quam ita ſententiam noſtram cenſeat. Videat inquam, an non habeat illā vltimā rationē, quā allegauit nimis ineptè Teelingius. Quod ſi habeat aliā quādā opinionis ſuæ rationē, illā velim mihi cæteriſque Catholicis cōmunicet. Vere enim coram Deo teſtificor me hactenus nullā huiuſmodi rationē à quoquā aduerſariorū intelligere vnquā potuiſſe. Sunt quidem multa quæ indies aduerſarij in nobis calūniātur, quæ nos in hoc libello nō mouimus; illa tamen puto eſſe huiuſmodi vt validè improbari à nullo prudenter poſsint, qui vel paululū cū Catholicę doctrinę propugnatoribus etiam laicis ſeu plebeis iſta diſceptare voluerit. Quis enim inter Catholicos adeo penè hoc tempore eſt rudis, vt

Digitized by Google

probabili ſeu tolerabili illatione ex ſcriptura S. defendere non poſsit 1. omni reprehenſione iuſta carere honorem illum quem Romano Pontifici deferimus in oſculo pedum aut ſimilibus alijs obſeruantiæ ritibus? 2. Sanctorum reliquias merito in pretio & veneratione haberi. 3. purgatorium quibuſdam poſt hâc vitam ſupereſſe. 4. dari quaſdam in Eccleſia *traditiones à* Chriſto & Apoſtolis inſtitutas quæ tamen *per calamum & atramentum* ab illis *ſcripta non fuerint*. 5. Votum caſtitatis ſponte emiſſum ita obligare in conſcientia vt *damnationem ſibi acquirant ij*, qui deinde *volentes nubere priorem fidem irritam fecerint*. 6. Statutis quibuſdam ab Eccleſia diebus peculiariter ieiunijs & orationibus vacandum eſſe: & ſi qua ſunt alia huiuſmodi. Quis, inquam, hæc non facile à iuſta redargutione vindicet coram illis, qui veritatis inueſtigandæ ſtudium habuerint, aduerſarijs? Ideo ego nunc de horum longiori tractatione abſtineo. Solum pro ſolutione alicuius argumenti quo quidam maieſtatem Pontificis odioſè nonnũquam comparare ſolent cũ humilitate Chriſti patientis & coronam ſpineam in in capite geſtantis, Notandum cenſeo, Chriſtum Dominum dupliciter conſiderari poſſe; 1. vt obiectum iræ Patris pro peccatis noſtris, de quo

Iſa. 55. reſpectu dicit apud Iſaiam ipſe Deus Pater:

Pſal. 28. *propter ſcelus populi mei percuſsi eum*. Iuxta quem etiam

etiam reſpectum Filius Dei Deus *humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem, mortẽ autem crucis. 2.* quaſi receptum cum ſuis membris in gratiam Patris propter plenariam ſatiſfactionem. Non quod Chriſtus Dn̄s vnquam extra patris ſui aut ſuæ diuinitatis gratiam fuerit, (abſit blaſphemia impoſsibilis!) Sed quod pænam ex iuſto Dei in peccatores odio profectam ipſe peccatorum nomine in ſe ſuſceperit; Ac deinde ea peracta, non amplius pænam ſed obedientiæ præmium ſit adeptus: iuxta quem reſpectum Pater *exaltauit illũ & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen,* item dedit illi omnem poteſtatem in cœlo & in terra ordinandi & ſtatuendi media, quibus gratiam in cruce promeritam ſuis membris id eſt, electis & fidelibus applicaret.

Illi ergo quos Chriſtus Dn̄s vice ſua poſuit hic in terris paſtores & rectores Eccleſiæ nõ ſuſtinent perſonã Chriſti in prima conſideratione, quæ eſt humiliationis eius, ſed in ſecunda quæ eſt magnificæ gloriæ.

Patet hoc ex miſsione Apoſtolorum deſignata Matth. vlt. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra: Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos,* &c. Sic ergo Petrus qui à Domino eſt conſtitutus Vicarius paſtor ouilis ſui hic in terra militantis, repræſentat in officio eundem Dominum ſuum. Quocirca

ſicut

Digitized by Google

ſicut Legati honore afficiuntur propter eum à quo miſſi ſunt, & ſicut Apoſtolus Paulus paſſus eſt immo, laudauit quod ſibi feciſſe ait Galatas cap.4.14.& 15. *Sicut angelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum. Teſtimonium enim vobis perhibeo, quia, ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis & dediſſetis mihi.* Cur ita B. Petrus eiuſque ſueceſſores nō ferent in officio ſuo honorari eum cuius in terra vices gerunt? Dūmodo non obliuiſcantur ſuo loco & tempore coram Deo, agere perſonam ſuam priuatam *caſtigantes corpus ſuum & in ſeruitutem redigentes, ne forte cum alijs prædicauerint, ipſi reprobi efficiantur.* 1. Cor. 9.27. Huiuſmodi plura ſunt quæ in alijs articulis contra nos vel malitia effingere, vel ignorantia ſuggerere ſolet. Quæ omnia proſequi immenſi eſſet operis. Quare cùm difficiliora nos hic attigerimus, æqui amans Lector ex dictis de cæteris iudicet, & laborem noſtrum eo quo offertur animo excipiat. Porro ſi per feſtinationē aliquid minus Methodicè aut Atticè ſcripſerimus, facili cenſurâ donet.

FINIS.

Digitized by Google

Erata quædam ſic corrigenda.

PAg. 23. *linea* 17. *lege* nebulam. *pag.* 26. *lin.* 21. *lege* Roomſch. *pag.* 30 *lin.* 17. cogantur *p.* 74. *lin.* 23. prodiderunt. *p.* 106. *l.* 5. hallucinationū. *l.* 7. Declaratio. *p.* 108. *l.* 11. cōfutaat. *p.* 116. *l.* 11. ſignifices. *p.* 126. *l.* 11. cauterio. *p.* 127. *l.* 14. Hornanæ *p.* 166. *l.* 4. aquæ. p. 180. l. 24. timerentur. *p.* 196. *l. vlt.* neceſsitas. *p.* 210. *l.* 24. vocis. *p.* 220. *l.* 26. in malo. *p.* 227. *l.* 13. det. *p.* 239. *l.* 21 viā. *p.* 241. *l.* 2. δικαιοῦσθαι *p.* 249. *l.* 9. adſciſcendis. *p.* 317. *l.* 22. πολύσημα. *p.* 332. *l.* 4. noluerit. *p.* 333 *in margine* vlt. *l.* 22. obiectio. *p.* 350. *l.* 14. ſcribit. *p.* 367. *l.* 7. ſingulis *p.* 405 *l.* 8. vitæ. *p.* 446. *l.* 5. ordinaria. *p.* 447. *l.* 24. abuſu.

Digitized by Google

Gaspar Eelkens

Digitized by Google

Digitized by Google

Scripturæ textus, verſus & capita ita bellè norunt pro deformatione ſua promouenda allegare, ita confidenter fidei negotia iuxta *rationes* ſuas *vltimas* terminare, quaſi & ipſo Christo Domino cum Apoſtolis, magiſtro eſſent vſi, & quæ pro infallibilitate Rom. Pontificis nos ſupra protulimus argumenta ipſorum ſingulis fauere poſsint.

Verùm hic iterum monendus es, non me omnia quæ hoc aut alijs capitibus acrius in Reformatores dixi, de omnibus miniſtris aut prædicantibus abſque vllo diſcrimine dicta velle. Scio enim eſſe inter eos qui partim infirmitatem illius, quo reformata doctrina nititur, fundamenti, agnoſcentes; partim nondũ ita inſtructi vt argumenta quædam ad ſpeciem nobis aduerſantia diſſoluere valeant, probare quidem doctrinam noſtram in conſcientia ſua non poſſunt, non tamen tantis, quibus cæteri communiter nos proſcindunt, conuitiis & calumniis dignos cenſent. Inter quos ij ſunt præſertim qui honeſtis nati parentibus, honeſtis ſtudijs cum ſedula diligentia enutriti deſideria carnis non magni faciunt. Tales enim eſſe quoſdam inter illos negare nec poſſum, nec volo, vt qui in humanioribus quondam literis honeſta cum illis æmulatione, & familiari ac grata ſecundum naturam conuerſatione, id ita ſe habere didici. De quibus etiam hoc poſſum confidere, facile ſuos errores

eſſe

eſſe agnituros, ſi vbi nimium creduli ſuorum doctorum authoritati, de noſtræ fidei fundamentis malè ſunt inſtituti, clarior ipſis inſtructio contingeret. In quorum gratiam vt libellum hunc inchoaui, ita ſequenti capite nunc concludam.

CAPVT X.

ARGVMENTO FACILI SED VALIDIſſIMO TRACTATUS CONCLUDITUR.

QVuanqam ego quidem exiſtimo hactenus à nobis doctrinæ Catholicæ veritatem, in ijs pręſertim articulis quibus aduerſarii ſuſtinent rel gionis Chriſtianæ fundamentum in Eccleſia noſtra eſſe prorſus euerſum, ita vt ex neceſſitate diſcedere ab eadem fuerint coacti, hoc eſt, ***de bonorum operum meritis, de poteſtate Romani Pontificis*, *de Sacramento Eucharistiæ & Miſſæ ſacrificio***; ita clarè & euidenter eſſe è ſcriptura deductam, (vt nemo etiam inter illos qui nondum credunt Eccleſiam totam in ſcripturarũ explicatione errare non poſſe) abſque contumacia diſſentire à nobis queat. Quoniam tamen ſcio, multum apud aduerſarios valere præiudicium, quod iam à teneris contra concluſiones noſtras imbiberunt; ideo mitigato nonnihil illationis rigore, vnum hic adiiciam finale argumentum, quo ſpero aſpirante diuina gratia, omnes qui conſcientiæ ſuæ curam gerunt, ad veritatis agniti-

Digitized by Google

onem reduci poſſe Argumentum eſt iſtud: Poſito etiam quod ſcriptura iis in locis, quibus nos pro confirmādis prædictis Catholicæ fidei articulis vſi ſumus, non adeo euidenter eoſdem articulos veros eſſe demonſtraret, vt non etiam probabili aut tolerabili explicatione poſſet in alium ſenſum verti; ſaltem nemo (vt credo) bona conſcientia, vbi prudenter rem examinauerit, negare audebit etiam noſtram explicationem eſſe tolerabilem, & non poſſe euidenter falſitatis redargui: Quo conceſſo infertur, Lutherum & Caluinum, quos conſtat primò fuiſſe in Eccleſia Catholica, temerè & abſque iuſta cauſa ab Eccleſia iſta ſe ſeparaſſe, adeoque neminem iure poſſe illorū partes contra Catholicam Eccleſiam tueri. Conſequentia fundatur in iſto iuris axiomate quo in dubiis melior dicitur eſſe conditio poſsidentis. Si ergo non certa & infallibili demonſtratione probari poteſt Eccleſiam Catholicam fundamenta Chriſtianæ religionis euertiſſe, aut alioqui intolerabiliter contra S. Scripturam quippiam euidenter docere, iure neganda ei non eſt veræ ac Chriſtianę doctrinæ opinio ſeu fama quā antea, etiam cōfitente Luthero, poſſederat: atque adeo nemo extra Eccleſiæ Catholicæ cōmunionē ſecurus in cōſciētia ſua eſſe poterit qui nō certiſsimo & infallibili argumēto grauē eiuſdēEccleſię atq; adeo intolerabilē errorē demōſtrare potuerit

Hoc

Digitized by Google

Hoc velim, Lector, argumētū ſedulò & ſeriò tecū perpēdas. Certè inter rixas & diſputationes facile cuilibet eſt, vocitare Catholicos idololatras, & in Chriſti gratiā iniurios, Pontificē Antichriſtū & plura huiuſmodi contentioſè effutire. Interim rerum natura & veritatis ratio per huiuſmodi verba nec mutatur nec infringitur. Porro ſi quis perpenſis diligēter ijs quæ hoc exiguo libello nos diximus, adhuc certo ſibi forte perſuadeat intolerabiles ibi errores propugnari & ne probabilibus quidem argumentis probatam eſſe concluſionum veritatem; is velim coram Deo ſibiipſi reſpondeat, quam habeat ſuæ ſententiæ rationem infallibilem ob quam ita ſententiam noſtram cenſeat. Videat inquam, an non habeat illā vltimā rationē, quā allegauit nimis ineptè Teelingius. Quod ſi habeat aliā quādā opinionis ſuæ rationē, illā velim mihi cæteriſque Catholicis cōmunicet. Vere enim coram Deo teſtificor me hactenus nullā huiuſmodi rationē à quoquā aduerſariorū intelligere vnquā potuiſſe. Sunt quidem multa quæ indies aduerſarij in nobis calūniātur, quæ nos in hoc libello nō mouimus; illa tamen puto eſſe huiuſmodi vt validè improbari à nullo prudenter poſsint, qui vel paululū cū Catholicę doctrinę propugnatoribus etiam laicis ſeu plebeis iſta diſceptare voluerit. Quis enim inter Catholicos adeo penè hoc tempore eſt rudis, vt proba-

probabili ſeu tolerabili illatione ex ſcriptura S. defendere non poſsit 1. omni reprehenſione iuſta carere honorem illum quem Romano Pontifici deferimus in oſculo pedum aut ſimilibus alijs obſeruantiæ ritibus? 2. Sanctorum reliquias merito in pretio & veneratione haberi. 3. purgatorium quibuſdam poſt hác vitam ſupereſſe. 4. dari quaſdam in Eccleſia *traditiones à* Chriſto & Apoſtolis inſtitutas quæ tamen *per calamum & atramentum* ab illis *ſcripta non fuerint*. 5. Votum caſtitatis ſponte emiſſum ita obligare in conſcientia vt *damnationem ſibi acquirant ij*, qui deinde *volentes nubere priorem fidem irritam fecerint*. 6. Statutis quibuſdam ab Eccleſia diebus peculiariter ieiunijs & orationibus vacandum eſſe: & ſi qua ſunt alia huiuſmodi. Quis, inquam, hæc non facile à iuſta redargutione vindicet coram illis, qui veritatis inueſtigandæ ſtudium habuerint, aduerſarijs? Ideo ego nunc de horum longiori tractatione abſtineo. Solum pro ſolutione alicuius argumenti quo quidam maieſtatem Pontificis odioſè nonnũquam comparare ſolent cũ humilitate Chriſti patientis & coronam ſpineam in in capite geſtantis, Notandum cenſeo, Chriſtum Dominum dupliciter conſiderari poſſe: 1. vt obiectum iræ Patris pro peccatis noſtris, de quo reſpectu dicit apud Iſaiam ipſe Deus Pater: *Iſa.55.* *propter ſcelus populi mei percuſsi eum*. Iuxta quem *Pſal.28.* etiam

etiam reſpectum Filius Dei Deus *humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem, mortẽ autem crucis.* 2. quaſi receptum cum ſuis membris in gratiam Patris propter plenariam ſatiſfactionem. Non quod Chriſtus Dñs vnquam extra patris ſui aut ſuæ diuinitatis gratiam fuerit, (abſit blaſphemia impoſsibilis!) Sed quod pænam ex iuſto Dei in peccatores odio profectam ipſe peccatorum nomine in ſe ſuſceperit; Ac deinde ea peracta, non amplius pænam ſed obedientiæ præmium ſit adeptus: iuxta quem reſpectum Pater *exaltauit illũ & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen*, item dedit illi omnem poteſtatem in cœlo & in terra ordinandi & ſtatuendi media, quibus gratiam in cruce promeritam ſuis membris id eſt, electis & fidelibus applicaret.

Illi ergo quos Chriſtus Dñs vice ſua poſuit hic in terris paſtores & rectores Eccleſiæ nõ ſuſtinent perſonã Chriſti in prima conſideratione, quæ eſt humiliationis eius, ſed in ſecunda quæ eſt magnificæ gloriæ.

Patet hoc ex miſsione Apoſtolorum deſignata Matth. vlt. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra: Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos*, &c. Sic ergo Petrus qui à Domino eſt conſtitutus Vicarius paſtor ouilis ſui hic in terra militantis, repræſentat in officio eundem Dominum ſuum. Quocirca ſicut

Digitized by Google

ſicut Legati honore afficiuntur propter eum à quo miſsi ſunt, & ſicut Apoſtolus Paulus paſſus eſt immo, laudauit quod ſibi feciſſe ait Galatas cap.4.14.& 15. *Sicut angelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum. Teſtimonium enim vobis perbibeo, quia, ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis & dediſſetis mihi.* Cur ita B. Petrus eiuſque ſucceſſores nõ ferent in officio ſuo honorari eum cuius in terra vices gerunt? Dũmodo non obliuiſcantur ſuo loco & tempore coram Deo, agere perſonam ſuam priuatam *caſtigantes corpus ſuum & in ſeruitutem redigentes, ne forte cum alijs prædicauerint, ipſi reprobi efficiantur.* 1. Cor. 9.27. Huiuſmodi plura ſunt quæ in alijs articulis contra nos vel malitia effingere, vel ignorantia ſuggerere ſolet. Quæ omnia proſequi immenſi eſſet operis. Quare cùm difficiliora nos hic attigerimus, æqui amans Lector ex dictis de cæteris iudicet, & laborem noſtrum eo quo offertur animo excipiat. Porro ſi per feſtinationẽ aliquid minus Methodicè aut Atticè ſcripſerimus, facili cenſurâ donet.

FINIS.

Erata quædam ſic corrigenda.

PAg. 23. *linea* 17. *lege* nebulam. *pag.* 26. *lin.* 21. *lege* Roomſch. *pag.* 30 *lin.* 17. cogantur *p.* 74. *lin.* 23. prodiderunt. *p.* 106. *l.* 5. hallucinatio-nū. *l.* 7. Declaratio. *p.* 108. *l.* 11. cōfutat at. *p.* 116. *l.* 11. ſignifices. *p.* 126. *l.* 11. cauterio. *p.* 127. *l.* 14. Hornanæ *p.* 166. *l.* 4. aquæ. p. 180. l. 24. timerentur. *p.* 196. *l. vlt.* neceſsitas. *p.* 210. *l.* 24. vocis. *p.* 220. *l.* 26. in malo. *p.* 227. *l.* 13. det. *p.* 239. *l.* 21 viā. *p.* 241. *l.* 2. *δικαιοῦσθαι* *p.* 249. *l.* 9. adſciſcendis. *p.* 317. *l.* 22. *πολύσχημα*. *p.* 332. *l.* 4. noluerit. *p.* 333 *in margine* vlt. *l.* 22. obiectio. *p.* 350. *l.* 14. ſcribit. *p.* 367. *l.* 7. ſingulis *p.* 405 *l.* 8. vitæ. *p.* 446. *l.* 5. ordinaria. *p.* 447. *l.* 24. abuſu.

Digitized by Google

Gaspar Eelkens

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

le